Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0001-0

Ka 4917, 2°




U. f. 218,1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0004-7

# AYMONIS CRAVETTAE A SAVILIANO, EX GENOLIAE DOMINIS ET IVRISCONSVLTORVM ARCI PRAEFECTI, RESPONSVM PRO GENERO,

## CVM DVOBVS COROLLARIIS AD EANDEM MATERIAM, SIVE APPENDICIIS.

IN QVO QVIDEM ELEGANTI RESPONSO SICVT PARI ſimplicitate ac perſpicacia ad viuum, quod res ipſa habet, coacta & libraria ferè, pro temporibus ac momentis amplitudine, excutitur, ita vt panacæi, atque ænei nomen non temere ſibi vendicet.




*FRANCOFVRTI AD MOENVM, IMPENSIS Sigiſmundi Feyerabendij.*

*M. D. LXXXVII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0006-8

# AD CANDIDVM LECTOREM.

NE nouum cuipiam, mirumue fiat, quid ita reſponſum hoc ex omnibus nunc ſolum in publicum euaſerit, neceſſitas ipſa laborum tantum, tamque improbiſſimum fecit. nominis authoris ſcilicet, etiamnum deorum munere incolumis, tuendi cauſa. Quod labefactare ij certant, quos contra ac rectum, æquumue patitur, pro genero ſocerum ſentire vſque adeo dictitare, aiunt, vt hoc genus ſermonibus victoriæ ſe compotes, vel ex publico aduerſarij iactitent. Author ſicut homo eſt, ita erroris humani immunem ſeſe non gloriatur: Cæterum animi ſui ſinceritate, & fallendi imperitia fretus, nullius rei quàm diſcendi ambitioſior, quo in fundo ipſo legum, theſauri veluti cuiuſdam exemplo, veritas aperiatur, Ad eos libellum allegandum hunc duxit, Qui ex fide haud ita bona geri ab eo ſuſceptam aduocationem intendunt, vt in palæſtram hanc iuriſconſultorum tam honeſtiſſimam pugnaturi & ipſi ingrediantur. Nullo concertatio hæc cruore commiſcetur. Quod ſi ad colluctationem ipſam aggredi vel non ſuſtinent, vel non libet, ne vindicem Crauettam, id ætatis in primis exiſtiment, iniuriæ totius pœnas vel arbitratui ipſorum permitti, non deprecatur. Illud interea animum conſolatur, optimeque ſperare iubet, illud non mediocriter gratulandum. viros id genus cauſæ definiendæ præfectos, apud quos niſi quod iuſtum, æquúmue ſit, impetrare non liceat, ſenatum videlicet excellentiſſimum per appellationem, in vna, quæ tanti contra. S. non eſt. Illuſtres in altera cum. P. grauiore, referendarium Pingonum, Petrinum Bellum Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ ſereniſſimi conſiliarios, & clariſſimum iuriſconſultum Ioan. Antonium Solam. Qui præfecti vltra Padum vicem in iudicio ipſo ante agebat.

# INDEX COMPENDIOSVS EORVM, QVAE RESPONSVM HOC AEQVE MEMORABILE ATQVE FRVGI VNDIQVE SCATENS HABET.

Qui locum Summarij etiam vendicabit.

## De litera A.

*ABESSE id credi, propter quod numeratio facta pretij eſt, nu. 424. & in ver. habere.*

*Abſolutionem iuramenti non exigi, quod vacuum conſenſu eſt, erroneum puta aut ob cauſam falſam interpoſitum, nu. 234. & in verſic. periurium.*

*Abſolutionem ſuperuacuam iuramenti eſſe, quod pro non dato habetur, aut firmitatem non obtinet, nu. 231. & duobus ſequentibus.*

*Abſurda, iniquáue res æſtimatur, vbicunq; frugi nullius fieri diſpoſitio poteſt, nu. 77. & in verſi. inutilem operari.*

*Acceſſoria ab eo non deberi, qui ſortem non debet, nu. 289. Et in verb. laudimium.*

*Acceſſorius, Contractu principali collapſo non ea quoq; concidere nequeunt, quæcunq; aſcripta in eo ſunt, nu. 284. Et in verſic. contractu, & in verſic. principali.*

*Actio, quæ ob rem ſtabilem competit, ad exemplum rei immobilis iudicatur, vt citra iuris ſolennia cedi à minore nequeat, nu. 198. & nu. 421. & in ver. alienatio, ceſſio, minor.*

*Actor ex remedio omni litem vincit, quodcunq; colligi ex narratis poteſt, quamuis ad remedium aliud concluſio trahatur, clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari adiecta, nu. 215. Ibique ſemel atque iterum ampliatur. Et in ver. clauſulæ ius. remedium.*

*Aditione hæreditatis confuſionem ſeu interitum obligationis induci, nu. 448. & in ver. confuſionem.*

*Aduocatorum turbam inhumaniter & contra quam æquitas ferat, aduerſus generum ſtare. nu. 469.*

*Agnationem & familiam cõſeruari reipublicæ intereſſe, nu. 352. verſi. inde dicitur. & in ver. vtilitatem publicam.*

*Agnationis cõditionem meliorem quam cognationis iure priſco fuiſſe, num. 353.*

*Agnatorum ius ex conſenſu domini directi non lædi, qui præſtitus ad alienationem eſt. nu. 295. & in ver. conſenſum. feudum.*

*Alienationis rei immobilis prohibitio ad actionem pertinet, quæ ob rem immobilẽ competit. nu. 198. & nu. 421. & in ver. actio. ceſſio. minor.*

*Alij alterius damnoſam confeſſionem non eſſe, num. 432. & in verb. Tertio.*

*Alimenta. Quoad prouentus patitur, impenſam faciendam, nu. 127. & in ver. ſumptum. victum.*

*Alius dictionem ad ſimilia referendam. 86.*

*Alius. verba & pro neceſſitatibus alijs quibuſcunque, ad ea in materia ſtricta non porrigi, in quibus ratio diuerſa vertitur, ſeu quæ maiora expreſſis ſunt, nu. 75. & in ver. vniuerſalia.*

*Alius. Iniquitati maxime datur, iuriq; naturali repugnat, ex facto alieno quempiam lædi, nu. 91. & nu. 266. & nu. 469. Ampliatur nu. 92. vt nec patris factum filio obſtet & in ver. patris.*

*Ampliatur & aliter, nu. 455.*

*Alius. Iniuria vni facta oneroſa alij non eſt, veluti cum pro alio aut alij, quam creditori ſoluere iniuſte quis compellitur, num. 270. & in ver. ſolutio.*

*Alius. factum vnius alij nec ſocio, fratriue prodeſſe, nu. 453.*

*Alius. interruptionem præſcriptionis ab vno factam, inutilem alijs eſſe, num. 454.*

*Alterationem feudi ad id reſtringendam in quo facta legitur, nu. 356. verſi. huc & illud confert. Cui ſententiæ in ſpecie controuerſa non mediocriter adblanditur, quod ſcriptum apud Riminal. eſt in conſil. 79. nu. 24. & in ver. feudi alterationem.*

*Ambiguitatem à verbis generalibus exiſtere, num. 97. & in verb. dubiam rem. & in ver. generalitas.*

*Ambiguum dicitur, quod verti multifariam poteſt, nu. 98. & in ver. dubia res.*

*Ambiguum dici, quod intelligi dupliciter poteſt, num. 316. Ibique ampliatur. & in ver. dubium. intellectus.*

*Animum facti eſſe, nu. 117. & in verbo facti.*

*Antecedens. Sententiam iudicis ad id porrigi, quod in neceſſarium antecedens, aut conſequens venit, nu. 480. verſi. ſententiam plane.*

*Approbationem ad id reſtringendam, in quo facta eſt, nec ad capitula ſeparata trahi, nu. 461.*

*Approbationem generalem ad ea non trahi, quæ improbata ſpecialiter ſunt, nu. 464. & in ver. generalem.*

*Arbitrium pleniſſimum reſtringendum, ne damno graui ex eo quiſpiam afficiatur, numer. 104. verſi. Barto. huc. & in ver. pleniſſimum. Tertius.*

*Arbitrium generale ad inhoneſta non ſpectare, nu. 104. & in ver. generale arbitrium. inhoneſtum.*

*Aſſertioni principis non creditur cauſam ſubeſſe, qua remota fieri actus non poteſt, nu. 25. & in ver. principis.*

*Aſſertioni principis iudicíſue quibus caſibus creditur, in ſpecie quid aſſerendum aut exprimendum. ne contra probandi aut defendendi facultas adimatur, nu. 386. ante ſi. Quæ defendendi facultas 1. quæſtione propoſita, vt in ſpecie exprimi quid debeant, eodem nu. 21. ſeruatur verſi. ratione & alia & in ver. defenſionis cauſa.*

*Aſſertioni epiſcopi fidem de cauſis alienandi non haberi, nu. 28. & ſeq. Eodem ſpectant, quæ ſcripta ſunt, nu. 146. & pluribus ſeq. num. 187. 246. & in ver. epiſcopi.*

*Autor negotia grauiſſima ab aduocatione diuerſa paſſus, nu. 265.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0007-4

## De litera B.

BEnemeritorum expreſsionem inter prohibitos vel vt quaſi ob benemerita, donatio valeat, in ſpecie faciendam. Quo intelligi poſsit, modone donationis merita reſpondeant, nu. 386. circa fin. Cum Socino item in conſi. 295. ibi commemorato, quotiens inter prohibitos donatio perficitur, Pariſ. facit in conſi. 88. nu. 16. & nu. 99. lib. 3.

Bonitatis præſumptio, de qua in l. merito. ff. pro ſocio. reo demum ad abſolutionem prodeſt. nu. 63.

Bonus quis non præſumitur, quominus iuris alieni minuendi præcidi occaſio debeat. nu. 62.

Breuitas temporis præſumptionem inducit, vt ob cauſam, quæ non multo ante fuit, acta res intelligatur, numer. 383. & in ver. interuallum.

Breuitas temporis decreti virtutem conſumit. Quotiens tempore eodem tumultuarieq; omnia expediuntur, nu. 155. & in ver. cognitio cauſæ. decretum.

## De litera C.

CAnonum ius æquitate naturali aut gentium niti, nu. 385.

Cauſa prima obſeruanda, nu. 35. 42. 95. & nu. 402.

Cauſa. Cum niſi ex cauſa aliqua fieri actus nequit, firmitatem non aliter obtinet, quam ſi ex cauſa factus illa ſit, numer. 175. & in ver. tanquam, Ibiq; ſententijs & deciſionibus id non paucis, neque inſcitis enarratur.

Cauſa. Ad cauſam ſuam referri & reſtringi verba debent, nu. 191. & in ver. relatio. reſtringi.

Cauſa falſa decretum reſoluit, nu. 200. Ibiq; ampliatur. Significantius, nu. 252. & in ver. decretum.

Cauſa prima conſumpta, ſequentes omnes conſici, nu. 402.

Cauſa diſpoſitionem generalem reſtringit, nu. 416. & in ver. reſtrictionem.

Cauſam in ſpecie nominatimq; exprimendam, quotiens niſi ex cauſa qua fieri actus non poteſt, num. 196. Cumulatius & ſcite magis, num. 386. verſi. Hoc ita admiſſo, vt niſi ex cauſa, &c. De quo etiam in ver. generalis cauſarum. & in ver. ſpecialem expreſsionem. Atq; vltra in locis & numeris prædictis ſcripta, ex text. ratione validiore ſententia hac in ſpecie controuerſa iuuatur in §. Aliud quoq; capitulum. in authen. vt cum de appella. cogno. nominatim cauſas exhæredationis enarrandas, neque probationem earum ſatis citra expreſsionem eſſe, neq; ex diuerſo probationē ſine expreſsione ſufficere, vt gloſ. ibi ſecunda docet. Rei cuius ratio intelligi non alia poteſt, niſi vt occaſio malignandi & cauſas falſas cōminiſcendi parentibus adimatur, qui de re nihili in liberos quandoque commouentur. Rurſus quo faciliorē defenſionis præſtandæ & contra probandi rationem filij habeant. Quam rationem perſpectam in ſpecie controuerſa in reſponſo ipſo habemus. Si id ita cōſtitutum in bonis patris eſt, & quæ pro arbitrio diminuere viuus permittitur. Quid in feudo dicendum, quod aduentitium eſt, & quod ex contractibus & inueſtituris maiorum filio debetur. Et quod decretorum inſtituto remoto, nec ob cauſas alienare neceſſarias licet, vt quotiens ob cauſas ipſas neceſſarias alienare id, hypothecæue nectere conceditur, cauſarum ipſarum nominatim fieri expreſsio debeat. Quo indemnitati magis cautum filij ſit, & fraudis præcidi occaſio poſsit. Facilius quippe nō paulo filio erit, ius defenſionis expreſsione facta, præſtare, & probationes contra inducere quam vbi in obſcuro res manet, & cum ad fraudes arcendas neceſsitas hæc expreſsionis ſpectet, fauorabilis haud dubie habetur. Adeo vt in ſpecie pœnali etiam & odioſa lata interpretatio fiat. l. 1. in fi. ff. de calum. l. Sed Iulianus in princ. & §. mutui datio. ff. ad Macedo. c. quanto de priui. c. ſi ciuitas de ſentent. excom. lib. 6. gloſſ. fin. in c. quanquam de vſur. lib. 6. Deci. in conſ. 5. in fi. in conſi. 196. col. 1. in conſi. 277. col. 2. in conſi. 301. col. 2. in conſi. 398. in fin. & apud nos in l. 1. nu. 95. verſi. ampliatur iſta concluſio. ff. de legatis. 1. Inde bonum & æquum ſtatutum, quod fraudibus occurrendi æditum cauſa ſit, Bal. putat in conſi. 184. municipali, num. 3. verſi. in contrarium. lib. 1. Ratione & alia fauorem ſententia hæc habet, vt nominatim exprimi cauſas neceſsitatem oporteat, quod feudi conſeruatio ad eum modum fit. Quam rationem ad fauorem diiudicandū Bar. & doct. obſeruant in l. 1. nu. 32. poſt med. C. de ſum. trinit. & fide cathol. Vbi fauorabile ſtatutum habetur, quo vxori legare maritus non permittitur, viceq; contraria, ne amore mutuo ſpoliatio fiat, & inter hæredes legitimos bona conſeruentur. Ius idem probandum, Bart. & alij ſcribunt, cum teſtādi ius per ſtatutum minori adimitur. Sequitur Rom. in conſ. 39. in 1. dubio. Alex. in conſ. 41. num. 5. lib. 5. Soci. in conſ. 131. nu. 2. verſi. primum probatur lib. 4. Corn. in conſ. 232. col. 1. lib. 4. Deci. in leg. fin. nu. 13. ff. de iur. om. iud. in d. conſi. 196. in prin. Iaſ. in l. non tantum. nu. 7. ff. de re iudi. in l. fin. nu. 16. C. de indic. viduita. tollen. & in conſ. 112. col. 3. verſi. ſecundo fortius, lib. 1. Quæ fauoris ratio vehementior non paulo hic inuenitur. vbi conſeruatio feudi vertitur, quod filij eſt, filioq; ex contractibus maiorum debetur. Quod aliter in ſpecie Bart. & aliorum eſt. In qua iuris quicquam hæredibus legitimus non competit, cauſa quorum conſeruatio per ſtatutum fit. Vnde acquiſitio magis, quam conſeruatio in ſpecie Bart. & aliorum vertitur. Conſeruationem plane hic contingere non dubitatur, quam fauorabiliorem acquiſitione eſſe, in manifeſto eſt, cum facilius quid cōſeruetur, quam recens acquiratur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris. l. vt pomum. & l. pro parte. ff. de ſeruit. leg. is cui. ff. de teſta. leg. ſi ſeruum. §. ſi. ff. de acqui. hæred. leg. fin. ff. vnde lib. Inde fit, vt quamuis per alium acquiſitio non fiat. leg. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbor. obligat. §. ſi quis alij. inſti. de inutil. ſtipula. Per alium tamen ius quæſitum conſeruatur. leg. ſed & ſi quid. 2. §. pen. l. arboribus. §. quid tamen. Ibiq; Bal. ff. de vſufruct. l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſib. Sed & per malæfidei poſſeſſorem ius in re quæſitum cuſtoditur. l. qui fundum. ff. quem. ſerui. amittan. Idem ex Bart. oſtenditur in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. vbi ex vſu partis iuris totius, quod quæſitum ſit, perpetuam manere conſeruationem putat. Quod contra in acquiſitione fit, quæ ad partem reſtringitur, qua vſus quis ſit. Idem Bar. ſcribit in conſil. 189. primo quæritur. col. fin. cum alijs apud nos aggregatis in tracta. de antiq. temp. parte quarta, num. 576. verſi. in eo vero, qui tenet.

Cauſa durante, effectum manere, nu. 493.

Cauſam, non cauſatum obſeruari, nu. 60. & in ver. cauſatum.

Cauſam magis quam factum ſpectandam quamuis aliud ſonare verba videantur, nu. 192.

Cauſatum. quicquid cauſæ cauſa eſt non poteſt idem & cauſati cauſa nō eſſe, nu. 58.

Cauſatum. Cauſæ vis in cauſatum influit, nu. 58. ver. cauſæ enim.

Cauſatum. Diſcrimen inter cauſatum eſſe & cauſam oportet. Cum aliud cauſa, atq; effectus eius ſit, nu. 59.

Cauſatum cauſæ ſuccumbere, atq; ideo cauſæ non cauſati rationem habendam, nu. 60. & in ver. cauſam.

Cauſæ probatio ab eo præſtanda, qui cauſam ipſam profert. Vbicunq; niſi ob cauſam illam fieri actus non poteſt, nu. 24.

Cauſæ remotæ pluris quid atque propinquæ tribui abſurdum, nu. 433. & in ver. feudum in prædijs.

Certa per incerta non lædi, nu. 349. & in ver. incerta.

Certam probationem priorem haberi, nu. 349. verſi. & in ſpecie.

Ceſsio. actionem citra iuris ſolennia, minor non cedit, quæ ad rem ſtabilem datur, nu. 198. & nu. 421. & in ver. actio. alienatio. minor.

Ceſsionem iuris hypothecæ cum prærogatiua fieri, nu. 405. & in ver. hypothecæ ius.

Citatione carere depoſitum non poteſt, in ver. depoſitum.

Citationem die feriato admitti, vt die feriato ad iudicem quis veniat, nu. 263.

Citationem & poſt actum adhiberi, in quo reſeruatio iuris facta partis ſit, nu. 263.

Citationi à principe non derogari, nu. 14. verſi. neq; vitium. Declaratur, num. 259.

Citationis defectu irritum actum non fieri, quotiens ius cōtradicendi ſaluum ei ſit, qui citatus non eſt, nu. 264.

Clauſula omni meliori modo libellum nullum nō tuetur, dum actoris tamen intentio liqueat, nu. 217. ver. atque libellum omnem.

Clauſula omni meliori modo remedium complectitur, etiam quod vna ſimul conſiſtere cum expreſſo nequit, nu. 217. ver. hoc amplius.

Clauſula omni meliori modo interueniente, ad caſum quem reſtricta ſcriptura non creditur, nu. 217.

Clauſula executoria ad naturam rei alterandam non proficit, nu. 248. & in ver. executoriam.

Clauſula non obſtantibus impedimentum non pluſquam vnum aufert, nu. 332. ver. hoc amplius.

Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, poteſtas ea eſt, vt ex cauſa non expreſſa ſententiam iudex dicat, modo de cauſa non propoſita liqueat, nu. 206. & in ver. veritas.

Clauſulæ ius & iuſtitiam miniſtrari vim eam eſſe, vt remedium propoſitum cenſeatur, quodcunque elici ex narratis poſsit. quamuis alio concluſio ſpectet, nu. 215. Ibiq; bifariam ampliatur. & in ver. actor. remedium.

Clauſu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0008-9

Clauſulæ ſi preces veritate nitantur, eandem atque illius vim eſſe, ſi ita eſſe conſtiterit, nu.152.& in ver.conditio.

Coacte compromiſſum factum an dicatur, ad quod faciendum per ſtatutum quis adigitur, quamuis de ſtatuto ipſo mentio in compromiſſo nō fiat, numer.386. verſi. tertio ſpeciem hanc propius. & in verb. neceſſario.

Cognitio cauſæ, quam decretum iudicis expoſcit, in cauſis vectigandis, probandiſq; conſiſtit, propter quas alienatio permitti & adhiberi decretum ſolet, quibus præteritis, pro non interpoſito habetur, nu.147. & pluribus ſeq.

Cognitio, quam decretum exigit in alienatione rei eccleſiæ, aut minoris interponendum, alienationi ipſi præuerti debet, num.139.& pluribus ſeq.ſed in ſpecie magis, nu.153.& pluribus ſeq.

Cognitio.Scripturam ſeparatam cognitio expoſtulat, quæ exigi in decreto ſolet, nu.154.

Cognitio cauſæ, quæ in decreto alienationis exigitur, interuallum inter cognitionem ipſam & alienationem poſtulat, nu.155.& in ver.breuitas.decretum.

Communi non priuilegiario iure rem actam credi, nu.442.

Communiter. Ex cauſa quid actum præſumi, ob quam fieri communiter ſolet, nu.441.& in ver. præſumptio.

Compenſationem in culpa admitti, quotiens culpæ reus vterq; eſt, numer.18.

Conditio indiuiduum actum efficit, nu.132. Ampliatur, nu.124.& in ver. indiuiduum actum.

Conditio. Si preces veritate nitantur, hoc ipſo deficere intelligitur, quod probatio eorum non præſtatur, quæ narrata in reſcripto ſunt, numer. 139.& num.151. De quo etiam in verbo obreptitium, & in ver.reſcripti conditio.

Conditio ſi preces veritate nitantur, idem atque illa pollet, ſi ita eſſe conſtiterit, nu.152.& in ver.clauſulæ.

Conditione non impleta, pro eo rem eſſe, vt ſi acta res non ſit, numero 392.

Conditione non impleta, iure ipſo actum interire, nu.395.

Conditionem tacitam reſcriptum habet, ſi preces veritate nitantur, nu. 141.& in ver.reſcriptum.

Conditionem impletam liquere iudici oportet. Quare ſatis non erit impletam vere eſſe, cum incognitum id iudici eſſet, nu.144.& in ver. cōſtare.ignorantia.veritas.

Conditionem alterius meliorem facilius, quam deteriorem fieri, nu.330. & in ver.prodeſſe.

Conditionem Si particula inducit, numer.162. Ibiq; ampliatio. & in ver. Si.

Conditionis implementum ab eo probandum, qui actu conditionali vtitur, num.141.verſ.ob id qui reſcripto conditionali. Ampl.nu.ſeq. verſ. ſed in conditione id.

Conductionem rei ſuæ ad irritum deduci, numero 411.& in verb. rei ſuæ.

Confeſſio eius, qui hæredem ſe aſſerit, vtrum inter perſonas alias noceat, ſcite & argute, numer.466. Ibiq; ſenſus l.fi.ff.de interroga.actio.excutitur.

Confeſſione notoriam rem fieri, nu.224.& in ver.notoriam rem.

Confeſſione probationem, non obligationem induci, nu.466.

Confeſſionem pluris aliquid quam notorium habere, nu.224.verſi. quinetiam.

Confeſſionem in genere perinde quaſi incertam non obeſſe, nu.350.& in ver.generalis.

Confeſſionem damno non eſſe, quæ veriſimilis non ſit, nu.384.& in ver. veriſimilem.

Confeſſioni ſuæ fruſtra quem obſtrepere, numer. 11. vbi exornatur. De quo etiam, num.252.verſi. non obſtat cauſas neceſſarias alienandi & ſequen.

Confeſſioni de caſu permiſſo non credi, quotiens niſi, in caſu certo permiſſum quid non eſt, verum aliter quam per confeſſionem conſtare de caſu permiſſo oportere, nu.187.

Confeſſionis declarationem confitenti permitti, nu.470.

Confiteri quis ea intelligitur, quæcunq; in precib. narrata ab eo ſunt, nu. 173. Ibiq; ampliatur, quamuis momenti vllius reſcriptum nō ſit obreptitium puta aut ſubreptitium.

Concluſionem ſeu peremptionem obligationis aditione hæreditatis induci, nu.448.& in ver.aditione.

Conſenſu dempto delictum non intelligi, nu.234.& in ver.delictum, periurium.

Conſenſui nihil perinde vt errorem aduerſari, nu.227.

Conſenſum & poſt actum interponi, vbicunque neceſſitas eius ad præiudicium conſentientis ſpectat, nu.263.verſi.proinde.

Conſenſum domini directi in feudo alienando, oneroſum agnatis non eſſe, nu.295.& in ver.agnatorum.feudum.

Conſenſum domini directi recte poſt alienationem interponi, quia præiudicij ratione adhibetur, nu.397.

Conſenſum, qui formæ nomine exquiritur, ante actum, aut in actu præſtandum, nu.398.

Conſenſum patris fruſtra poſt donationem cauſa mortis accommodari, cum formæ cauſa exigetur, nu.398. verſi. ea ratione. & in ver. donationem cauſa mortis.

Conſeruandi ius renunciatione fauorabilius, nu.345.& in verb. renunciationem.

Conſeruatio. gratioſa interpretatio exiſtimatur, per quam incolume ius ſit, nu.50.& n.345.& in ver.fauorabilis. Sed cumulatius in ver.cauſam in ſpecie verſi. Ratione & alia.

Conſtare iudici oportere, impletam conditionem eſſe, neque mutare, impletum vere eſſe, ſi inſcius iudex de hoc ſit, nu.144. & nu.160. De quo etiam in verbo conditionem impletam.ignorantia. veritas.

Conſtare. clauſula ſi ita eſſe conſtiterit probationes legitimas deſiderat, nu.151.verſi.idq; in ſpecie.

Conſuetudinem pro arbitrio à principe antiquari, num.251.& in verb. princeps.

Conſuetudinem religionis totius communem nec non & ſingularem patriæ ad interpretationem faciēdam valere, nu.317. verſi. hoc amplius non modo, & in ver.voluntatem.

Conſuetudinem, deſuetudinémue doctoris aſſertione quoad præſumptionem probari, nu.479.verſi.doctori plane.& in ver.doctori. Ibiq; facilius id admittendum, quotiens doct.plures ita aiunt.

Conſuetudinem ex actibus non induci, qui ad effectum non peruenerūt, num.483.

Conſuetudo in præſumptione aut veriſimili ſpectanda. Quia quod conſuetum non eſt, factum non præſumitur, neq; veriſimile æſtimatur, nu.323. & nu.441.& in ver.præſumi. veriſimile.

Conſuetudo actuum frequentiam poſcit, nu.485. Ibiq; ampliatur verſi. hoc amplius.

Conſuetudo feudi alienādi tempus deſiderat, quod hominum memoriam exuperat, nu.486.

Conſuetudinis probationem in caſu ſpeciali, de quo lis exercetur, præſtādam, nu.487. Ibiq; de conſuetudine feudi alienandi.

Continentia cauſæ diuiduitatem non patitur, nu.2. Declaratur, nu.212. & ſeq.

Contractu diſſoluto, omnia perire, quæcunque comprehenſa ſub eo ſunt, nu.284.& in ver.principali.

Contraria in eodem ſubiecto, temporeq; eodem non concurrere, numero 449.

Contrarietas diſtinguendo, diuidendóue excludenda, num.305. & pluribus ſeq. & num.309. in verbis inueſtituræ id receptum oſtenditur. Et ad inueſtituram Pariſ.dictum quadrat in conſi.8.nu.28.lib.1. Tum maxime contradictionem euitandam, cum ſtylo vſitato, & communi ſimilium feudatariorum obſeruationi diſpoſitio repugnaret. Verba item vniuerſalia ſecundum præcedentia reſtringenda, ne contradictio inducatur, Riminal.ſcribit in conſi.94.nume.63.in fin.verſi.nec illa verba. latius in conſi.103. num.33. & ſeptem ſequ.lib.1. Hoc amplius dicendum, per errorem clauſulam ſequentem & faciant quicquid velint, &c. expreſſam intelligi quatenus cum verbis cohærere ſuperioribus non poſſet in feudum rectum auitum, &c. ita vt diſtinctione qua excludi contrarietas non poſſet, ne ex continenti ſeipſum mutare quis cenſeatur, vt ſcite Imola docet in l.quotiens.§.ſed ſi cum.col. 2.in princip.verſi.interdum vero id, quod dicitur.ff. de hæredi. inſtit. Quod dictum pro eleganti admodum Riminal.ſequitur in conſil.383. nu.32.& duobus ſeq.lib.2. Sed & verba ſuperfluere, potiuſquam præcedentibus derogetur, tolerabilius Riminal. idem putat in conſi. 400. nu.14. Quid hic admittendum, vbi citra ſuperfluitatem, & cum effectu non exiguo, intelligi clauſula hæc poteſt, & faciant quicquid velint. Hoc eſt ad cōtradictionem domini eam referendo propter quam aut ſuper qua appoſita ſunt. Et ad quam contradictionem clauſulam ipſam referendam ex his oſtenditur, quæ ſcripta ante ſunt, nu.189.& infra, nu.336. Idq; ex Riminal.mirifice adiuuatur in conſil.79.num. 24.& in ver. inueſtituram.

Contrarietas. In contradictione ſcripturarum id alteri præſtare, quod ſpecialius eſt, nu.368.

Contrarietas. Cum inuicem ſcripturæ pugnant, eam ante ſtare, quæ adminiculis maioribus nititur, num. 369.

Contrarietas. Inter ſcripturas pugnantes eam præcedere, quæ veriſimilior ſit, nu. 372. & in ver. veriſimilius.

Contrarietas. Cum teſtamenta duo eiuſdem diei conſtant, ſi in vno, pure, ſub conditione in altero eidem datum legatum ſit, Eo vtendum in quo conditionale legatum eſt, nu. 377.

Contrarietate inſtrumentum interueniente potius negatiuum aut prohibitorium haberi, nu. 367.

Contrarietatem euidentem nec in reo excipiente admittēdam, nu. 449. verſi. audiri igitur.

Contrarietatis pellendæ cauſa reſtrictionem admittendam, nu. 301. Ibiq; in verbis etiam vniuerſalibus negatiuis ampliatur. Altera ampliatio, nu. 303. habetur etiam, nu. 304. Sed & læſionem iuris tertij admitti contradictionis excludendæ cauſa, Pariſ. ſcribit in conſil. 70. col. 1. & ſeq. lib. 1. Quod ſane intelligendum ita puto, ſi derogari tertio poteſt. Quid in ſpecie controuerſa admittendum, in qua cuiuſquam non intereſt. & in ver. reſtrictionem. vniuerſalia.

Contrarietatis excludendæ cauſa, verba offendenda, nu. 310. Et in verb. improprie.

Contrarietatis fugiendæ cauſa ſubauditionem fieri, nu. 357. verſi. Immo enim è contrario. Et in ver. ſubauditionem.

Contrarijs inſtrumentis fidem non haberi, nu. 366.

Contrauenire alienationi ſuæ vaſallus nō permittitur, nu. 328. & in ver. Facto ſuo.

Correctio. Statuti interpretationē ita habendam, vt quam minimū poſſit, commune ius lædatur, nu. 48. plenius, nu. 39. & in ver. interpretatio. Statutum.

Correctio. Fauorabilis diſpoſitio, interpretatióue habetur, per quam iuris correctio ſilet, nu. 49. & in ver. Fauorabilis.

Correctio verba non expoſtulat, verum ſatis habetur, contra quam ſancitum in ſcriptura priore eſt, in poſteriore quid induci, nu. 113.

Correctio interpretando cauenda, vt quam minimum poſſit à iure diſcedatur, nu. 319.

Correctionem iuris agnoſcere tolerabilius, quam vt ſterilia verba fiant, nu. 47. & nu. 112. & in ver. operari.

Correctionem per taxatiuam non induci, nu. 357. ver. inde fit.

Correctionem per tacitos aut ſubauditos intellectus non induci, nu. 357. & in ver. ſubauditos. tacitos.

Correctionis excludendæ nomine vniuerſalia verba coercenda, vt quo leuius poſſit, commune ius lædatur, numero 83. & in verb. vniuerſalia.

Correctionis vitandæ cauſa, ex aliquo vtile ſtatutum eſſē, ſatis eſt, nu. 84. & in ver. operari.

Correctoriam ſcripturam ad caſus in ea expreſſos coercendam, nu. 85. & in ver. extenſionem.

Correctorium ius extendi, quotiens extendēdo, ad commune ius remeatur, nu. 371. & in ver. extenſionem.

Correſpectiua cenſeri, quæ in continenti fiunt, nu. 203. verſi. in qua re explicanda. Ibiq; ampliatur etiam ſi inter alios incontinenti quid fiat, dum negotium modo præcedens ſpectet.

Correſpectiuorum vno perempto, & alia intercedere, nu. 203. verſi. correſpectiuorum plane.

Culpa. Quod culpa cuius damnum contingit, ſtultitiæ ſuæ acceptum ferendum, nu. 87. vbi non illepide exornatur.

Culpa. Neceſſitatem fruſtra is excuſat, culpa cuius euenit, num. 87. & in ver. Neceſſitati.

Culpa. Qui culpa ſua facere quid non poteſt, nolle id potius, quam facere non poſſe dicitur, nu. 90. & in ver. nolle.

Culpam ei adſcribit, qui quod facilis impetrationis eſt à ſuperiore nō poſtulat, nu. 272. Sed & idem ibi adiectum, cum impetratu difficilis res, vt peti ſaltem debeat.

Culpam in eo argui, qui ei rem non denunciat, cuius intereſt, nu. 274. & in ver. denunciationis omiſſio.

Culpam is non obijcit, voluntate cuius acta res eſt, nu. 17. declaratur, nu. 198. & nu. 276. & in ver. voluntas.

Culpam alij non obijcit, quod factum quid non ſit, quotiens ab obijciente etiam fieri quid debebat, niſi doceat, paratum obijcientis factum fuiſſe, nu. 19. declaratur, nu. 277. & nu. 279. & in ver. moram.

Culpæ debitorem teneri, qui alij ſoluere cogitur, ſi quod poteſt non laborat, ne alij ſolutio fiat, nu. 273. & in ver. debitori.

Culpæ actorem teneri, qui temere in iudicium ante deſcendit, quam inquiſitio diligens facta de iuribus ſuis ſit, nu. 382.

Cumulatio ſuper actione cumulata pronunciandum, vbicunq; cognitum de ea eſt, quamuis locus cumulationi non eſſet, numer. 212. & in verb. Iudex.

## De litera D.

DAmni rationem non haberi, quod culpa acceptum eius eſt, qui id deflet, nu. 87. verſi. damnum. & in ver. culpa.

Damnum in eo non conſiſtere, quod iure quis patitur, nu. 233.

Datione inſolutum debitum perimi, nu. 409. & in ver. ſolutione.

Dationem inſolutum ſimilem venditioni haberi, nu. 413.

Debitor ſuſpectus ob id habetur, quod ſoli bona non poſſidet, nu. 491. Ampliatur, n. 494. etiam ſi in territorio alieno bona poſſidet quod ad effectum ſequeſtrationis attinet.

Debitori pro viribus contendendum, ne alij quam cui debet, ſolutio fiat, nu. 273. & in ver. culpæ.

Declarandi facultatem hæredi non dari, nu. 386. ver. Quarto obſeruandum.

Declaratio legis ab eo fit, cui integrum de lege ædenda eſt, num. 99. & in verb. interpretandi.

Declarationem pro correctione accipi, nu. 111. & in ver. interpretatio.

Declarationem verbi obſcuri à promiſſore fieri, nu. 313.

Decreti iudicis poteſtas magna, nu. 10. Quod ipſum, nu. 247. & pluribus ſeq. eliditur. vbi modos decreti euertendi lector edocetur.

Decreti & ſententiæ diſcrimen, nu. 148.

Decreti ducalis in feudo ob dotes & donationem propter nuptias alienādo, ratio à iure communi Romanorum circa bona fidei commiſſa deſumpta, nu. 185.

Decreti iudicis præſumptionem per alteram elidi, nu. 249.

Decreto inutili iuris præſumptionem non ſuffragari, nu. 250.

Decretum iudicis in re minoris donanda inutile, numer. 421. & in verb. minor.

Decretum indiuiduum, & ob cauſam vnam falſam falſum cunctum intelligi, nu. 252.

Decretum ob cauſam falſam intercidere, nu. 200. Ibiq; ampliatur. Expreſſius, nu. 252. & in ver. cauſa falſa.

Decretum. Iuris ſolennia ob decretum non præſumi, quæ adhiberi tunc non potuerunt, cum interpoſitum decretum eſt, nu. 251.

Decretum nullum ex probationibus nouis non conualeſcere, nu. 156. Ampliatur, nu. ſeq. & in ver. nullum, ſuperuenientia.

Decretum tumultuarium & perfunctorium vigore deficere, vbicunque eodem tempore dum cognitio fit, decretum præcipitatur, num. 155. & in ver. breuitas.

Decretum, quod iniuſtum ſit, idem & nullum fieri, nu. 148.

Decretum. probationum defectu decreta euaneſcere, nu. 148.

Decretum cognitione carere cauſæ non poteſt, qua neglecta, vigore deficit, nu. 146. & in ver. cognitionem, & in quibus cognitio verſetur, nu. ſeq. & in ver. cognitio.

Decretum contractui aut alienationi interponi ante non poteſt, quam reſcripti impleta conditio ſit, ſi preces veritate nitantur, expreſſa, vel non conditio ſit. hoc eſt antequam probatio præſtita eorum ſit, quæ in reſcripto narrata, vel neceſſaria, ad alienationem, decretúmue interponendum ſunt, num. 139. & pluribus ſeq. & num. 153. & in verb. cognitio.

Decretum cum in re minoris alienanda iudex interponit, fides iudici de cauſis alienandi, an habeatur, nu. 29. & in ver. iudicis.

Defenſionis cauſa, ne facultate eius præſtandæ, quis careat, expreſſionem cauſæ in ſpecie faciendam, quotiens propter cauſam quam iuſtam à iure communi diſceditur, num. 386. verſi. ratione & alia. & ante fin. numeri. & in verb. aſſertioni principis. In verb. generalis cauſarum. In verb. cauſam in ſpecie, & in verb. cauſam in ſpecialem expreſſionem.

Delictum ſine conſenſu non committi, nu. 234. & in ver. conſenſu. periurium. voluntate.

Denominationem contractus à facto ſeu ab effectu, non etiam verbis faciendam, nu. 109. verſi. qua ratione. Cumulatius, num. 205. & in ver. effectus. in ver. factum.

Denunciationis omiſſio culpam indicat, nu. 274. & in ver. culpam.

Depoſito locum non eſſe, vbi opus ſoluto eſt, nu. 13. Declarationem id, nu. 255. accipit.

Depoſitum ratum ita habendum, ſi citatio interueniat, num. 14. De quo nu. 259. latius diſſeritur.

Depoſitum ineptum, quod iudicis iuſſu non ſui ſit, nu. 15. ver. iudicis item. Declaratur, nu. 269. ver. æque ex ſuperioribus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0010-0

Depoſitum de pecunia qua facere, cautione de ſupplẽdo interpoſita, prodeſſe, vbicunq; liquida res non eſt, nu.207. & in ver. liquidum.
Depoſitum viribus ita conſtare ſi oblatio ante facta pecuniæ ſit, nu. 256. vbi declaratur.
Depoſitum vitioſum parſimonia eius facit, num.15. Declaratur, num. 269.
Derogationem clauſula ſuperior, vt præmorientis portio ad ſuperſtitem perueniat, à clauſula poſteriore non accipit. & quicquid placuerit faciendum, nu.308. & in ver. vniuerſalis clauſula.
Derogatum diſpoſitioni ſpeciali per generalem non intelligi. Quotiens vna ſimul cohærere citra derogationem poſſunt, num.305. verſi. quod Alex. dictum. Ibiq; ampliatur ver. appoſite huc etiam. cum temporibus diuerſis diſpoſitio vtraq; ſit.
Derogatum præcedentibus per ſequentia non cenſeri, niſi quatenus neceſſitas impellit, nu.306.
Derogatum ſuperioribus per verba poſteriora nec vniuerſalia intelligi, vbicunq; conciliatio adhiberi inter ea poteſt, nu.307. Idq; ex Riminal. iuuatur in conſ.79. nu.18. & pluribus ſeq.
Deſcendentium fauore conditionem ſubaudiri, de qua in l. cum auus. ne melior extraneorum cauſa fiat, nu.353. ver. Immo ne liberis.
Deſiſtere à lite quempiam ob aduerſarij aſſertionem non oportere, num. 381.
Dilationem ſecundam ob exceptionem dilatoriam probandam non permitti, nu.242. verſi. eadem ratione. & in ver. exceptionis.
Diſputatio. Vbicunq; de re aliqua certatur, habilia præſupponi, nu.122. & in ver. habilia.
Diſputationis ad partem vtranq; vtilitas, nu.1.
Diuerſitas ſummarum diuerſitatem debitorum arguit, nu.177.
Diuerſitatis ratione diuerſum ius in ſcriptura etiam connexa ſtatuendũ, nu.467. & in ver. ratio diuerſa.
Diuerſo iure eandem æſtimandam rem non eſſe, num.444. verſi. quod ſi immunitatis.
Doctori conſuetudinem, deſuetudinémue aſſeueranti præſumptione tenus credendum, nu.476. verſi. doctori plane. Ibiq; in doc. plurium aſſertione facilius id admitti.
Doli præſumptionem ex obreptione naſci, nu.183. & in ver. obreptio. Ius idem in ſubreptione probandum in ver. dolum, ſubreptio.
Doli præſumptione eum onerari, qui quod debet, non facit, nu.275. verſi. in eandem ſententiam.
Doli ſuſpitione eum laborare, qui litem remoratur, nu.381.
Dolum in eo intelligi, qui id aſſerit, quod ignorat, nu.202. & in ver. ignorare. periurium.
Dolum in ſubreptione intelligi, nu.201. verſi. ſed & ex ſubreptione. & in ver. ſubreptio.
Dolum in eo intelligi, qui iuris remedia non adhibet, nu.275. & in verbo omiſſio.
Dolus indiuiduus, in partem quippe committi non poteſt, num.138. & in verbo fraus. indiuiduum. actum.
Dolum in eo præſumi, qui de iuribus ſuis certiorem alium non facit, num. 275. verſi. quo loci.
Dolus. nihil ex contractu bonæ fidei agi, cauſam cui dolus dederit, num. 201. & in ver. nullum.
Donandi, renunciandíue præſumptionem coniectura quauis vel leui excludi, vbi aliàs præſumi donatio ſolet, nu.420. verſi. iam coniecturam quamuis.
Donationem cauſa mortis conſenſu patris non roborari, qui ea peracta adhibetur, nu.398. verſi. ea ratione. & in ver. conſenſum patris.
Donationem non præſumi, At errorem potius iuxta in facto proprio ac in iure. Sed & ineptiam, fatuitatémue potius quam donationẽ præſumi, nu.419.
Donationis præſumptionem vſq; adeo non admitti, vt inertem actum fieri lex potius ferat, quam donatio intelligatur, nu.420.
Donationem prohibitam non præſumi, vbi præſumi alias ſolet, num.421. verſi. conſequens item.
Dos confeſſa compenſationem ſuffert, numero 186. verſi. dos item confeſſa.
Dos confeſſa damno poſſeſſoribus bonorum mariti non eſt. Quibus iudicium hypothecarium inferri ob id genus dotem non poteſt, num.186. verſi. Sed nec hypothecariam.
Doti confeſſæ priuilegium authen. res quæ. C. com. de lega. & l. fin. C. qui potior. in pig. hab. non tribui, nu.186.
Dubia res habetur, quæ accipi varie poteſt, numero 98. & in verb. ambiguum.
Dubiam rem verba generalia faciunt, nu.97. & in verb. ambiguitatem. in ver. generalitas.
Dubium. In re dubia pro forma quid introductum exiſtimatur, quotiens damnum alias graue res affert, num.169. & in verb. enormitas. forma.
Dubium cenſeri, quod accipi bifariam poteſt, nu.316. Ibiq; ampliatur, & in ver. ambiguum. Intellectus.
Duplex vinculum negotio grauiore frangi, nu.315. verſi. quid in præſumptione dicendum duplici erit.
Duplex prohibitio ſimplici fortior, nu.335. & in ver. geminationem.
Duplici onere grauandum quenquam non eſſe, fauori ducitur, nu. 436. & in ver. fauorabilem.

## De litera E.

Eccleſiam mutuo reſtituendo non aliter teneri, quam ſi ob cauſam factum neceſſariam oſtenditur, nu.111. & in ver. prælatum.
Eccleſiæ bonorum alienatio duo copulate poſcit alienandi cauſam, quæ ob neceſſitatẽ vtilitatémue eſt, & formam ſeu ſolennitatem, nu.159. & in ver. bonorum.
Effectus in contractu denominando verbis potior, quotiens verbis effectus reſiſtit, nu.109. verſi. qua ratione. Locupletius, nu.205. & in verb. denominatio. factum.
Effectus. probationum laudatiſſima, quam effectus profert, nu.433. verſi. Tertio probationum.
Effectus. nihil intereſt, factum quid non ſit, an factum quidem, effectum tamen non habeat, num.484. verſic. æque non refert. & in ver. paria.
Eluſorium. Interpretatio repellenda, vnde iuris alieni, iudicijue eludendi occaſio exiſtit. nu.61. & nu.71.
Enormitas damni interpretationem actui præbet, vt formæ loco introductum quid dicatur, qua omiſſa, damnum magnum ſequitur, num. 169. & in ver. dubium. forma.
Epiſcopi aſſertio, ex cauſis legitimis alienationem rei eccleſiaſticæ factã, fidem non habet, nu.28. nu.146. & pluribus ſeq. num.187. 246. & in ver. aſſertioni.
Aequitas ad verba vniuerſalia reſtringenda valet, nu.78. & in ver. vniuerſalia.
Aequitatem iuris pontificij in reſponſo hoc authorem ſecutum, num.171. & nu.[illegible]5. & omnino, nu.469.
Error non facti modo, verum iuris etiam conſenſui obſtat, nu.227. verſi. locumq; id.
Errorem iuris in minore præſumi, numer.228. Vbi in lucro id ampliatur. quamuis in lucro id aſſerendum viſum authori non ſit.
Errorem iuris ita ad fructus ſuos faciendos valere, ſi probatio eius præſtatur, nu.287. & in ver. fructus.
Errorem iuris conſenſui impedimento non minus atq; facti errorem eſſe, nu.471.
Errorem facti proprij hoc ipſo probari, quod aliter rem habere oſtẽditur, nu.472.
Errorem facti proprij in minore præſumi, nu.472. verſi. Sed admirationi maiori.
Errorem iuris à maiore probandum, nu.473.
Eſſentia rei à forma eſt, nu.167. & in ver. forma.
Exceptione caſuum aliquorum à cæteris regulam cõfirmari, nu.65. verſi. rurſus cum de regula. Et in ver. regula.
Exceptione aliquorum caſuum in alijs regulam cõfirmari, nu.296. verſi. vnde cum de regula.
Exceptionem dilatoriam intelligi, oblationem ante faciendam, quam depoſitio pecuniæ fiat, nu.257.
Exceptionem ex proceſſu reiectam ad vlteriora intelligi, nu.236. ver. & quod dicitur ex proceſſu. & in ver. proceſſu.
Exceptionem dilatoriam dici, cum id opponitur, de ſpoliatione prius cognoſcendum, nu.237.
Exceptionem dilatoriam ante litem conteſtatam opponendam & determinandam, nu.237.
Exceptionem dilatoriam pro arbitrio à principe denegari, nu.238. & in ver. principis.
Exceptionem dilatoriam in re dubia abijciendam, nu.242.
Exceptionem dilatoriam æſtimari, inſcriptionem ad pœnam faciendam talionis eſſe, nu.257.
Exceptiones litis finitæ omnes æſtimari, quæ in manifeſto ſub actis ſunt, nu.5. & nu.225.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0011-5
DFG

Exceptioni dilatoriæ à procuratore renunciari, dum negocij modo principalis ius non tangatur, nu.241.
Exceptionis dilatoriæ probandæ cauſa dilationem ſecundam non concedi, nu.242. verſi. eadem ratione. & in ver. dilationem.
Exceptionis dilatoriæ omiſſæ cauſa, reſtitutionem in integrum minori, eccleſiæue non indulgeri, nu.242. & in ver. reſtitutionem.
Executoriam clauſulam ad ſcripturæ naturam alterandam non valere, nu.348. & in ver. clauſula.
Exitus acta probat, nu.433. verſi. tertio probationum.
Expenſarum diſpendio mulctandum, qui moram liti facit, nu.380. & in ver. retardare.
Expreßio. Ab expreßione vnius argumentum deduci, quod veriſimiliter facta & in alio fuerat, ſi id diſponens ſenſiſſet, numero, 339. Quæ ſententia ex regula iuuatur, ab incluſione vnius excluſionem alterius ſequi.
Expreſſo tacitum cedere, nu.244. ver. & iſtud vero eſt. & in verb. tacitum.
Expreſſum tacito fortius, nu.142.
Expreſſum dicitur, quod verbi, actúſue natura habet, & quod ab expreſſo aut narratis colligitur, aut ſequitur. Idq́; & in ſpecie ſtrictißima receptum, cumulate & ſcite, nu.308. verſi. ſi dixeris, caſu diuerſo Bal. loqui.9. Quibus text. accedit in l. Gallus. §.1. Ibi qui ex verbis concipi poteſt. Ibiq́; etiam Ruin. col.2. in fin. ff. de lib. & poſt. Idem Ruin. in l. 1. num.21. ff. ſol. mat. in conſi.64. nu.10. lib.1. in conſ.108. nu.16. in con. 132. nu.4. lib.2. Cephal. in conſ.68. circa fi. in conſ.82. in fi. in conſ.132. nu.8. in conſ.135. nu.20. in conſ.144. nu.30. Quod locum tum etiã habet cũ formæ vice expreßio deſideratur. Aret. in d. l. Gallus in prin. col. 3. in fi. ver. pro iſta differentia adduco tibi tex. Ruin. in conſ.121. nu.11. lib.2. Cephal. in conſi.74. nu.20. Idq́; ratione fortiore iuuatur, namque ſatis eſt, præſumptione iuris expreſſum aut actũ id intelligi, quod formæ vice exquiritur. c. propoſuit. Ibiq́; Innoc. & Anton. de cleri. excom. mini. Aret. in conſ.51. videtur dicendum, col.1. in fi. Soc. in conſil. 188. nu.10. ver. ex quibus patet reſponſio. Iunctis his, quæ ante ſcripta in argumento contrario ſunt, lib.2. Quid in ſpecie controuerſa dicendum, in qua ad formam expreßio non exigitur. Immo enim verbis etiam illis detractis, rectum, auitum, &c. hoc ipſo quod feudum conceditur, rectum id cenſetur, vt niſi ad deſcendentes non ambulet.
Extenſionem ad caſus omiſſos in iure correctorio non admitti, nu.85. & in ver. correctoriam.
Extenſionem ei iure correctorio recipi, vbicunq; iuri res communi redit, nu.371. & in ver. extenſionem.
Extenſionem ad perſonas alias in ratihabitione aut conuentione alia nõ fieri, nu.450. & plurib. ſeq. & in ver. alius. in ver. Reſtrictionem. Ibiq́; ampliatur.
Extenſionem conuentionis, renunciationis, aut approbationis, ad bona omiſſa non fieri, nu.457. & in ver. reſtrictionem diſpoſitionis.
Extraneos poſteris & neceſſarijs in ſucceßionibus, beneficijs, priuilegijs, & eleemoſynis poſtponi, numero 353. verſi. & quamuis. & num. 355.

De litera F.

FActa loquuntur, ſeu facto ipſo loqui quis intelligitur, vt nihil interſit, facto an verbis quis quid confiteatur, nu.176.
Facta verbis potiora, nu.176. ver. inde dicimus.
Facti animus dicitur, nu.117. & in ver. animum.
Facto ſuo vaſallum non contrauenire, à quo alienatio facta feudi eſt, nu. 328. verſi. quod ad vaſallum, & in verbo contrauenire. & in feudi alteratione Cephal. tradit in conſ.30. nu.29. & ſeq.
Factum verbis validius. Quocirca proteſtationem factum vincit, quod contrarium proteſtationi ſit. & ab effectu nomen contractus accipit, nu.109. & nu.176. vberius, nu.205. & in ver. denominationem. Effectus. proteſtationem.
Factum pro facto in perniciem ceſſatoris haberi, quod fieri debuit, nume. 267. Ampliatur, vt ad tertij etiam incommodum id ſpectet, & in ver. mora.
Falſi pœna ad ignem trahi, cum de immunitate falſum quis inſtrumentum ſcribit, numero 436. verſic. contra odium. & in verb. immunitatis.
Falſum non dicitur, quod primordio veritatis adiuuatur, numero 37.
Fauorabilem diſpoſitionem reſtringendam, in qua tertij permixtum incommodum ſit, nu.74. & in ver. odioſam.
Fauorabilem cauſam intelligi, ne onere gemino quiſpiam aggrauetur, nu.436. & in ver. duplici.
Fauorabilis interpretatio iudicatur, vnde iuris offenſio excluditur, num. 49. & in ver. correctio.
Fauorabilis interpretatio cenſenda, vnde ſubditorum bona conſeruãtur, nu.50. & nu.345. & in ver. conſeruatio. Locupletius in ver. cauſam in ſpecie. verſi. ratione & alia.
Fauorabilis. In ſpecie fauorabili interpretatio eligenda, quæ ad ampliandum valet, nu.72.
Fauorabilis. Verba in ſpecie fauorabili lædi, vt ampliationẽ ius accipiat, nu.72. & in ver. impropriæ.
Fauorabilius id æſtimari, quod iuri communi conſentit, nu.370. & in ver. ius commune.
Fœminas niſi ordine ſucceſſorio inuitatas ad feudum non intelligi, num. 296. & in ver. ordine.
Feudalem rem eo ipſo argui, quod in feudo pars maior bonorum eſt, numer.446.
Feudalia bona oneribus paganicis non adſtringi, nu.434. verſi. ſecundo reſpondetur.
Feudi alienationem domino inconſulto prohiberi, nu.293.
Feudi alienationem filijs agnatiſue, nec domino volente nocere, nu.304. Huc pertinent quæ ſcripta ſunt, nu.21. & nu.295.
Feudi alienationem ne quidem neceßitatis aut pietatis, ſeu animæ cauſa, permitti, numero 30. Vberius, numero 69. Ob neceßitatem vrgentem feudum alienari, ne quidem canonicum ius patitur. c. quæ in eccleſiarum. Ibiq́; Deci. numer.10. in ſexto nota. de conſtitu. Idem Riminal. ſcribit in conſilio 81. numero 16. verſi. & prædicta procedunt, lib.1.
Feudi alienationem ex clauſula permitti, & faciant quicquid voluerint, nu.292.
Feudi naturam à vaſallo in perniciem ſuam alterari, nu.328. & in verb. inueſtituram.
Feudi interpretatio, in quo expreſſum eſt, vt de eo iure feudi quicquid velit, inueſtitus faciat, nu.331. & in ver. Inueſtituræ.
Feudi probatio quando per inueſtituras & recognitiones citra adminiculum aliud fiat iuxta ſcite, ac cumulate luculentérue, nu.425. Vbi caſuum ſeptem diſtinctione quæſtio explicatur.
Feudi quamlibet antiqui ſucceßionem niſi deſcendentibus primum inueſtiti non deferri, nu.354. verſi. Sed enim.
Feudi naturam per clauſulam nõ mutari & quibus dederit, quotiens per inueſtituras alias feudi incolumis natura apparet, nu.358.
Feudi clauſulam & quibus dederit, ex verbis alijs inueſtituræ reſtringi, nu.360.
Feudi naturam ex clauſula conſeruari, tibi & cui ius dabit, feudum concedimus, nu.361. & in ver. iuris.
Feudum domini etiam permiſſu agnato etiam remotiori alienatum, alienatore extincto, recte ab agnato proximiore filióue alienatoris, precio non reſtituto, auocari, numero 21. De quo etiam num.264. 265.291.
Feudum hypothecæ generali non cedere, nu.294. & nu.390. & in ver. generalem.
Feudum hypothecæ impune non ſupponi, num.293. verſi. Sed nec Hypotheca. Ibiq́; ampliatur & nu.390. verſi. hoc amplius. & in ver. hypotheca.
Feudum rectum niſi ad deſcendentes non ambulat, nu.334. Ampliatur, nume.354. verſi. Sed enim. Ampliatio altera aſſuitur, etiam cum pro hæredibus & ſucceſſorib. vtriuſque ſexus accipitur. Cephal. in conſ.9. num.2. Sed & idem verbis illis detractis vtriuſque ſexus, vt non alij quam deſcendentes inuitentur, quamuis hæredes eos eſſe oporteat, & verbum hæredibus ad ius ciuile, ſucceſſoribus ad fœminas pertinebit. Alex. in conſi.44. in princ. lib.1. in conſi.10. col. fin. verſic. & qua ratione dixi, lib.3. Curti. Senior in conſi. pen. nu.6. cum alijs apud Dec. aggregatis in conſi.171. nu.3. in fi. verſi. tertio principaliter, & num. duobus ſeq. in conſi.208. numer.11. Pariſ. in conſi.106. num.21. & ſeq. lib.1. Curti. minor, conſi.138. nu.14. & ſeq Soci. Iun. in conſi.95. num. 26. lib.3. Sed & fœminas excludi, cum pro hæredibus & ſucceſſoribus feudum datur, in d. conſ.106. Pariſ. teſtatur, num.23. Apparet ex his, vt in verba hæc inueſtitura non concepta, non modo hæreditarium ſimpliciter feudum non ſit. Sed & ordine ſucceſſorio inuitatæ fœminæ intelligantur. Siquidem mente deſecata, & ratione communi meditari rem libet.
Feudum iniuſſu domini alienatum ad agnatos, non etiam ad dominum transferri, nu.294. verſ. quod ſi contra quam.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0012-1

Feudum alienatum non ideò minus ab agnatis vendicari, quod voluntate domini facta alienatio ſit, numer. 295. & in ver. agnatorum conſenſum.

Feudum proprium atque rectum in dubio præſumi, atq; vti tale præſcriptum intelligi, nu. 314. & in ver. præſcriptionem.

Feudum nouum antiquum ex clauſula fieri, iure recti & antiqui feudi, num. 321.

Feudum pro deſcendentibus agnatiſue acceptum per clauſulam & quibus dederit, non immutari, nu. 359.

Feudum ex verbis generalibus contra tacitum non præſumi cum omnibus prædijs, villis, paſcuis, & iuribus omnibus ad caſtrum pertinentibus, num. 428.

Feudum inter dominum & vaſallum ex verbis inueſtituræ aut recognitionibus generalibus probari, cum villis, prædijs, vineis, pratis, paſcuis, nemoribus, &c. pertinentiarum commemoratione ſeu reſtrictione ad eas non facta, nu. 430. Ibiq; idem inſerto caſu, vbicunq; caſtri ſimpliciter conceſſio ſit.

Feudum non præſumi, nu. 427.

Feudum in prædijs, caſtro propioribus facilius admittendum, quotiens feudalia remotiora eſſe, non dubitatur, num. 433. & in ver. cauſæ remotæ.

Feudum agnato vel remotiori impune quantum ad interitum eius alienari, nu. 488.

Fideicommiſſi remiſſionem intelligi, ne vitioſa verba fiant, nu. 343. & in ver. renunciationem.

Fidelitatem iterandam non eſſe, nu. 324. & in ver. reiterandum.

Forma indiuidua, nu. 135. & nu. 165. Ampliatur, nu. 137. & in ver. indiuidua forma.

Forma omiſſa, auxilio veritas non eſt, nu. 160. & in ver. veritas.

Forma ſubſtantiam rei præſtat, nu. 167. & in ver. eſſentia.

Forma. Quotiẽs in ambiguo res eſt: formæ necne vice introductum quid ſit, formam intelligi, ſiquidem damnum graue ex omiſſione eius ſequitur, nu. 269. & in ver. dubium. enormitas.

Forma. Qui formam decreti non ſeruat, beneficio frui eius non debet, numer. 396.

Vniuerſalem ſermonem ad omnia trahẽdum, etiam quæ talia impropriè ſunt, nu. 67.
Vniuerſalia verba reſtringenda, ne tertio officiant, nu.73.& in ver. tertius.
Vniuerſalia verba, & pro neceßitatibus alijs quibuſcunque, ad ea in ſpecie odioſa non trahi, quæ maiora expreßis ſunt, numer.75. & in verb. alius.
Vniuerſalia verba reſtringenda, ne iniqui aut abſurdi quicquam ferant, nu.76.& in ver.reſtrictio.
Vniuerſalia verba propter æquitatem reſtringenda, num.78. & in verb. æquitas. reſtrictio.
Vniuerſalia. Reſtrictionem verba vniuerſalia non aſpernari, quæ rationi conſentiat, nu.80.
Vniuerſalia verba coanguſtanda, ne deterius alienum ius faciendi occaſio præbeatur, nu.80.
Vniuerſalia verba ad ea non porrigenda, in quibus ratio eadem aut tanta non vertitur, nu.82.
Vniuerſalia verba reſtringenda, vt offenſionem quam minimam poßit commune ius accipiat, nu.83.& in verb.correctionis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0019-4

*Vniuerſalia verba generalibus potentiora, num.106.& in ver. generalia verba.*
*Vniuerſalia verba negatiua reſtringenda, ne repugnantia ſequatur, nu. 301.& in verbo contrarietatis.*
*Vniuerſalia verba pro hæredib. quibuſcunq; extraneos etiã in feudo complectuntur, nu.320.& in verbo hæredibus.& in verbo quibuſcunq;.*
*Vniuerſalibus verbis reſtrictionem fieri, per quam iuſta ciuiliſq; interpretatio ſequitur, nu.81. Vbi & in verbis vniuerſalibus geminatis receptum id aſſeritur.*
*Vniuerſalis clauſula in emphyteoſis aut feudi conceſſione inſerta, & quicquid placuerit faciendum, pacta priora non lædit, quibus diſponendi facultas coërcetur, nu.308.& in verbo derogationem.*
*Voluntarium dicitur, cauſam cui voluntas initio præbuit, vt neceſſarium poſtea fiat non inſcite, nu.44. Significantius, nu.386. verſi. ratione & alia.& in verbo neceſſarium.*
*Voluntas. Culpam in eo non cadere, quod partis voluntate fit, nu.17.nu. 198.& 276.& nu.283.& in ver. Culpam.*
*Voluntate & propoſito maleficia diſtingui, nu.234.& in ver. conſenſu. delictum. periurium.*
*Voluntatem principis non aliam lex intelligit, niſi qualem eſſe conuenit, nu.102.verſi. ea quippe.& in ver. principis.*
*Voluntatem diſponentium ex conſuetudine generali regionis totius atq; etiam ſingulari patriæ declarari, nu.317.verſi. hoc amplius non modo. & in verbo conſuetudinem.*
*Vtile ab inutili in actibus indiuiduis irritari, nu.131.*
*Vtilitatem publicam in agnatione tuenda verſari, nu.352. verſi. inde dicitur.& in ver. cognationem.*
*Vtilitati publicæ tertij incommodo nõ conſuli. Immo enim reſtrictionem in diſpoſitione admittendam, quæ ad commoda publica ſpectat, ne oneroſa tertio fiat, nu.53. & ſeq.& in ver. tertius.*

contra hoc reſpon ſum pronunciauit ſenatus pedemontanus Randens cons 9 nᵒ 136.

# RESPONSVM PRIMVM CRAVETTAE PRO GENERO.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Etſi abunde ſatis cum ſcriptis tum verbis in diſceptatione publica, perſpicuum ius optimum factum Generi mei videtur, Illuſtris Hectoris à Rubeis, ex comitibus Plozaſchi & Noni participis. attamen quò nubeculas reſoluamus, quas Soli ipſi obijcere Aduerſarius molitur, quæ per temporum acta interualla ſunt, in ordinem ea redigenda atque componenda cenſui. Cæterùm quia notiſſi-
1 mum nemini non † eſt, quanti interſit, in partem vtranque rem excutere, vnde luculentior veritas, opponendo diſputandóque emicat, l.2.§. ex legibus. ff. de origi. iur. l. cum quidam, ibique Iaſ. ff. de libe. & poſt. l. Offilius. ff. de leg.3. l. de diui. ff. de iure patro. l.fi.§. mixta. ff. de muner. & honor. Inde tex. ſcribit in capit. fi. 35. q.9. eò ſplendidiorem veritatem fieri, quo ſæpius agitatur: de quo etiam glo. meminit in c. cum Ioannes in ver. Poſtquam de fide inſtrum. Quinetiam itineris neſcij ſimilem eum philoſophus putat. 3. metaphy. qui diſputatione neglecta, ad veritatem aggredi ſcrutandam non dubitat: Eò item lucidiora oppoſita micare, quo propiora fiunt, Caſtren. ſcribit in cõſ.444. in cauſa quæ vertitur inter communitatem circa princip. lib.1. Idem ex philoſopho Corn. ait in conſ.5. in princip. lib.3.& quæ ſcripta apud nos ſunt in conſi.135. num.18. Idcirco argumenta primum omnium recenſenda duxi, quibus ius ſuum malum Aduerſarius prætexere, erroreſque ſuos obumbrare aduocatio eius certat.

Principio exceptiones tres obijcit, quæ ad iudiciarium ordinem & actorum à iudicio inſtituto arcendum, vtpote litis finitæ, ſpectant, cauſæ videlicet diuidendam continentiam
2 † non eſſe, & periurij. Iudicium enim prius cœptum de vitio contractus, & alienationis feudi, atque vbi vires mero iure alienatio haberet, de receſſione eius ob leſionem immodicam, ab actore eſt. Proinde iudicium illud inchoatum peragẽdum, non etiam litem nouam inſtitui de feudo vendito, ex pacto de redimendo, cõuenit. Auctẽn. qui ſemel. C. quomo. & quan. iud. glo. & Doct. in l. edita in gl. magna. ibi niſi per veterem. C. de eden. vnde aut liti de vitio & reſciſſione contractus, renunciandum omnino eſt, ſumptibus eius reſtitutis, aut ad finem ante perducenda, quàm audiri actor in iudicio hoc nouo debeat.

Secundò, ſi ad litem hanc nouam de redimendo, actor admittitur, diuiſionem cauſa accipit, ſeu continentia, aut coniunctio eius ſeparatur. Siquidem iudicia duo ob res eaſdem ſeparatim exercentur, contra l. nulli. C. de iudi. l.1. in fi. C. de aſſertio. tollen. c. primo, & ſecundo. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. Alex. in conſ.65. nu.8. lib.7.

Tertiò cum de feudo controuerſo iudicium circa vitium
3 alienationis & reſciſſionem eius pendeat, lite ipſa † pendente, reſcriptũ impetrare de re ipſa redimenda non licuit. Vſque adeo vt vitioſum irritúmq; iure ipſo reſcriptum id genus habeatur. l.2. Ibique Doct. C. vt lite pend. & in Auctẽn. in medio litis non fieri ſacras formas aut ſacras iuſſio. per totum. c. fi. vt lite pen.

4 Quartò, iure illo vulgatiſſimo † certiſſimoque vtimur, lite pendente, poſſeſſionem auferendam cuiquam non eſſe. l. litibus. C. de agric. & cenſi. lib.11.§. commodum inſti. de interdic. c. quærelam de electio. ex quibus text. ita Bald. ait in conſil.44. dominus Bailardinus in fin. libr.1. Idem ex tex. probatur in l. ſi ſeruus. ff. quod cum eo. in l. fi. in prin. ff. de vſucapio. in l.1.§. ſin autem proprietarius. C. commu. de manu. & quod glo. no. in l. ſi inſtituta. ff. de inoffic. teſta. & in l. fin. C. de ordi. cogni. refert Guido Papæ quæſtio.366. in princip. & quæſt.578. Ang. his accedit in conſ.337. colum.3. poſt med. verſi. & hoc intelligatur ſi aſtorgius. Verumque id vſque adeo habetur, vt ratio vitij ſeu nullitatis habere tituli non ſoleat, vnde poſſeſſionem nactus quiſpiam eſt: in ea quippe lite pendente defendi nihilominus debet, Bald. in conſ.66. inter virum lib.1. per tex. in l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. Ex tex. id vltra Bald. expreſſius declaratur in cap. primo. vt lite pendente. vbi cum lite pendente priuilegium cui, & ex eo poſſeſſio quæritur, poſſeſſione illa priuari impetrantem non conuenit, quamuis inutile id genus priuilegium æſtimetur. quem tex. in ſententiam hanc Abb. citat in conſ.3. quæſt.21. lib. ſecundo. vbi cum falſi nullitatíſue priuilegium impugnatur poſſeſſione ex eo quæſita carere reus dum lis pendet, non debet, verum euentum expectari litis conuenit, quamuis iuri communi priuilegium refragetur. Eundem text. in ſententiam hanc Deci. profert in conſ.97. col.1. circa medium vbi nihili faciendum putat, iuri communi cõtrariam poſſeſſionem eſſe, priuilegioque niti. Ab ea enim deturbandum quempiam lite pendente non fore. Quid dicendum his erit, vbi iuri communi contraria poſſeſſio P. non dicitur?

5 Conſequenter his dicendum, cum palam † Actorum inſpectione prædicta appareant, litis ex eis ingreſſum prohiberi, vt Alex. tradit in conſ.62. nu.11. lib.7. Soci. in conſ.38. nu.18. ad finem vſque conſ. lib.1.

6 Altera Exceptio in periurio † conſiſtit. quam litis finitæ eſſe non ambigitur. l. ſi quis maior. C. de tranſactio. Specul. de actore.§.1. nu.16. verſic. item quòd eſt periurus. Bald. in conſ.39. proponitur quòd celebratus nu.3. lib.3. Iaſ. in l. nam & poſtea in quarto nota. ff. de iureiuran. quem tex. vna ſimul interpretatus eſt cum l. ait prætor.

Neque abſolutio iuramenti, & periurij mouet, à domino
7 Hectore producta. Quoniam † Pontificis ſolius eſt, periurium ſoluere, vt audiri quiſpiam in iudicio poſſit, Geminia. in conſil.105. num.6. & ſequen. Inde fit, vt momenti vllius abſolutio iuramenti non ſit, poſt periurium iam admiſſum, ab Ordinario conceſſa. quia legis dignus beneficio non eſt, qui in eam offendit. l. auxilium in fin. ff. de minor. l. ſi ab hoſtibus.§.1. ff. ſoluto matrim. l. neque enim in fin. cum. l. ſequen. ff. de teſt. mili.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0020-5

mili.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2.l.curiales.C.de hæreti.l.
3.C.de inoffic.teſta.cap.bonæ.1.de electio.cap.an ſit de appel-
la.cap.quia fruſtra de vſu. Qua ratione fretus, ita abſolutioné
id genus Freder.à Sen.euertit in conſ.300.factum tale eſt, de-
bitor in fi.Bal.in Auctẽ.quod eis in fi.C. de nuptijs.Rom. ſin-
gu.493.Tu ſay.Abb.in cap.1.num.13. verſi. quinto non placet.
Ibique Fel.nu. 28. q. 7. de iureiuran. deciſio Neapoli.30.nu.6.
Dec.in c.porrecta.col.2.in fi.verſ.& quia in tali caſu Papa Gre-
gorius.de confir.vtili vel inutili.in conſ.151.nu.11.verſi.& quod
dictum eſt Papam.& in conſ.452.nu.12.Iaſ.in l.Labeo ante fin.
ff.de pactis.Pariſ.in conſ.96.nu.91.lib.1. & in conſ.69.nu.106.
& duob.ſeq.lib.3.

Exceptio Tertia litis finitæ,actori obſtat,quod ſpoliationis
condemnatus actor eſt in P.admiſſæ.Cæterũ iudicatæ rei, cir-
ca reſtitutionem fructuum & impenſarum litis,nondum pari-
8 tum. Enimuero iuris incerti † non eſt, non ante de petitorio
ſpoliatorem audiendum, quam ſententiæ de poſſeſſorio latæ
ſatis ab eo factum ad aſſem vſque ſit, vti ſcriptum habemus in
conſ.140.nu.3.quibus Abb.accedit in cap.ſuper ſpoliatione in
tertio nota.de ord.cognit.Quem Pariſ.refert in conſ.1.nu.145.
& duob.ſeq.lib.1.Idem Ripa admittit in l.naturaliter.§.nihili
commune,nu.50.ff.de acqui. poſſ.

Vltra Exceptiones has, quæ ad proceſſum impediẽdum re-
ſpiciunt,Exceptionibus etiã alijs aduocatus.P.vtitur,quæ rem
ipſam principalem contingunt. Prima exceptio ab inſtrumẽ-
to emptionis deſumitur. Ex quo apparet, rite recteue feudum
alienatum,decretorum ducalium forma adimpleta, ob æs alie
num videlicet neceſſario exoluendũ, ita vti permiſſum decre-
tis ipſis eſt.de quo ære alieno per inſtrumenta publica liquet.
Rurſus,& ſi maxime numerationem pecuniæ aut traditionem
rerum decretum expoſtulet, pecuniam tamẽ à P. numeratam
non obſcurè apparet. Iure igitur Rei ita inſtrumentis inſtru-
9 cto,à dubitatione omni vacua res videtur.Notiſſima † quippe
inſtrumenti vis nemini non eſt,cui ſtari in dubio oportet.l. cũ
precibus.C.de proba.l.generaliter.C.de nõ numer. pec.c.per
tuas de probat. Bald.in conſ.41.caſus talis eſt.Franc.in fi.l.3.in-
de probatio probata inſtrumẽtum dicitur.Bal.in l. Imperator.
col.1.ff.de ſtatu homi.in 1.lectu.in l. quotiens in fi. C. de iud.in
l.intereſt.C.de ſolutio.in conſ.33.ſtatuto cauetur quod lite nu.
3.in fi.lib.5.Dec. in conſ.36.num.2.& in conſ. 118.col. 1. Iaſ. in l.
iuris gentium.§.quod fere in ſecundo nota.ff.de pactis.in l.ad-
monendi,col.58.num.125. verſ.ſucceſſiue Bar.ingreditur.ff.de
iureiurand. in ſecunda lect. Rurſus præſumptio iuris cum in-
ſtrumento publico facit,quod veritatem habeat, niſi contra-
rium doceatur. Dyn.in conſ.1.col.2.circa med.Paul.de Caſt. in
conſ.168. Super primo dubio dicendum eſt, quod cum diuer-
ſitas circa fi.lib.1.per tex.in d.l.cum precibus. Quocirca dubi-
tationis quicquam de qua re inſtrumentum loquitur, nõ ma-
gis atque in legis caſu verti, cum vicem definitionis cauſæ in-
ſtrumẽtum habeat, ſcriptum apud nos legitur in conſ. 31.in fi.
& in conſ.317.nu.1.Ibique & illud ſubiectum eſt, de inſtrumẽ-
to dici publico poſſe, noli me tangere. In quam ſententiam di-
cta & alia eiuſdem farinæ cumulare ne quidem inſcita liceret,
ſi è re fieret.

Secundò præter liquidam ex inſtrumẽto probationem, de-
cretum etiam curiæ parlamenti Taurini rege tunc dominãte,
10 accedit. Cuius decreti † vigor quantus ſit,& quantum ei iuris
præſumptio faueat, exploratum nemo non habet. Solenniter
quippe acta omnia præſumuntur.vbi decretum adeſt.l. impe-
ratores.ff.de priuil.credi.Quem tex.ad hoc Signorol. vocat in
conſ.251.nume.4. verſi. item propter auctoritatem ſuperioris.
Tradunt Alex. & alij in l.ſciendum.ff. de verb.oblig. Idque &
in decreto locum iudicis improbiſſimi aut ribaldi habere Bal.
ſcribit in c. Sicut num.3.in fi. per illum text. de re iudi.Cui Iaſ.
ſubſcribit in l.pacta nouiſſima,col.2.in fi.verſi. Secundo facit.
C.de pactis.in rubri.C.qui admitti,nu.7.verſi. & tunc ego ha-
beo regulam.& in c.1.nu.8.in fi.qui feu. dare poſſ. Quid igitur
in decreto dicendum tanti ſenatus erit, quo cum maiorem nõ
paulo quàm cum iudice inferiore iuris præſumptionem face-
re Bald. ſcribit in l. tutores. ff. de confir.tuto. Quem in locis
memoratis Iaſ.ſequitur. Petrus Gerardi ſin.57.in fin. Rolan.in
conſ.33.nu.18. Proinde credibile non eſt, decretum à tam am-
pliſſimo ordine alienationi feudi accommodatum, niſi ſi ac-
commodandum cognouerat.

Neque reſponſiones mutant, quæ ad inſtrumenta & decre-
tum redditæ in diſceptatione publica ſunt, non niſi in caſu du-
bio iuris cum eis præſumptionem facere. Cæterum in mani-
feſto hic eſt rem eſſe, neque ob cauſas neceſſarias æs alienum
contractum,neq; numerationem aut traditionem interueniſ-
ſe. Idq; ex capite illo apparere, quo mentio de aureis 400. fit,
aduerſario ex pecunia & mercibus debitis. Quoniam ex con-
feſſione actoris argumentum diluitur, qui confeſſus eſt, vera
omnia & ſingula eſſe, quæcunq; narrata ſub inſtrumento ſunt.
atque ideo veritatem in capite illo de aureis 400.ineſſe, ex cõ-
11 feſſione actoris conſtare. Contra † quam confeſſionem veni-
re omnino non licet.l.generaliter.C. de non num.pecu. c. per
tuas de prob.c.ſi cautio de fide inſtru.c.Lotarius.30.q.2. c. per
inquiſitionem de electio.c.1.& 2.de confeſſ.vicemque inſtru-
menti confeſſio ſuſtinet. l. cum teſt.2. Ibique Dec. in quarto
not.de tranſact.Sed & maior inſtrumento quouis publico cõ-
feſſio habetur Bald. in conſ. 192. proponitur quod in quadam
ciuitate,nu.8.lib.2.Deci.in d.l.cum te in quarto nota.Pariſ. in
conſ.99.nu.12.lib.3.& apud nos in conſ.217.nu.10.& vbi con-
feſſio adeſt,ſufficit. Bal.in aucten.ſed nouo iur. C. ſi cer.pet.&
apud nos in conſ.175.nu.1.omnis quod probandi neceſſitas re-
mittitur,vbi confeſſio interuenit Bald. in conſil.354. quæritur
vtrum in priuata ſcriptura, col. 1. lib.3. Neque probatio vlla,
atque ea par ſplendidiórue, quæ vocis viuæ oraculo prodit.l.1.
in fi.ff.de interrog.alio aucten. contra qui propriam. C. de nõ
num.pec. Idq; locum & in iudicijs criminatorijs habere, text.
oſtendit in l.2.cum ibi no.C.quorum appella.& in l. vni. C. de
confeſſ. Pro veritate enim confeſſio æſtimatur.l. depoſiti. §. 1.
ff.de peculio. Bal. in l. ſi pater. C. ne de ſtatu defunct. Dec.in l.
ſi conuenerit,nu.15.ff.de iur.om.iud.Inde fit, vt nihil interſit.
cõtractum quis,an confeſſionem de contractu probet, ſiqui-
dem pro veritate confeſſio contra confitentem habetur Dyn.
in conſ.48.col.3. poſt princip. Inde dicitur, nullas iudicis par-
tes in confitentem præterquam exequendo eſſe. l. proinde. 2.
in fin. ff. ad l. Aquil.c.1.de accuſa.lib. 6. Confeſſione igitur D.
Hectoris interueniente, pro res erit, vt ſi neceſſario vereq; cõ-
flatum æs alienum, vereq; numeratio pecuniæ & traditio fa-
cta mercium ſit.

Apparet ex his, quod ad vitium ſeu nullitatem contractus
attinet, fruſtra adminiculo hoc actorẽ niti, forma ipſa decreto
rum ad vnguem impleta. Idque tam inſtrumentis publicis &
decreto ſenatus regij, quàm actoris confeſſione dilucidè con-
ſtare.

Nihilo magis præſidio actor fidere reſciſſionis poteſt. Si-
quidem probationis quicquam præſtitum circa læſionem vl-
12 lam non eſt. Teſtimonijs vllis ſuper ea non dictis. Æque † me-
tum ſpectari reuerentialem non oportet, quod patri feudum
alienari cõſenſum filius accommodauerit. quoniam fidem vl-
lam metus huius factam non eſſe pro ſua patronus eruditione
in diſputatione ipſa ne quidem ſemel diſſerebat.

Ius item redimendi actori non ſuffragari aduerſarij patro-
nus oſtendit. Ex pretio enim depoſito redimẽdi ius actor ipſe
metitur. Atqui firmitatis quicquam in pecuniæ depoſitione
non eſſe, contenditur. Principio enim vtile depoſitum nõ ha-
13 betur † neque prodeſſe ſolet, vbicunque ſoluere quiſpiam de-
bet. Aliud quippe ſoluere, atque deponere eſt Bartol.in l.item
liberatur.§.1.nu.3.verſi.& eadem ratione.ff.quibus mod.pign.
vel hyp.ſol.& in l.1.ff.de cuſtod.reorum. Iaſ.in l. ſancimus, nu.
21.C.de iud.& in conſ.216.col.2.in fin.lib.2.Ruin. in conſ.144.
nu.12.circa med.lib.4. Quocirca P.pecuniam ſolui, non depo-
ni oportuit.

14 Secundo citationem depoſitio † pecuniæ exigit, qua negle-
cta, firmitatis quicquam non habet, d.l.acceptam Iaſ. in conſi.
9.nu.15.verſic.Secundo & fortius lib.1.Cur. minor in conſ.28.
num.Roland. in conſ.63. num. 31. Sed enim omiſſa hic citatio
eſt. Neque vitium eius reſcripto principis purgari ex poteſta-
te etiã ſuprema potuit, quatenus à iure diuino citatio exiſtit,
quod lædi à principe nequit Clem.paſtoralis.§.cæterum de re
iudic. Cardin. & Abb. in c. 1. de cauſa poſ.& proprie. Fel.in c.
quæ in eccleſiarum, nu. 66. de conſti. cum alijs apud nos rela-

tis in conſ.5.numer.3. Idem Ruin.tradit in conſil.46.nume.11.
lib.1.
15 Tertio ad integrum † depoſitum factum de pretio toto nõ
eſt, quod ex aureis bis mille in ſorte, vltra acceſſiones, conſtat.
l.tutor.§.Lucius.ff.de vſu.l. obſignatione.C.de ſolutio. l. quã-
diu.C.de diſtract.pign.Bald.in l.pen.nu.12.C.de condi. inſer.
Cur.Iun.in d.conſ.28.nu.1. Iudicis item competentis fieri iuſ-
ſu debet.Abb.in conſ.56.circa fin. lib.1. Quod factum hic non
legitur.
Neq; mutat, ſolutos aureos 400. cognatis venditoris non
eſſe, quos in redemptionem villæ vnius ſolui pactum conuen-.
16 tum fuerat. Quoniam creditorib. † alijs ſuperioris ſolui iuſſe-
runt. Quæ ſolutio oneroſa eſſe emptori non debet, quatenus
venditoris culpa damnum hoc accidit, à quo æs ſuum ſoluen-
dum alienum fuerat per ea, quę in ſpecie repræſaliarum Bar.&
alij ſcribunt in l.2.§.item ſi in facto.ff.de verb.oblig.indemnes
eos præſtandos à quibus ſolutio facta propter alium eſt, quo-
tiens iure conceſſæ repręſaliæ ſunt.no.Ruin.in conſil.107.nu.
11.& col.fin.ver.non obſtat inſuper lib.5. Itaq; cum pecuniam
venditor deberet, nec ſoluerit, acceptũ ſibi non emptori coa-
ctè ſoluenti damnum ferendum.
Secundo reſpondetur, ex conſenſu actoris creditoribus pa-
tris pecuniam ſolutam, ita vti literis ipſius actoris cõſtat. Cul-
17 pa igitur † reo aſſcribi in eo nequit, quod ex voluntate ma-
nifeſta actum actoris eſt.l.cum in plures.§.lege dicta. ff. loca.l.
Titia.§.fi.ff.de manu.teſta.l.vim facit.§.tamdiu. ff. quod vi aut
clam.Bald.in conſ.342.fuit factum compromiſſum, col.1.lib.3.
& in conſ.368.quod permutatio circa med.lib.5.Paul.de Caſt.
in conſil.11. Viſo dicto libello & contentis in eo col. fin.circa
med.lib.1.vbi tex.in argum. vocat in l. ſi tibi mandauero.§.1.ff.
18 manda. Hoc amplius culpa † in vtroq; admiſſa, actore & reo,
culpæ tamen accuſari reus non debet. Immo compenſatio in
culpa pari admittenda. l. ſi ambo.ff.de compenſa.l. viro atque
vxore.ff.ſol.mat.l.in arenam.C.de inoffi.teſta.Cor.in conſil.51.
col.2.poſt med.lib.2.
Tertio reſpõdetur, præmiſſorum omnium nihil eſſe factũ,
ratione alia tamen culpæ vllius teneri reus non videtur. Quo-
19 niam † in redemptionem villæ ſatis pecunia illa aureorũ quin-
gentorum non erat, verum corollarium & aliud à venditore
adijciendum. Proinde culpam aut moram reo obiectare non
aliter licet, niſi ſi oſtenditur, pecuniam & aliam in numerato
actori fuiſſe, vnde villæ fieri redemptio poſſet.l.arbiter ſi calẽ-
dis.ff.de arbitr.Bart.in l. itẽ illa nu.11.ff.de conſt.pecunia. & in
l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.cum alijs apud Alexan.
[illegible]tis in conſ.172.nu.2.lib.2.in conſ.41.nu.4.lib.4. in con.90.
col.fin.verſic.nec obſtat ſi diceretur lib.5. & in conſ.210.nu.2.
lib.6. vbi in mora debitor non dicitur, quod in loco præſcri-
pto non ſoluerit, niſi ſi oſtenditur, in loco creditorem fuiſſe,
cui ſolutio fieret. Ratio eadem in ſpecie controuerſa vertitur,
ne in mora reus dicatur, quod pecuniam cognatis venditoris
non ſoluit, niſi ſi planum fiat, paratam pecuniam etiam vendi-
tori fuiſſe, vnde ſequi redemptio poſſet.
20 Quarto reſpõdetur, pœnæ † promiſſionem interpoſitam,
caſu quo aurei quingenti dati emptoribus villæ nõ eſſent, hoc
eſt denuo ſolutio fieret, ob id quoquo verſum res cadat non
amplius adſtringi reus poterit, quam vt pœnam illam ferat, id
eſt, ex integro pecuniam ſoluat. Impleri enim contractus aut
pactum dicitur, cum pœnæ ſolutio fit.l.reſcriptum.§. Si pacto.
ff.de pactis.l. prædia.ff. de actio. empti.l. apud Celſum.§. La-
beo.1.ff.de excep.doli. Alex.in l.cum proponas.2. in quarta fal
lentia. Ibiq; Iaſ. col.fin.in princ.C.de pactis.Dec.in conſ.280.
col.fin.circa med. Quocirca fruſtra quod intereſt, ob id actor
poſtulat, quod redemptio villæ ſecuta intra tempus præſtitu-
tum non eſt.
Simili modo de pretio in depoſito deduci aurei 400.non
debent, perinde quaſi neque cauſa in eis neceſſaria, neq; pecu
niæ numeratio appareat, ita vti in ſpecie cautum decreto do-
mini eſt. Quintum reſpõſum ſatis ex ſuperioribus liquet. Pro-
bationem omnium optimam ex actoris confeſſione præſtari,
qui vera omnia & ſingula eſſe confeſſus ſit, ſit quomodo dilu-
cide teſtatum in ſuperioribus habemus.
Argumentis his, & ſi dictu mirum quàm ſibi aduocatio pla-
cere, per eaq; ſententiam ſuam adigere iudicem videatur, Re
tamen diligentius excuſſa, nihili ea prorſus iuxta ab æquitate
atq; iure ſtricto, facienda exiſtimo. Et primum quidem omni-
um, iure ipſo communi feudorum ſubnixa actoris cauſa eſt.
21 Alienationem † feudi non hæreditarij recte ab agnato proxi-
miore, alienatore ipſo extincto pretio etiam non reſtituto, in-
firmari, quamuis iure, hoc eſt, domino directo conſentiente,
facta alienatio ſit.c.1.§. Titus ibique. Afflict.num.20. in nono
nota.ſi de feudo fuerit contro.c.1.§.hoc quoq; de ſucceſ.feudi.
Roma.in conſil.22.in fin.Dec.in conſ.144. colum.2. poſt med.
verſic.tertio nam dato.in conſil.208.col.3.in fi.ver.& hoc ma-
xime videtur habere locum.& in conſil.586.colum.1. Ruin.in
conſil.1.num.2.in fin.lib.1.Brun.in conſ.80.num.12.& tribus
ſequen. Idque locum tum etiam habet, cum agnato remotio-
ri feudum alienatur d.§.Titius.Roman.in d.conſil.21.in fin.&
quod dicitur, agnato proximiori ius hoc reuocandi eſſe, ad fi-
lios in primis pertinet, qui ad feudum quaſi filij, non tanquam
hæredes vocati ſunt. Quocirca quod agnatis tranſuerſalibus
in feudo alienato reuocando ius datur, ratione id validiore
competere filijs debebit Bald.in d. cap.1.§.hoc quoque nu.4.
& num.14.de ſucceſſ.feudi.Paul.de Caſt.in conſ.207.dict. ver-
ſic.hoc tamen verũ eſt, & in conſ.217.præmittendum eſt quod
cum dicta venditio per totum ferme conſil. lib.2. Alexand. in
conſ.26.nu.7.verſic.nec obſtant etiam, & circa fin.num. verſi.
non obſtat vltimo id lib.5.Dec.in conſ.445. num.51. Rimin.in
conſ.33.num.14.& 17.Ruin.in d.conſ.1.nu.2.in fi.lib.1. Brun.in
d.conſ.80.nu.15.verſi.præſuppoſito ergo, & in fin.nu. Rubeus
Alexandri.in conſ.85.nu.6. Natta in conſ.130. num.9. Alba.in
conſil.76.numer.4. in fin. iunctis his quæ ſcripta ibi ſunt, nu-
mer.1. & quod ſcriptum inferius legitur, numer.295. Inſtru-
ctam igitur actoris cauſam iure communi feudorum appa-
ret.
Regula igitur iuris feudorum cum actore faciente, illud ſo-
lum videndum, vtrum locus exceptionibus regulæ ſit, quibus
aduerſarius nititur. Et quidem exceptionibus vtitur, vna atq;
altera. Prima, quæ ex decreto cõſiſtit, quo feudi alienatio per-
miſſa ob cauſas neceſſarias eſt. Altera in conſenſu actoris po-
nitur, qui accommodatus alienationi legitur. Circa primã ex-
22 ceptionem, quæ à decreto pendet, monẽdi ſumus, † exceptio-
nis probandę onus, id eſt, locũ decreto eſſe, aduerſario incum-
bere. Actori quippe ſatis eſt regulam iuris ei fauere, quæ præ-
ſumptionem inducit, vnde probandi onus in aduerſarium re-
ijcitur leg.ab ea parte.ff.de probat.l.ſuus quoque verſic. puto.
ff.de hæred.inſti.c.venerabilibus verſ. poteſt quoq; de ſenten.
excom.lib.6.Bartol.in l.quotiens.ff.ſi quis cautio. Socin.l.1. in
princip.ff.de condit. & demonſtra. Inde ſcriptum apud Bald.
legitur in leg. ſi tutor in fin. C. de communi ſeruo manu. & in
cap.1.num.2.circa fi.de alien.iudic.mu. cau. fac. ſecundum re-
gulam in dubio iudicandum, ſequitur Deci.in conſ.397.nu-
23 mer.4. Et in ſpecie alienationis † regulariter prohibitæ, tradit
Deci. in conſil.142.numero 4. vbi cum prohibita alienatio re-
gulariter eſt, & in caſibus certis duntaxat permiſſa, veluti in re
eccleſiæ, quæ alienari niſi ob neceſſitatem & vtilitatem eccle-
ſiæ coniunctim non poteſt, qui caſum exceptionis à regula, &
locum alienationi eſſe contra regulam aſſerit exceptionẽ pro-
bare ipſam debet. Id eſt, coniunctim aut copulate duo inter-
ueniſſe, & neceſſitatem & vtilitatem. Sic probandi onus em-
ptorem ipſum ſequitur. Eccleſiæ quippe aut prælato aliena-
tionem reuocanti ſatis abundeque eſt, regulam iuris cum eo
facere. Atq; vltra Decium, ex Anchar. id oſtenditur in conſil.
274.ad declarationem col.1. poſt medium verſicu.in prædicta
autem alienatione. Alex.in conſ.160.nu.5.lib.ſexto. Idque lo-
cupletius infra confirmatur nu.116. & pluribus ſequentibus.
Itaque cum vetita regulariter feudi alienatio ſit, & in caſibus
duobus tantummodo permiſſa, id eſt, cum neceſſaria alienan-
di cauſa & numeratio interueniunt. probatio caſuum iſtorum
coniunctim & copulate ab emptore præſtanda, qui exceptio-
ne contra regulam nititur.
Secundo onus hoc neceſſitatem & numerationem probã-
di, aduerſarij eſſe, aliter etiam demonſtratur. Cum niſi ex cau-
24 ſa † neceſſaria, & numerationis, permiſſa alienatio feudi per
decretum non ſit, probationem eius ab eo implendã, qui cau-

ſam

ſam ipſam affert,neque confeſſioni eius credi,à quo cauſa ipſa
allegatur,ex tex.oſtenditur in leg.ſi forte. Ibique Bar.ff.de ca-
ſtren.pecul.glo.& doct.in leg. ſi donatione in glo. fi. C. de col-
la.cum alijs apud nos relatis in conſ.175.num. 2. & duob. ſequ.
Quibus Dec.accedit in c.cum inter. num.13. de exceptio.Inde
Roma.ſcribit in conſ.208.hæc impetratio circa fin.cum in ius
quiſpiam vocari niſi ob cauſam quam ſpecialem nõ poteſt,ne-
ceſſariam cauſę illius cognitionem atq; probationẽ apud præ-
torem eſſe.per tex.in leg.ſed ſi hac.§. præto. ff. de in ius vocan.
ſequitur Crotus in leg.filius familias.§.diui.nu.105.verſicu.di-
xit etiam Ludouicus Roman.ff. de lega.1. Decij huc dictũ non
ſcitum ſpectat in conſ.120.per totum,ſed colum.2.maxime,in
fi. verb.3.nam ſi quis. Vbi teſtibus duobus aut tribus legatum
probari niſi ob cauſam piam non poteſt, qui in cauſam piam
legatum eſſe aſſerit,docere id cogi, neque aſſertioni fidem te-
ſtatoris haberi, pro anima ita à ſe relictum. Quocirca pauper-
tatis legatarij probationem præſtandam. Siquidem pauperta-
25 te remota,ob cauſam legari piam non poteſt. Sed nec † prin-
cipi de cauſa credẽdum, vbicunque ſine cauſa quid fieri ab eo
nequit,declaratum apud nos legitur in tract. de antiqu. temp.
part.1.nu.5.& nu.9.in conſ.48.in princ.in conſ. 241. colum. 11.
in fi.verſic.ſecundo reſpondeo.& in conſ.293.num.4. Quibus
Curt.Sen.accedit in conſ.48.memoriæ reçolendæ num.50.&
ſeq.& in conſil.ſeq.nu.89.verſiç. Tamen iterato redeundo ad
ipſum decretum.Ruin.in conſ.41.nu.12.in conſ.46.num.10.in
conſ.147.nu.8.in conſ.175.nu.8.lib.1.in conſ.98.nu. 16. verſic.
& per hæc patet lib.4.in conſ.3.nu.5.libr.5. Grammat. deciſio.
15.Si principis aſſertioni de cauſa non creditur, quanto minus
fides habenda aduerſario erit.

Tertiò expreſſius atq; ſignificantius probationis onus ad-
uerſario incumbere, neque partium fidem aſſertioni haben-
26 dam,non obſcure ex eo demonſtratur, quod in † rei eccleſiæ
alienatione dicitur,tractatum cap.in ea exquiri, in quo diſcuſ-
ſio neceſſitatis aut vtilitatis fiat. An eccleſiæ neceſſitati ſuccur
ri citra alienationem poſſit. Et quam rem alienari tolerabilius
aut oneroſum minus eccleſiæ ſit. c. cum apoſtolica.ç.tua. Ibi-
que Abb.nu.6.de his,quæ fiunt à præla.cap.1.Ibique no.de re-
27 bus eccle.non alien.lib.6.At enim de tractatu hoc † fides par-
tium notariiue confeſſioni non creditur. Sed aliter conſtare
de eo oportet. Frede. de Sen.in conſ.143.conceſſio in fin. Pau.
de Caſt.in conſ.38. ſuper eo quod quæritur, vtrum viſo ſtatu-
to.ante fin.lib.2.Alex.in conſ.17.nu.6.verſic.nec obſtat, quod
in dicto inſtrumento lib.4.Soc.in conſ.29.nu.20.lib.1.in cõſil.
52.nu.4.lib.4.Bolog.in conſ.33.nu. 6. Fel.in c. ſicut nu.27. poſt
med.verſi.vnde tractatus non præſumitur.de re iudic.Firman.
in verbo tractatus in fin.Ruin.in conſ.189.nu.8.lib.1. in conſi.
40.nu.3.lib.5.Marſil.in l.1.§.ſi dicatur nu.14.ff.de quæſtio. Sed
28 nec epiſcopo † de cauſa alienandi, hoc eſt, neceſſitate aut vti-
litate credi,Cardin.& Imola tradunt in c.1. de rebus eccl. non
alie.& in c.quod quibuſdam de fideiuſſ.Pau.de Caſt. in conſil.
74. in facto iſto quatuor col. 2. circa med.verſic. tertio viden-
dum eſt lib. 1. Si fides epiſcopo de cauſis alienandi non habe-
tur,cum auctoritatem in alienatione interponit,longe minus
credendum vaſallo alienanti, & feudi emptori erit. Et in iudi-
29 ce decretum in alienatione † alias prohibita interponente, fi-
dem ei de cauſis alienandi non haberi,Caſtrẽ.tradit in d.cõſ.
38.in fi.lib.2.De quo vberius apud nos in tracta. de antiq. tem-
po.par.2.nu.6.& pluribus ſeq.

Quarto decreto tantummodo ſubniti aduerſarius poteſt,
30 vtpote iuri communi † feudorum feudi alienationi vſq; adeo
reclamante, vt ne quidem ob cauſam neceſſariam aut piam a-
nimæ cauſa, alienare feudum liceat,cap.1.qualit.feud.po.alie.
Bald.in c.1.in princ.nu.10.& 18.de proh.alien.feud. per Frede.
Soc.in conſ.19.num.11.verſi.& non ſolum lib.1. Dec. in conſil.
445.num.24.Iaſ.in l.de quibus num.64. verſic. tertio ergo ad-
uert.ff.de ll. & alia complura. Decretum plane facultatem
hanc alienandi ſimpliciter non permittit, verum ſub qualita-
te,ſi neceſſitas cauſæ vrgeat, & numeratio interueniat. At e-
31 nim iuris incerti † non eſt, decreti, ſtatutiue beneficio non a-
liter quempiam vti,niſi ſi qualitates eius omnes obſeruet,eaſ-
que interueniſſe doceat.l.pen.§.docere. Ibiq; Caſtren.nu.3.ff.
ne quis eum qui.l.tutelas.ff.de cap.dimin.l. in delictis. §. ſi ex-
traneus.ff.de noxal.l.1.§.item illud.ff.ad Sillania.leg.quęſitum.
§.1.ff.de leg. 1.l.in diem.ff.de cond.& demonſt.l.1.§. ait prætor.
Ibiq; Bar.ff.ne quid in flum.pub.leg.Fulcinius. §. 2. ff. quib.ex
cauſ.in poſſ.ea.l.prætor.§. docere. ff. vi bon. rap.c.quanquam
de vſu.lib.6.c.1.Ibiq; Ioan.And.de homicid.eod.lib. Bart. in l.
diuus.ff.de re iudic. Quocirca cautum aduocatum in articulis
eſſe componẽdis oportet, vt verba legis aut ſtatuti ſeruet Bal.
in leg.ſi quis non dicam rapere num.3.in fin.C.de epiſc. & cle-
ri.Ibique Ioan.And.refert in d.c. 1. de homicid.libr.6. In ean-
dem ſententiam Bald.ſcribit in l.hi qui ad ciuilia num.7.in fin.
C.de appella. Qui conditionem ex lege intendit, verbis eum
vti legis debere. Quæ duo Bald. dicta Socin. refert in conſi.55.
in princip.lib.1.Conſequens his liquidiſſime fit,qualitates de-
creti ab aduerſario legitime docendas. Idque in decreto hoc
exorbitanti locum in primis habet glo.in Cle. fin. de reſcr.vbi
quia exorbitans tex.ille eſt,probari omnia oportet,quæcunq;
ſcripta in eo ſunt. Tradit Bald.in conſ.403. quod non ſit ſuffi-
cienter ante fin.lib.5.Signorol.in conſ.81.Roman.in conſ.163.
conſtitutio.Corn.in conſil.87.in conſ.165.colum.1.cirça med.
lib.3.in conſil.50.col.1.in conſil.65.col.1.in fin.& in conſil. 323.
colum.2.lib.4.Iaſ.in conſil.9.col.7.lib.1. Inde doctoris aut ad-
uocati vnius mentem ſatis mirari nequeo. Cui pudori non fu-
it,illud in iudicio ab alio contra D. Hectorem illato aſſerere,
probandi onus ipſius D. Hectoris eſſe, extra cauſas permiſſas
alienatum feudum eſſe. Iuriſque præſumptionem cum eo fa-
cere,cui alienatum feudum ſit. In qua re lapſum doc. euiden-
tiſſime conſtat.

Regulis iuris igitur cum domino Hectore facientibus,reli-
quũ illud erit,vt diſpiciamus, fides ne legitime facta exceptio-
num à regula ſit, Id eſt ob cauſas neceſſarias, de quibus decre-
tum meminit, ſecutam alienationem eſſe. In qua re monendi
32 ſumus, cauſas † neceſſarias ita intelligi,ſi initio ipſo cum æs a-
lienum contrahitur, neceſſitas contingit dotis puta aut dona-
tionis propter nuptias cõſtituendæ vel ſoluẽdæ cauſa, ob per-
ſonam redimendam,quæ apud hoſtes ſit. Ob vitam ſuſtentan-
dam,ſi grandine forte aut calamitate qua alia conſumpti fru-
ctus ſunt. Cauſa alia eſt,ſi initio ipſo libidine aut volũtarie no-
men contractum debitoris ſit,quod diſſolui poſtea neceſſe eſt
iuxta l.in commodato.§.ſicut.ff.commoda.l.ſicut.C. de actio.
& obl.Ad neceſſitatem enim id genus, quæ ex debito contra-
cto deſcendit, neque initio ipſo ſuberat, decretum non perti-
net, quo ob debita neceſſaria feudi alienandi facultas datur.
Idq; argumentis & rationib. non paucis demonſtratur.

33 Et primum quidem ex regula † illa notiſſima, cauſam pri-
mam ſpectandam, à qua poſterior omnis formatur euentus. l.
1.circa fi.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10.ſed an vltro.§.fi.ff.de
neg.geſt.l.etiam.§.1.verſi.idem erit dicendum. ff. de pet.hære.
l.in venditionibus in fi.ff.de contra.emptio. l. ſi hæres. ff. de a-
ctio. empt.l.ſi mihi Sempronius.ff.de leg.1.l.peto. §.prædiũ.ff.
de lega.2.l.fundo.ff.ad l.falc.l.ſi quod.ff.de dona. l. Sequitur.§.
ſi ex lana.ff.de vſucapio.l.tutor datus.ff.de fideiuſſ.l.ſi filius fa-
milias in fin. C.ad Macedo. vnde ſi voluntaria cauſa prima de-
biti contrahendi fuit, ad rem attinere neceſſitas non debet,
quæ à cauſa ipſa voluntaria deſcendit. Perinde quaſi à radice
34 infecta neceſſitas iſta producatur. Sed enim † fructum aut ef-
fectum vllum ex radice vitioſa non naſci palam eſt. leg. fin.C.
de natu.lib.c.Sicut.c.cum inter vos de re iudic.c.vulneratio.1.
quæſt.1. Itaq; illud demum obſeruandum, neceſſitas æris alie-
ni conflandi initio ipſo fuerit.

35 Secundo ex tex.Sententia hęc iuuari † non mediocriter vi-
detur in l.Si tamen.ff.ad Maced.vbi cum de eo inquiritur, illi-
cite an non filio familias credita pecunia ſit, initium ſpectari
contractus oportet. Ratio eadem facit, vt cum illud diſcepta-
tur neceſſarium an non debitum fuerit, propter quod aliena-
tio permitti feudi debeat,initiũ ſpectari oporteat,quo debitũ
contractum ipſum eſt. Initium item contractus inſpiciendum
expreſſim tex. ait in l.ſi id quod.§.ſi filius.ff.pro Socio.

36 Tertio quotiens ab altero vnum † deriuatur, Primũ obſer-
uari,non poſterius conuenit.l.ſi procuratorem in prin.ff. mã-
da.l.1.§.idem Pomponius.ff.depoſit. Anchar.in conſ.28.ratio-
nes inductæ nu.1. circa fi. Proinde cum neceſſitas debiti exol-
uendi à cauſa contrahendi dependeat, propter quam contra-

ctum debitum eſt,cauſam ipſam primam ſpectari, non poſte-
riorem oportet,hoc eſt,vtrum in contractu ipſo neceſſitas in-
teruenerit.
37 Quarto ex tex.ius hoc confirmatur † in l. cum filius. §. hæ-
res.ff.de leg.2.falſum non dici,quod primordio veritatis iuua-
tur.Per contrarium,verum nõ erit, quod falſi principio infir-
matur ab oppoſitis argumentando.leg.1. ff. de his, qui ſunt ſui
vel alieni iuris.l.fin.§.fi.ff.de leg.3.Eadem ratione neceſſarium
debitum quantum ad alienationem feudi & perniciem ſuc-
ceſſorum non erit,cuius voluntarium initium eſt.
38 Tex.huc quinto accedit † in l.clam poſſidere in princ.ff.de
acquir.poſſeſſ. In clandeſtina poſſeſſione dijudicanda initium
ſpectandum, occulte ne occupata initio ſit. Quare ſi illicita
initio occupatio fuit, ad rem nõ attinet, ſi in manifeſto poſtea
res poſſidetur. Viceque contraria ſi publica occupatio fuit,
clandeſtina ex latitatione ſuperueniente non fit. In debito igi-
tur neceſſario æſtimando initium ipſum ſpectandum, cum id
contrahitur. Initium item obſeruandum ſimpliciter Petrin.
Bellus ſcribit celſitu. ducalis conſiliarius in tract. de re milit.
parte 10.tit.2.nu.34.
39 Sexto ex Bal.id iuniore ſignificantius † declaratur in l.1.nu.
168.ff.ſolut.mat.& in tract.de dote parte 7.priuil.1.col.6. ver-
ſi.& intellige,quod tempore emptionis. Vbi quod dicitur, le-
gem Iuliam de fundo dotali non alienando, ad alienationem
non pertinere,quæ vtilis mulieri eſt, & vnde melior eius con-
ditio ſit,in ea demum alienatione obtinet,quæ vtilitatem mu-
lieri initio ipſo affert,cum alienatio fit, neq; ad rem attinet, ſi
mulieri prodeſſe poſtea incipit. quoniam ſi vitioſa initio alie-
natio eſt,robur accipere ex vtilitate nõ poteſt, quæ poſtea ac-
cidit. Ratio eadẽ alienationis feudi, quæ decreto permiſſa ob
cauſam debiti neceſſarij eſt,vt initio ipſo ſubeſſe neceſſitas de-
beat,neq; firmitatem ex neceſſitate capiat, quæ initio ipſo nõ
erat,cum nomen factum,debitoris eſt.
Septimo ius illud vulgatiſſimum ad ſententiam hanc con-
40 fert.† qualitatem verbo adiectam verbi ipſius tempore exqui-
ri.l.ſciẽdum.§.fi ff.qui ſat.cog.leg.in delictis. §. ſi extraneus. ff.
de noxal.l.Titius.Ibiq; Bart.ff. de milit.teſt.c. Raynald. de teſt.
Bar.& alij in l.ex facto.ff.de vulga.Ea de re cum debita neceſſa-
ria decretum expoſtulet, eo tempore cõtingere neceſſitatem
oportet, quo debitum ipſum contrahitur.
41 Textu octauo concluſio † hæc fulcitur in leg. ſi quid in ſer-
uitute in prin.ff.de furtis.ad qualitatem furti iudicandam,ma-
nifeſtum necne ſit,initium ipſum obſeruandũ, quo admiſſum
furtum eſt. Ratio eadem facit, vt ad qualitatem debiti cogno-
ſcendam, neceſſarium vel non ſit,ſpectari initium oporteat,
quo debitum contractum ipſum eſt.
42 Nono Ang.huc † teſtimonium pertinet in conſ.110.ſanctiſ-
ſima,num.6.poſt med. proceſſionem omnem à principijs ſuis
eſſe. ex Philoſopho.1.de cœlo.Galeno de criſi. c. 8. Idem Bald.
ſcribit in l.curatoris,nu.5.in fi.C. de neg. geſt. actionẽ omnem
à principijs ſuis regi.
43 Decimo immediate † verba, hoc eſt, ſine medio aliquo in-
telligi non mediate debent.l.ſi vehenda.§.1.in verſi. tranſtulit.
l.nauis in prin.no.ver.traiectæ.ff.ad legem Rhodiam. de iactu.
l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.l.& ſi transferam.ff.de adi-
mẽ.leg.c.antiqua de priuil. Ea propter quod de neceſſarijs de-
bitis decretum loquitur, pertinere ad ea debebit, quæ neceſ-
ſaria per ſe aut immediate ex legis diſpoſitione aut aliter ſine
facto ipſo contrahentis ſunt. Scite huc Areti. dictum quadrat
in l.1.in prin.nu.10.ff.de acqui. poſſ.rei cohærere id dici, quod
immediate,non re aut iure alio mediante cohæret.per text. in
l.in lege cenſoria.ff. de verb. ſig. cui dicto conſequens erit ne-
ceſſarium debitum ita dici ad quod agnoſcendum immediate
quiſpiam ſine facto quo ſuo voluntario adſtringitur.
Vndecimo ſi ad neceſſitatem decretum trahimus, quæ ex
44 debito naſcitur,quod † voluntarium initio fuit,id eſt, neceſſi-
tate vlla non cogente contractum, nõ recte neceſſarium id di-
cetur. Immo enim voluntarium quoad iuris effectum hoc eſt
voluntarie contractum æſtimabitur.leg.ſi fideiuſſor.§. primo.
Ibi ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit.ff.qui ſat. cog.
l.ſi mulier in prin. ibi quia hũc ſibi metum ipſa infert. ff. quod
metus cau.leg.interdum in fin.ff.de iudicijs. Ibi cum ſua ſpon-
te ſibi hanc obligationem contraxerit.l.veteres in fi.ff.de itin.
actuque priua. Ibi quia ipſe ſibi impedimento ſit, quominus
reficiat. Eodem tex.non inſcitus accedit in c. quicunq; el.2.12.
q. 2. Inuitum non dici qui ob promiſſionem voluntariam ad
promiſſum ipſum implendum aut promiſſi ſolutionem faciẽ-
dam vrgetur. Qui tex.mirum, ni iugulum quæſtionis petat, e-
amque ſolus dirimat, neceſſarium debitum nõ intelligi, quod
contractum initio voluntarie eſt. In eandem ſententiam gloſ.
ſcribit in c. requiſiuit deſponſam. liberum aut voluntariũ ma-
trimonium non ideo minus cenſeri, quod ad id contrahen-
dum compellitur qui iureiurando ſe adſtrinxit. Eiuſdem ge-
neris tex. non ſpernendus in c. 1. & c. quæris de æta. & qualit.
in c.innouamus.60. diſtinct. Inuitum ad ordines ſacros pro-
moueri non intelligi, qui ob beneficium acceptum ad eos vr-
getur. Ex quibus textibus ſenſu ipſo communi ſubnixis aper-
tiſſime declaratur. neceſſarium, an volũtarium debitum æſti-
metur, initium ipſum ſpectandum. neceſſario ne, an vo-
luntarie contractum principio ſit. Quare ſi neceſſitate con-
tractum vlla cogente non ſit, voluntarium id initio haben-
dum perſpecto erit. Ita enim matrimonium neceſſarium
aut coactum ius ducit, ſi promiſſione nulla intercedente ad id
quiſpiam compellitur. Ita ordines ſacros neceſſario quis ſubi-
re creditur, ſi cum beneficium vllum non habet, nolens eos
ſuſcipit. Ita inuitus quis qd ſoluere aut neceſſario facere æſti-
matur,ſi cum ſponte non promiſerit,ad id adigitur. Eodẽ per-
tinent, quæ ſcripta infra in reſponſione ſeptima ad clauſulam
decreti ſunt. & ad ſubueniendum neceſſitatibus ſuis alijs qui-
buſcunq;.in 82.87.& ſeq.
Duodecimo ſi ad debita decretum trahimus, quæ neceſſa-
ria poſtea fiunt,quam cõtracta ſunt. Tametſi contrahendi ne-
ceſſitas initio non ſubeſſet. fruſtra atque inutilia verba illa pro
debitis neceſſarijs erunt, quæ repetita tertio ſunt. Siquidẽ ne-
45 ceſſarium debitum † nullum non eſt, poſt quam contractum
apparet.d.l.in commodato.§. ſicut. ff. commoda. l. ſicut.C.de
actio.&oblig. Quorſum igitur de neceſſarijs totiens exprime-
re,ſi de debitis omnibus decretum ſenſit.l.3.ff. de lega.1.l.3.C.
46 de fideiuſſ. At enim non ita † accipi verba oportet vt inutilia
& momenti nullius fiant.l.quãdo in prin.ff.de lega.1. l. qui cõ-
cubinam.§.qui hortos cum glo.fi.ff.de lega.3.l. hæc ſtipulatio.
§.diuus.ff.vt lega. nomi. cauea. §. quibus in 1.conſtit. C. Idque
locum & in ſtricta etiam materia habet, cuiuſmodi priuilegiũ
eſt.l.1.in fin.ff.ad municip.leg.vnic.C.de theſaur.lib. 10.cap.1.
ſecundum Hoſti. ſenſum. Ibique Abb. de reſcript. c. in his.
Ibique Abba.de priuileg.Cardin.in conſil.136.numer. 6. circa
medium.Dec.in cap. cum ordinem, colum. 2. & in conſil.356.
col.fin. Ius idem diſpenſationis,in qua ita accipi verba conue-
nit,ne otioſa fiant. Calder.in conſil. 6. in fin. qui filij ſint legit.
Sed & idem in materia pœnali ſeruandum.l. 1. in fin.ff.de calu-
mnia. Cuma.in conſ.41.col.2.verſic. hoc tamen non obſtante.
Iaſ.in conſ.1.col.fin.lib.3.& apud nos in conſi.201.nu.13.in. fin.
In renunciatione etiam ita verba intelligenda ne ſterilia ma-
neant Bart.ſcribit in leg.Sed & ſi quis.§. quæſitum,nu.2. verſi.
quarta fuit opinio. ff.ſi quis cautio. Aretin.in conſ. 104. breui-
tas,nu.9.circa fi.ver.vltimo hoc clare patet. & apud nos in cõ-
ſil.135.nu.24.poſt med. Et alia non pauca. De quibus inferius,
nu.340.& pluribus ſeq.
Hoc amplius ne Syllabam quidem vacuam ab effectu eſſe
ius patitur,gloſ.& Bald.in l.1.in prin.ff.quod metus cauſ.Curt.
Sen.in conſ.29.nu.4. verſic. & ſic illa verba, & apud nos in cõ-
ſil.297.nu.4. Quid in verbo hic neceſſarijs dicendum Totiens
repetito erit,quotiens de debitis facta mentio eſt.
47 Inualeſcit arg. hoc namque † correctio iuris potius admit-
titur,quàm vt ieiuna,aridáue verba fiant Aucten. ex teſtamen-
to.Ibiq; Fulgoſ.Rom.& poſteriores.C.de collatio. Calderi. in
conſ.13.in princ.de præben.& apud nos in conſ. 92. nu. 5. & in
d.conſ.201.num.13. Ratio maior non paulo facit, vt effectum
quem habere verbum neceſſarijs ſæpius repetitum debeat.
Quatenus ita intelligẽdo, iuris communis feudorum offenſio
excluditur quo nec ob debita neceſſaria feudi alienationẽ per-
48 mitti teſtatum ſupra habemus. Cum ita decretũ intelligi † aut
ſtatutum debeat, vt quàm minimè poſſit, iuri communi de-
rogetur. l. patronus. §. ſi quis eſſet. ff. de bonis liber. l. Cæſar.
ff.de

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0024-8

ff.de publica.l. conſtitutionibus. Ibique Bart. ff. ad municip.l.
vt gradatim.§. Sed ſi leg. ff. de muner. & honor. l. ſi quando in
prin. C. de inoffic.teſtam. c. in noſtra.de iniur.c. 1. & 2. de filijs
preſbyt. lib.6.glo.in l.damni.1.§.ſi is qui vicinas in ver.aliquas.
ff.de dam.infect.glo.& doct.in l.fin.§.in computatione.in glo.
magna.in fi. C. de iure delib. & alia innumera. De quo etiam
49 vberius infr.num.319. Interpretatio hæc igitur † admittenda,
per quam commune minus feudorum ius læditur. vtpote fa-
uorabilis gloſ. in c. ſtatutum in ver.numerandam de præbend.
libr.6. quæ extenſionem agnoſcendam in correctorijs ſcribit,
vbicunque ita extendendo ad ius ipſum commune redimus.
De qua gloſ.nõ citra commendationem & ornamentum eius,
Iaſ.meminit in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret in quarto nota.ff.
de pactis. Inde non illepide Anchar. ſcribit in conſil. 37. con-
tra Ioannem col. 2. circa med. Illud vti fauorabilius ſpectan-
dum, quod iuri conſentaneum communi eſt. Pro gl. ſententia
in d.c.ſtatutum text.etiam vocatur in c.2.de dec. lib.6. Quem
tex.Crot.nominat in l.omnes populi nu.213.ff.de iuſt.& iur.&
in rub.ff.ſol.matr.num.26. Alia in ſententiam hanc iuuandam
Caſſador. etiam affert deciſ.vni.nu.2.de pactis fol.35.

Decimotertio per interpretationem hanc non modo iuris
communis feudorum læſio excluditur, ſed & agnatorum aut
50 ſucceſſorum ius in feudo † conſeruatur. ne ad feudum pro li-
bidine & citra neceſſitatem alienandum occaſio præſtetur. ob
id potiorem ex capite hoc etiam haberi interpretationem hãc
oportet. Siquidem fauorabilis interpretatio exiſtimatur, vnde
ſubditorum & vaſallorum bona ſalua fiunt.l.fin.ff. de legib.l.1.
§.nũciatio fit.& §.iuris noſtri.ff. de operis noui nuncia. Signo-
rol. in conſ. 21. num.22. Inde fit, vt facilius quid conſeruetur,
quàm nouum acquiratur. Bar.in l.1.§.ſi quis hoc interdicto. ff.
de itinere actuq; priuat.

51 Decimoquarto quæ ad voluntatem liberam † verba perti-
nent, reſtrictionem admittunt, potius quàm tertij ius vulne-
retur.l.dotalem.Ibique Bar ff.de milit.teſt. Bar. in l. cum filius
in fin.eo.tit.Rom.in conſ.116. viſis neceſſarijs num. 2. verſi. ſin
autem quæratur.D.in conſ.355.num.6. Quanto magis quæ re-
ſtringendi cauſa aſſcripta verba ſunt, intelligẽda ſtrictim erũt,
vt quominus poſſit, tertij ius minuatur. Enimuero verbum il-
lud neceſſarijs reſtringendi expreſſum nomine eſt, ne ob de-
bita omnia paſſim alienare feudum liceat, verum ob ea tan-
tummodo, quæ neceſſaria erunt. Seu in quibus contrahendis
neceſſitas interueniet. Ea ratione ſtrictim intelligenda neceſ-
ſitas hæc erit. vt ad eam pertineat, quæ per legem aut alias ci-
tra factum meram vaſalli libidinem ſeu voluntatem contin-
git.

Decimoquinto tolerabilius lex ducit, inertia verba aut fru-
52 gi † nullius, quam oneroſa tertio fieri. c. cum dilectus. & c. ad
audientiam, de cleri.non reſiden.gl.& doct.in d.l.fi.§.in com-
putatione.C.de iure deliber.cum alijs apud nos relatis in con-
ſil.70.col.fi. Quãto magis decretum hoc iuri agnatorum per-
niciale intelligendum ita erit, ne ineptum aut infructuoſum
neceſſarijs verbum fiat, quod non ſine myſterio repetitum to-
tiens eſt, quotiens debitorum mentio in eo fit. Et qua ratione
interpretatio ſtricta adhibetur, ne in totum tertij ius pereat,
ita vbi in partem aut ex aliquo id læditur, eam admitti inter-
pretationem decet, vt quam minimum poſſit, ius alienum eli-
datur Soc.in conſ.1.num.5.verſ. ſecundo eadem concluſio cõ-
firmatur lib.3.

53 Decimoſexto quamuis vtilitatis † publicę cauſa introducta
diſpoſitio ſit, reſtrictionem tamen patitur, ne damnoſa tertio
fiat.l.2.in fi.ff.ad municip. coniuncta leg. Lucius. ff. de admin.
tuto.ex quibus ll. ſimul adiunctis ita Soc. docet in conſil. 275.
num.12.verſic.nam licet alias lib.2. Si contra vtilitatem publi-
cam reſtrictionem in verbis generalibus admittimus, ne ter-
tio noceant. Quanto magis quid reſtrictiuum verbum eſt, ſtri-
ctim accipiendum contra priuati hominis libidinem aut in-
temperiem erit. ne ſucceſſorum agnatorum ius perimere pro
arbitrio liceat, quod vtique fieret, ſi ob debita ex voluntate
contracta feudi alienãdi licentia datur. Ex textu argumentum
54 hoc † præter Socinum, confirmatur in l.ſi patroni. §. qui fidei
cõmiſſariam.verſi.Secundum quæ.ff.ad Trebellia, vbi diſpen-
dio hæredis fauor libertati non præſtatur, vt adire hæres pro-
pter fideicommiſſariam libertatem debeat. ex qua aditione o-
neribus hæreditarijs adſtringitur. vtpote quæ ad fideicom-
miſſarium ſingularem libertatis non ambulant. Si libertati in-
commodo alieno lex nõ fauet, ergo nec vtilitati publicæ, quo-
tiens vtilitati publicæ conſuli ſine priuatorum iniuria poteſt.
Anchar. in conſ. 298. in territorio numer. 5. Rurſus ab eccle-
55 ſia aut pia cauſa † argumentum deduci ad libertatem poteſt,
viceq; contraria. l. 1. circa med. Ibi ad hanc pietatis rationem.
Ibiq; Bald.C.de com.ſeruo manu. leg. contra voluntatem ibi
contra iura pietatis. C.de teſta.ma.Bart. in l.proxime.§.1. ff. de
his, quæ in teſta.delen.& in l.ſi vnus.in fi.ibiq; Iaſ.C.de teſt.A-
lexan.in conſ.76.col.fi.nu.14.lib.3.Iaſ.in l. qui Romæ. §. Flaui-
us.col.pen.nu.45.ff.de verb.oblig.

Decimoſeptimo non mediocriter ex eo interpretatio hæc
56 iuuatur, quod ſcribi † à doct.ſolet, ex cauſa etiam iuſta tertio
principem nocere in dubio non credi. vt Nellus tradit in tra-
cta.banni.in tertia parte primi temporis.q.11.Iaſ.in l. Gallus.§.
& quid ſi tantum.nu.69.ff.de lib.& poſt.Ruin.in conſ.29.nu.2.
in fi.lib.1.in conſ.12.nu.21.l.3.& in conſ.60.nu. 11. verſi. quinto
non obſtat.lib.5.Quid dicendum hic erit, vbi ex cauſa euiden-
ter iniuſtiſſima deterius à principe aut decreto eius agnatorũ
ius fieret. Si ob cauſam voluntariam aut minus legitimam feu-
di conceſſam alienationem dicimus.

57 Decimooctauo non inepte † Roma. huc quadrat in conſil.
199.præſens ſtatuti particula num. 4. vbicunq; ita intelligi ſta-
tutum poteſt, vt vno demum caſu iuri alterius deroget, ad ca-
ſum illum reſtringendum, non etiam ad caſum alium trahen-
dum. in quo ex cauſa duplici lædi alienum ius poſſit. pro qua
ſententia textus dat, quos videre apud eum licet. Sed enim de-
cretum hoc yolant in debitis effectum habere omnibus po-
teſt, quęcunq; vltra dotis aut donationis propter nuptias cau-
ſam, ob cauſas alias contracta neceſſarias ſunt. Eam ob rem ad
debita trahi decretum non decet, quæ contracta voluntarie
ſunt. ne ob cauſas plures agnatorum ius lædatur.

Decimonono. Siquidem debito vllo neceſſario non inter-
ueniente, ex voluntate mera ad feudum alienandum mox va-
ſallus acceſſerit, Dubitaturum quempiam non arbitror, quin
irrita prorſus alienatio in agnati ſucceſſoris perniciem fiat. At
enim eadem per omnia ratio vertitur, cum non ab alienatio-
ne, at à voluntario debito initium res capit. vnde feudi poſtea
alienatio ſequitur. Quid enim intereſt voluntarie feudũ im-
mediate aut initio ipſo alienetur, an à debito voluntario alie-
natio ipſa procedat. voluntariam enim vtrobiq; alienationem
intelligi, non obſcure ea teſtantur, quæ in vndecimo ante ſcri-
pta fundamento nu.44. Rurſus ſi cauſam debito contrahendo
voluntas mera tribuit, non poteſt & ex voluntate mera feudi
58 alienandi cauſa aut alienatio ipſa non deſcendere iuxta † vul-
gatiſſimum illud, quicquid cauſę cauſa eſt, cauſati idem & cau-
ſam eſſe.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iure.l.1.ff.de pactis.l. li-
cet. §. ea obligatio. ff. de procura. l. certi conditio in prin. ff. ſi
cert.pet.l.dedit dotem.ff.de colla.bon.l. liberorum. ff. de ver-
bor.ſignifi. Cauſæ enim potentia in cauſatum influit. l. Publi-
us.§.1.ff.de condi.& demonſt. Tradit Bal. in tracta. ſciſma. nu.
15.poſt Rubr. C.ſi quis aliq.teſta.prohib.

Vigeſimo differentiam inter cauſam eſſe & cauſatum opor-
59 tet. cum † idem cauſa eſſe & cauſatum nequeat. Aliud quippe
pater atque filius, aliud res ac effectus eius eſt. Oldrad.in con-
ſil.150.num.5.in fin.& ſeq.Bulgar.in rubri.ff.ſolut. matr.num.
23.verſic. Secundo quia. vbi ex Bartol. id Bulgar. probat in l.1.
col.7.C.de appella.cum neque apud Bar.aut Bald. verbum de
hoc fiat. Itaque cum debitum neceſſarium à decreto expoſtu-
letur, à neceſſitate ipſa produci debitum oportet. Ita neceſſi-
tatem vti cauſam debiti anteire, & debitum ab ea fieri neceſſe
eſt. Aliter quippe neceſſarium debitum non erit. hoc eſt ne-
ceſſario contractum, ſi à debito ipſo neceſſitas oritur. Immo
enim eodem tum tempore & vna ſimul debitum neceſſitaſq;
inducentur.

60 Vigeſimoprimo Alex. his teſtimonium aſſuitur † in conſil.
215.num.5.lib.6.actum cauſantem non cauſatum ſpectandum.
Proinde debitum ſpectandum, vnde neceſſitas oritur, neceſ-
ſarium nec ne ſit. Nõ etiam neceſſitas aut obligatio inſpicien-
da, quæ ex debito ipſo contracto exiſtit.

Vigeſi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0025-3

Vigeſimo ſecundo ſi ad debita voluntarie contracta relatio decreti fit. libidini, arbitrióque vaſalli tota feudi permiſſa euerſio erit, debita voluntarie contrahendo, ex quibus alienari
61 feudum oporteat. At enim † hoc genus agnoſci interpretationem non decet, vnde in poteſtate aut arbitrio cuius ſit, alienum prorſus ius perimere. l. nec ei. §. eorum. ff. de adopt. l. ſi quis rem. & l. ne in poteſtate. ff. de arbitr. l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de lega. 2. l. fideicommiſſum. ff. de condi. & demonſtra. Bar. in l. 2. ff. quod vi aut clam. Alexan. in conſ. 49. circa fin. libr. 2. Qua ratione locum tex. non habet, in leg. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. vbicunque in facultate actoris eſſet, illuſorium iudicium in perniciem alienam efficere. Bar. in l. duobus. §. ergo ſi quis num. 2. ff. de iureiuran. Eam ob cauſam interpretari decretum conuenit, ne illuſorium agnati ſucceſſoris fieri ius poſſit. l. 1. in fi. ff. de calumnia. l. ſi prætor. ff. de iudic. l. ſi. in prin. Ibi ne quicquam alioquin mihi caueatur. ff. ſi cert. pet. l. hanc legem. ff. de contrah. empt. l. fin. ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. exceptiones. ff. quarum rerum actio non da. l. cum alijs in fin. C. de cura. furio. l. fin. C. de vſur. l. ſi. §. non autem. C. de bonis quæ lib. l. ſi. in fin. C. de vſur. rei iudic. c. commiſſa. §. porro. Ibi ne ſtatutum ipſum fiat ludibrio. de elect. libr. 6. De quo inferius etiam nu. 77. Eodem ſpectant, quæ ſcripta infra in reſponſione tertia ad clauſulam decreti ſunt, & ad ſubueniendum alijs neceſſitatibus ſuis quibuſcunque. Atque ex Bald. reſpõſio hæc in ſpecie neceſſitatis iuuatur in conſ. 332. præmittendum eſt ad euidentiam quòd ordo numer. 3. lib. 1. in quinto requiſito. De quo etiam infra in reſponſione 12. ad clauſulam decreti prædictam nu. 93. verſi. quinto fraudem. Neque contrarium his eſt, quod in diſceptatione publica aduocati partis objiciant, bonum quem præſumi. l. merito. ff. pro Socio. Atque ideo accipiendam præſumptionem non eſſe, fieri poſſe, vt ſucceſſorum
62 feudi † ius pereat. Textibus enim reſponſio hæc aduerſatur, qui tam frequentes citati in argumento hoc 19. ſunt. Namque ſi preſumptam hanc bonitatem cognoſcimus, quorſum interpretationem reijcere, per quam in arbitrio cuius eſſet, alienũ ius aut diſpoſitionem eludere. Semper enim dici poterit, ab illuſione timendum id genus non fore, cum ſincerus & candidus quiſque, non fallax præſumatur.

63 Secundo argumentum aut † reſponſio hæc refellitur, ad eum caſum tex. aut regulam non pertinere, de qua in d. l. merito. vbicunque tertij ius lædi ex præſumptione bonitatis poſſit. verum ad eum caſum reſtringitur, quo dolum præſumendo, pœnam reus pateretur. Bart. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiurando. Ancha. in conſ. 415. primum dubium tale eſt col. 2. ver. ad hoc aduertendum. Roma. in conſ. 304. plura ſunt colum. 1. verſi. nec refragatur, Soci. in conſ. 57. nu. 17. lib. 4. Corn. in conſ. 61. col. 5. in fin. lib. 1. Dec. in l. non hoc col. fin. C. vnde legit. in l. ſi emancipati nu. 3. in fin. C. de collatio. in cap. Oſius nu. 6. in quinto nota. de electio. in cap. ſuper literis nu. 8. in fin. de reſcript. Ruin. in conſ. 68. num. 4. in fi. lib. 4. Gozad. in conſ. 66. num. 7. Galiau. in rubr. ff. de verb. oblig. nu. 160. in fi. Proinde ad ius alienum perimendum aut minuendum valere præſumptio bonitatis non debet. Aliter porro interpretantibus conſequens fieret. exceptiones reorum omnes iure ipſo ex præſumptione ipſa bonitatis in actorum perniciem probari. Quæ cum ita ſint, præſumptio admittenda bonitatis non eſt, vnde agnati in feudo ſucceſſuri ex toto cõſumi, nedum minus fieri ius poſſit.

Vigeſimotertio alienationem feudi permittendam, & ius commune feudorum circa alienationem ipſam non paſſim lędendum aut abrogandum decretum cenſuit. at in caſibus ſolummodo, qui expreſſi in decreto ſunt. Ita in caſibus alijs nõ expreſſis incolumis alienandi prohibitio & ex decreto manet. Ea ratione ſicut prohibita alienatio feudi in caſibus non permiſſis per decretum eſt, ita interpretationem admitti non cõuenit. Vnde occaſio ſequi alienandi poſſit. Quoniam qui alie-
64 nationem † prohibet, prohibere omnia creditur, vnde ſequi alienatio poſſet. l. quotiens. 1. ibique Bal. C. de fideicom. cap. 1. in fin. de inueſt. de re aliena facta. Soci. in conſ. 26. num. 1. lib. 3. Dec. in conſ. 442. num. 26. & apud nos in conſ. 170. num. 9. Ius huc & illud vulgatiſſimum ſpectat, ad omnia prohibitionem trahi, ex quibus perueniri ad prohibitum poteſt, l. nec timerem in fin. Ibique gloſſ. fin. ff. quod metus cau. l. athletas. §. ait prætor. ff. de infam. l. oratio. ff. de ſponſal. l. magis puto. §. ſi pupillus. ff. de reb. eorum. leg. cum lex. ff. de fideiuſſ. l. legem. C. de natu. lib. l. ſi. C. ſi mancip. ita fuerit alien. c. tuæ de procura. Alienatione igitur feudi præterquam ob debita neceſſaria prohibita, permiſſa intelligi alienatio non debebit, quæ ob debita ſit voluntarie contracta. Id quia permiſſione id genus admiſſa, ad caſus prohibitos perueniri haud difficulter poterit, nomina debitorum pro libidine faciendo, quorum diſſolutio ex feudo fiat.

Vigeſimoquarto argumento à ratione deſumpto ſententia
65 hæc confirmatur. Namque † cum niſi in caſibus quibuſdam feudi permiſſa alienatio non ſit. prohibita in cæteris intelligitur. l. cum lex. ff. de legib. l. cum prætor. ff. de iudic. l. ex eo. ff. de teſtib. l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de lega. 2. l. pater. §. fundũ. ff. de lega. 3. l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. l. maritus. C. de procura. leg. fin. C. de pact. conuen. c. nonne de præſumptio. Rurſus cum de regula prohibitionis alienandi, niſi caſus certi ſtatuto non excipiantur. in caſibus alijs non exceptis cõfirmata regula intelligitur l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. lega. l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtr. l. 1. ff. de reg. cato. l. 1. Ibique poſteriores. ff. de reg. iur. c. dominus noſter. ibiq; glo. 32. q. 7. Pro qua ſententia tex. alios Fulg. nominat in l. precibus num. 6. verſi. excipitur ſecundo. C. de impub. Quod cum ita ſit, per decretum etiam feudi alienatione interdictum regulariter apparet. Sed enim ob rei cuius alienatio
66 prohibita † regulariter eſt, curam adhiberi à prohibito oportet, vt nec ex diſpoſitione legali alienatio fiat. l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. gloſſ. in l. item quia in princ. in verb. illata. ff. de pactis. gloſſ. & doct. in l. ſi ita quis. §. ea leg. in gloſſ. magna. ff. de verb. oblig. Alex. in conſil. 158. nu. 3. verſi. Secundo illa non poteſt lib. 5. Aret. in l. Gallus. §. nunc videndum in fin. ff. de lib. & po. Curt. maior in conſil. 45. num. 21. verſic. Tertius caſus. Bal. his præter Alexand. & Curtium aſſuitur in l. vni. num. 8. in fin. C. de inoffic. in l. hac edictali in princ. num. 2. in fi. C. de ſecun. nupt. & in Aucten. præterea nu. 5. C. vnde vir & vxor. Quanto magis curę habere vaſallus prohibitus debebit, ne ex facto ſuo voluntario feudi alienatio ſequatur. Quod vtique fieret, ſi ob debita nulla neceſſitate cogente contracta feudi permiſſam alienationem concedimus. Gloſ. tantum hic affirmandam in d. l. item illa non duxi.

Neque contraria his clauſula ampliatiua decreti eſt, & et-
67 iam ad ſubueniendum † alijs quibuſcunq; neceſſitatibus ſuis. quæ verba vniuerſalia ſunt. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. nõ ierit. l. ſed & ſi. & l. quæcunque. ff. ad l. Aquil. l. edicto. §. primo & l. ait diuus. ff. de iure fiſci. c. ſolitæ circa fin. de maiori. & obe. c. ſciant cuncti de electio. libr. 6. ergo ad neceſſitates trahi omnes debent, etiã quæ ex contractu aut debito voluntarie facto deſcẽdunt. l. 3. §. 1. iuncta l. coiri. ff. pro ſocio. l. Iulianus. ff. de lega. 3. §. 1. Inſti. de dona. c. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1. cum alijs apud nos relatis in leg. prima. numer. 44. ff. de leg. 1. Hoc amplius ad caſum etiam improprium verba vniuerſalia trahi, ſcriptum non parce habemus in conſil. 294. num. 2. Multifariã enim argum. † fa-
68 hoc diluitur. Principio cum mentio debitorum in ſpecie facta iam ſit. In eiſq; neceſſariorum qualitas adiecta, ad neceſſitates, quæ ex debitis fiunt, clauſulam trahendam illam non eſſe, & ad ſubueniẽdum alijs neceſſitatibus ſuis quibuſcunque, ſiquidem ad ea admitti relatio non ſolet, in quibus prouiſio facta in ſpecie eſt. l. cum in teſtamento. §. fin. ff. de hæredi. inſtituen. l. cohæredi. §. qui patrem ibiq; Imola & Alex. ff. de vulg. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt in fin. ff. de lega. 1. l. qui vxori. §. qui legauerat. & l. vxorem. §. fœliciſſimo. ff. de lega. 3. l. Stichus nutricis. & l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de alim. lega. l. doli clauſula. & l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de verb. oblig. l. cum quæſtio. C. de lega. Et in ſcriptura legis generali, ad ea non referri, in quibus cautum ſpecialiter eſt, textu declaratur in l. in teſtamentis. Ibique Sali. C. de teſtamen. Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. in conſil. 390. primo ſtatuto col. 2. ante med. verſic. tertia ratio eſt lib. 1. Rom. ſing. 309. Romæ. Alexand. in conſil. 48. num. 7. & ſeq. lib. 1. Itaque ad neceſſitates alias, quàm quæ ex debitis fiunt, clauſulam hanc referri ampliatiuam conuenit. Quæ neceſſitates contingere non paucæ ſolent. ob alimenta puta,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0026-9

puta, aut captiuitatem redimendam, valetudinem curandam,
& alias id genus neceſſitates, quæ citra debiti vllius vinculum
neceſſarij aut voluntarij mortalibus incidunt.
69 Secundo reſpondetur. ſpeciem hic odioſam † verſari. Idq;
odioſum dupliciter expenditur. Primum, quòd iuri communi
feudorum decreto hoc derogatur. quo iure nec ob cauſas ne-
ceſſarias feudi alienatio conceditur c.1. quali. feud. po. alie. Bal.
in c.1. in prin. nu.10. verſic. quæro nunquid ſi ex conſuetudine.
de prohib. alie. feud. per Freder. Soc. in conſ.19. nu.11. verſic. &
non ſolum lib.1. Deci. in conſ.445. num.24. Sed nec ob cauſam
piam feudi permiſſa alienatio eſt. d.c.1. in prin. ibique Bald. nu.
18. de prohib. alien. feudi per Freder. Tradit idem Bald. in c.1.
§. donare num.3. qual. feu. alie. po. Iaſ. in l. de quibus nu.64. ver.
tertio ergo aduerte. ff. de ll. De quo dictum etiam ante eſt, nu.
70 30. Odioſum plane † intelligitur, quicquid iuri contradicit. l.
ius ſingulare & l. quod vero contra. ff. de ll. l.2. C. de noxal. l. ad-
uerſus. C. de nuptijs. c. cum dilectus de conſuetud. c. quod dile-
ctio de conſanguin. & affin. c.1. & 2. de filijs preſbyt. lib.6. Ar-
chid. in c. hoc tantum 17. quæſt.2. Bald. in l. non ſine num.5. C.
de bonis quæ lib. Abb. in conſil.1. colum.2. circa med. lib.1. &
in conſil.117. col.1. lib.2. Corn. in conſ.89. col.3. lib.3. & in con-
ſil.271. col.4. lib.4. & alia non pauca. Secũdo odioſum decretũ
71 hoc inde † apparet, quod ius ex eo alienũ læditur, id eſt, quod
agnatis quæſitum per inueſtituram & contractus maiorũ eſt.
leg. ſi quis in graui. §. ſi ex ſtipulatione à ſenſu contrario. ff. ad
Syllania. Idque ex eo etiam oſtenditur, quòd tolerabilius lex
habet, vt verba offendantur, quàm tertij ius lædatur. cap. ſu-
per eo de offic. delega. d.c. cum dilectus de conſuetu. gloſ. in c.
paratus in glo.3.23. quæſt.1. Oldr. in conſ.208. quæſtio eſt, vtrũ
per priuilegium in fi. Geminia. in conſ.19. in fi. Roma. in conſ.
334. circa primum. Dec. in conſ.11. numer.4. Iaſ. in l. ex facto in
quarto nota. ff. de vulga. ſi improprie verba accipimus, ne ter-
tij ius lædatur, non poteſt odioſa diſpoſitio non eſſe, vnde ter-
72 tij ius minuitur. In fauorabilibus † quippe, non improprie ad
reſtringẽdum, verum ad ampliandum verba accipimus. l. hoc
modo. ff. de condit. & demonſt. l. Senatus conſulto. & l. liber-
tum. §. pen. ff. de ritu nupt. c. fi. de præben. iuncto. c. pen. de ver-
bor. ſignifi. Gald. in conſi.19. de regular. Iaſ. in l.1. §. hoc autem
nu.7. ff. ad Trebel. in 2. lectu. in l. non dubium num.42. C. de ll.
in l.2. num.5. verſic. ego nouiter pondero. C. de in ius vocan. in
l. qui ſe patris, num.55. in fin. & nu. ſeq. in fi. C. vnde lib. Quam
rem executi plenius ſumus in rubri. ff. de op. noui nuncia. atq;
in commentarijs poſterioribus in primis. Odium item ex læ-
73 ſione iuris tertij aliter demonſtratur. quòd verba † vniuerſalia
etiam reſtringere permittitũr, ne tertio noceant. §. cum autem
Inſt. quibus modis ius pa. po. ſol. vbi cum à principe deporta-
tus reſtituitur, ſtatum priſtinum per omnia recipit. At enim ad
bona reſtitutio non trahitur, quæ tertio quæſita, aut tranſlata
in eum ante ſunt quam reſtitutio fieret Bar. & alij in l. Gallus. §.
& quid ſi tantum num.12. & ſeq. ff. de lib. & po. Ita textum in
d. §. cum autem. ad reſtrictionẽ verborum vniuerſalium Cro-
tus expendit in l.1. nu.4. Ibique Nigri, nu.16. ff. de lega.1. Quod
idem vltra Crotum & Nigri, ex Bar. probatur in l. dotalem per
illum tex. ff. de milit. teſta. cum alijs apud nos aggregatis in d. l.
1. nu.55. & pluribus ſeq. ff. de leg.1.
74 Hoc amplius tametſi fauoris cauſis † decretum editũ prin-
cipaliter ſit, ne indotatæ mulieres fiant, & ne in calamitatibus
quæ mortalib. incidunt, egeſtate vaſalli laborẽt. Attamen quia
incommodum alienum pernixum fauor iſte habet, odioſa diſ-
poſitio quantum ad interpretationem habetur, vt ſtricta in ea
fieri interpretatio debeat. l. quod ſi nepotes. ff. de teſta. tu. l. ſed
& milites. §.1. Ibique Bald. ff. de excu. tutor. §. pen. Inſti. qui te-
ſta. da. tutor. poſ. Bart. in l. liberorum num.5. ff. de verb. ſignifi.
Bal. in conſ.298. quæritur vtrum vſurarius, col.1. circa med. lib.
2. Caſtren. in l. ſicut certi, nu.4. C. de teſt. milit. Soc. in conſ.48.
nu.2. lib.1.
Odio igitur decreti huius, ſaltem quod ad reſtrictionem at-
tinet admiſſo, ſtrictim verba illa vniuerſalia, & neceſſitatibus
alijs quibuſcunq;, intelligi oportet, vt ad ſimilia expreſſis re-
ferantur, in quibus initio ipſo neceſſitas ſubeſt. non etiam ad
neceſſitates fieri relatio debet, quæ originem volũtariam ha-
bent. Et quæ neceſſitates dici cauſa prima inſpecta nequeunt.
per ea quæ abunde dicta in ſuperioribus ſunt. Longe enim in-
ter neceſſitates has diſtare, quæ voluntariam & quæ neceſſari-
am cauſam habent, teſtatum ſatis ſupra habemus argumento
maxime vndecimo, num.44. vbi voluntariam obligationem
aut neceſſitatem tex. & gl. non paucis oſtendimus, initium, cui
voluntas dedit. ea de re ſubueniendum ei non fore, qui vltro ſe
in neceſſitatem coniecit. Diſſimilitudine igitur & ratione di-
uerſitatis tam maxima inter neceſſitates has interueniẽte, cõ-
ſequens fit, ad neceſſitates trahendum decretum nõ eſſe, quæ
diſſimiles expreſſarum ſunt, hoc eſt, quarum voluntarium ini-
tium eſt. cũ neceſſitas ſub origine ipſa in expreſſis interueniat,
quæ vel à lege imponitur, vt in dote & donatione propter nu-
ptias. l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. fin. C. de dotis promiſ. Cu-
mulate doct. in l.1. ff. ſol. mat. vel à caſu fortunæ pendet, qualis
captiuitas, & aliæ id genus miſerię ſunt, quę à numine mox cõ-
75 tingunt. Iure enim certiſſimo † hoc vtimur, ad ea in ſpecie o-
dioſa aut ſtricta verba hæc trahenda vniuerſalia non eſſe, & a-
lijs quibuſcunq;, in quib. ratio diuerſitatis interuenit, aut quę
maiora expreſſis ſunt gl. in Clem. ne Romani in verſ. vel aliàs
quouis modo. de elect. in Clem. non poteſt in ver. grauiora. de
proc. in Cle. fi. in ver. quouis modo de ſen. excom. Geminia. in
conſ.25. nu.7. in fi. Soc. in l. Gallus. §. etiam ſi parente nu.6. ante
fi. verſi. ergo dicamus. ff. de lib. & po. in l. quidam relegatus col.
2. ff. de reb. dub. & in conſ.260. nu.13. & plurib. ſeq. libr.2. Dec.
in conſ.486. nu.8. verſi. non obſtant illa verba. & in conſ.495.
num.18. poſt med. Ruin. in conſ.10. col. pen. circa med. lib.1. in
conſ.116. nu.17. lib.2. & in conſ.98. nu.20. lib.4.
In reſponſione hac ad verba decreti vniuerſalia, obſeruan-
dum, locum reſponſioni ipſi eſſe, etiã ſi debitorum mentio fa-
cta per verba vniuerſalia ſit. & pro debitis alijs quibuſcunque,
ne ad maiora expreſſis, vel in quibus diuerſitatis ratio vertitur,
relatio fiat. Et in debitis enim ratio mouet, de qua in reſpõſio-
ne proxima. Quid dicendum hic erit, vbi mentio debitorũ fa-
cta in clauſula controuerſa non eſt, verum de neceſſitatibus a-
lijs quibuſcunq;, in quo verbo neceſſitatib. facilius atq; vehe-
mentius ratio aut reſponſio vrget, quatenus relationem eius
ad neceſſitates habendam non eſſe, quæ ex debitis naſcuntur,
dilucide ſatis in reſponſione teſtatũ priore habemus. Quocir-
ca extra controuerſiam omnem poſita res videtur, debitorum
verbo in clauſula hac non facto, & alijs quibuſcunq;.
Tertio ad clauſulam hanc ampliatiuam reſpondetur, debi-
torum mentio eſto facta in ea ſit, & pro debitis ſuis alijs qui-
buſcunq; quod factum minime eſt, ad debita tamen reſtringi
76 eam conuenit. In quibus neceſſitas initio inſit. Id quia † ver-
ba reſtringi vniuerſalia oportet, vbicunq; iniqui alias aut ab-
ſurdi quicquã conſequi ex eis poteſt, ſi vniuerſaliter accipiun-
tur Ang. in conſ.6. Ant. de But. in conſ.19. Soc. & alij in l.1. col.
1. Ibique apud nos, nu.55. & ſeq. ff. de lega.1. Iaſ. in conſ.182. co-
lum.6. poſt med. lib.2. & in conſ.115. colum.5. lib.4. Ruin. in cõ-
ſil.188. nu.10. lib.2. & in conſil.18. num.8. ver. præterea ceſſan-
tib. lib.3. Sed enim quid abſurdius, iniquiúſue, quam licẽtiam
vaſallo eſſe, æs alienum pro animi libidine neceſſitate vlla non
vrgente, cui ſuccurri non ægre poſſit, in ſucceſſorum agnato-
rum perniciem conflandi. Ita vt ex feudi alienatione dimitti
77 creditores oporteat. Inde enim † iniquitas abſurditáſue exi-
ſtit, quod ad irritum deduci res poteſt, Ang. in l. certo generi,
nu.3. ff. de ſerui. ruſt. prædior. Idque ex tex. ſignificantius oſten-
ditur, in d. l. ſi quis rem. & leg. ne in poteſtate. ff. de arbitr. vbi
pro abſurdo lex habet, in poteſtate cuius eſſe, vt alienũ ius læ-
dat. Quod idem ex text. declaratur in d. l. nec ei. §. eorum. ff. de
adoptio. in d. leg. ſi ita quis. §. is cui. ff. de lega.2. & in dict. leg. fi-
dei commiſſum. ff. de condit. & demonſt. In quib. ll. conditio ſi
ſine filijs deceſſerit, ad filios adoptiuos non trahitur, neq; per
eos fideicommiſſum deficit, ne in arbitrio hæredis grauati ſit,
fideicommiſſi iure filios adoptando, ſubſtitutum fraudare. Et
generaliter interpretationem reijciendam, vnde in poteſtate
cuius ſit, illuſorium alterius ius efficere, Bart. tradit in leg.2. ff.
quod vi aut clam. Alexand. in conſil.49. circa fin. libr.2. Inde
fit, vt locum text. non habeat in leg. ſi quis intentione ambi-
gua. ff. de iudic. quotiens in facultate actoris eſſet, iudicium e-
ludere Bart. in l. duobus. §. ergo ſi quis num.2. ff. de iureiurand.
Quocirca ita interpretari decretũ oportet, ne illuſorium ius
fieri

fieri agnatorum poſſit.l.1.in.fin.ff.de calumnia, cum alijs ſupra
in argum.22.comparatis.nu.61.
78 Quarto reſpondetur. In debitis eſto † clauſula decreti con-
cepta verbis vniuerſalibus ſit,& pro debitis alijs quibuſcunq;,
reſtrictionem tamen accipere ob æquitatem debent. leg. lis
nulla.ff.de iudic.ijs adiunctis,quæ glo.& doct.not.in l.cogi. §.
ſi pater in verſ.cōtra obſequium.ff.ad Trebel. in d. leg. lis nul-
la. verbis vniuerſalibus & ipſis negatiuis litis exercitatio inter
patrem vetita atque filium eſt. At enim reſtrictionem prohi-
bitio illa vniuerſalis admittit,ne locum habeat,vbicunque iu-
dicium permittendum æquitas poſcit. Æquitas plane obſer-
uatur,quotiens ad irritum ius deduci filij poſſit,veluti cum pa-
tri inſtituto ſubſtitutus filius ex fidei commiſſo eſt. Namq; in-
utile fidei cōmiſſum patre non adeunte fit. Ea propter patrem
filius adire recte cogit, ne illuſoriū fideicōmiſſum fiat. vt in d.
§. ſi pater.in ver. obſequium glo.& doct.no.Si prohibitio ver-
bis negatiuis in d. leg. lis nulla. concepta reſtrictionem æqui-
79 tatis cauſa, recipit, Quanto magis † ius idem probandum in
verbis vniuerſalibus erit, quæ conſcripta affirmate ſunt, cum
debiliora negatiuis æſtimētur.glo.in leg. hoc genus.ff.de con-
dit.& demonſt. Bald. & poſteriores in l.ſi Ruffinus. C.de teſta.
mili.Dec. in c.cum. in nu.12.in fi. de conſt.in c. inſuper num.5.
verſi.& ad hoc facit. de teſtibus. in conſil. 3. nu.4.in conſil. 44.
col. fi.circa med. Et id genus innumera.
Quinto reſpondetur. ob debita alia quæcunque feudi per-
80 miſſam alienationem fac. Reſtrictio † tamen in verbis ſperni
vniuerſalibus non ſolet,quæ rationem habeat.l.1.Ibique Bald.
C.de fide inſtrum.c.1.§.fi.de iureiuran.lib.6.Iaſ.in l. quodcun-
que in princ.nu.4.ff.de verb.oblig.Enimuero rationi cōgruit,
vt ad debita alia omnia feudi alienādi reſtrictio fiat, in quibus
initio ipſo neceſſitas inſit.ne fraudem alijs faciendi,aut ex ani-
mi libidine ſine cauſa qua iuſta iuris alieni minuendi, occaſio
præbeatur.l.cum hi.§.fin.cum lis.ff.de tranſactio.l.in fundo.ff.
de tranſactio.l. magis puto. §. ſi pupillus.ff.de rebus cor. l. 1. §.
illud in fin.ff.de aqua plu.arc. l. fi. C. de ince.nupt. c. paſtoralis
circa fi.de cauſ.poſ.& proprie. Iam abſurdiſſima res fuerit, vi-
am dolis per leges aperiri,quæ dolis pœnas irrogant. l. 2.C. de
indic.vidui.tollen.l. meminerint.C.vnde vi.
81 Sexto reſpondetur reſtrictionem † in verbis vniuerſalibus
debitorum quorumcunque admittendam, vnde ciuilis atque
iuſta interpretatio fiat.l.qui autem.§.fi.iuncta gloſ. in ver. ido-
neis.ff.de conſt.pecu.l.1.iuncta glo.ff.de eo quod cer.lo.l. 1. &
l.generali.C.de ſacroſan.eccleſ.l.fi.Ibique gloſ.1. C.ſine cenſu
vel reliq.Calca.in conſ.17.nu.5.in conſ.111.nu.38. in fi. & in cō-
ſil.125.nu.28.verſi. quia licet geminatio. Ibique idem in verbis
vniuerſalibus geminatis ait. Iuſtam plane atque ciuilem inter-
pretationem hanc eſſe,vnde alienū ius ſaluum fit, eiuſq; frau-
dandi occaſio non datur nemo non videt.
82 Septimo reſpondetur,vniuerſalia decreti verba † ad ea tra-
henda debitā non fore,in quibus eadē aut tanta ratio non ver-
titur.Rota,deciſ.288.maior pars in nouis. Calca. in conſ.1.col.
19.in fin.verſic. & propterea vbi reperitur. Pro qua ſententia
tex.videtur in c.cum in illis in princip.de præben.lib.6.Quem
tex.in ſententiam hāc Dec.nominat in conſ.541.nu.9. De quo
etiam apud nos in conſil.144.num. 6. Sed enim rationem non
modo eandem aut tantum in debitis voluntarie contractis nō
contingere, ſed longe diuerſam interuenire,quis dubitet. Si-
quidem vbi voluntarium initio debitum fuit,voluntaria quo-
que obligatio aut neceſſitas æſtimatur, in quam vltro ſe debi-
tor coniecit. vſque adeo vt ei ſuccurrendum lex non cenſeat,
qui ipſe ſibi neceſſitatem hanc aſciuerit.l.ſi fideiuſſor.§.neceſ-
ſaria.ver.Sin aut.Ibiq; Caſtren.ff. qui ſat. cog.cum alijs,quæ lo-
cupletius ſupra comportata in argumento aut fundamēto vn-
decimo ſunt num.44. Rotæ tamen dictum in ratione tanta af-
firmandum hic non cenſui. Sed enim ſuperuacua diſceptatio
videtur, quādo ratio multo alia in debitis voluntarijs conſtat.
Octauo reſpondetur ampla atq; vniuerſalia decreti verba
83 reſtringenda, † vt quam minimum poſſit,à iure communi diſ-
cedatur.vt Bal.no.in l. 1.ver.quæro ſi ſtatutum dicit. C. qui bo-
nis ced.poſ. Al.in conſ.72.col.1.lib.2. Ruin.in conſ.4.num.7.&
in conſ.98.num.etiam 7. lib. 2. Ea propter etiam ſi debitorum
omnium aliorum expreſſio facta in decreto Yolant fuerat, ad
debita tamen reſtringendum id erit, quæ neceſſitate contra-
cta vrgente ſunt. ne vulnus tam acerbiſſimum commune feu-
dorum ius accipiat. Quid dicturi hic erimus, vbi præter iuris
communis offenſionem, tertij etiam, hoc eſt agnatorum de-
trimentum incurrit. Hoc amplius interpretatio admitti hæc
84 † ſolet, quamuis ita reſtringendo, in aliquo ſolummodo ſta-
tutum operetur. Satis quippe eſt, circa aliquid ſtatutum ope-
rari. Quocirca extenſio contra ius actiue paſſiueque fieri in a-
lijs debet. Abb. in cap. ex parte vltimo per illum tex.de verbo.
ſignific.Iaſ.in conſ.201.col.4.lib. 2. Pro qua ſententia tex. non
paucos feudorum Curt.Senior vocat in conſil.49.nu. 47.ver.
& cum dicebatur. Idem Soc.probat in l.ſi filius, qui patri. col.
fi.ff. de vulga. Hoc amplius Calderi. ſcribit in conſilio vltimo
ante fin.de dona.ſatis eſſe, ſi quid minimum diſpoſitio opera-
tur. Quid hic dicēdum, vbi effectum magnum producere ſta-
tutum poteſt, vt non modo in dote & donatione propter nu-
ptias,ſed & in neceſſitatibus alijs locū habeat, quæ initio ipſo
contingunt. ob captiuitatem puta redimendam,ob alimenta,
valetudinem curandam, & id genus alia. Cum Soci. tamen in
d.l. Si filius qui patri col.fin,mihi non conueniret, vbicunque
ex partibus pluribus ſeparatis ſtatutum conſtaret. Ibi enim in
partibus omnibus effectum ſpectandum aliquem puto. Sed e-
nim in partibus omnibus ad modum hunc interpretando mo-
menti non exigui eſſe decretum poteſt, quod ad neceſſitatem
alias trahi quam expreſſas non poterat vtpote iuri cōtrarium.
l. Sancimus. C. de teſt.l.præcipimus in fin.C.de appella. regula
huc ſpectat,caſum omiſſum iuri relinquendum.l.ſi extraneus.
ff.de condi.ob cau.l.ſi cum dotem in princip.ff.ſolut.mat.& id
85 genus non pauca. Idque in materia † in primis, quæ iuri con-
tradicit,quæ niſi caſum expreſſum non comprehendit.gloſ.in
c.licet canon in ver.carere.verſic.de diſpenſatione. de electio.
lib.6.& in Clemen.2.in verb. eiſdem. de ætat. & qualit. Imola
in l.ſi vero.§.de viro num.13.ff.ſolut.mat.Soc.in conſil.30.nu-
mer.19.& ſequen. lib. 1. Curt. ſen. in conſil. 78. domina Fran-
ceſchina colum.5.poſt med.& apud nos in rub.ff.de leg. 1. nu-
mer.46.
Nono debitorum eſto aliorum quorumcunque mentio fa-
cta in decreto ſit, quod niſi de neceſſitatibus non loquitur, ad
debita tamen voluntaria trahi id non poſſe, luculenter oſten-
ditur. Namq; ſi ad voluntaria refertur,abſonus & ineptus ſen-
ſus ſequitur. vt non modo inter maiora expreſſis, ſed inter cō-
86 traria dicto † alijs inſeratur. Id eſt inter debita neceſſaria &
voluntaria, contra quàm natura ipſius verbi ferat. quod ad ſi-
milia pertinet.l.fi.ibique Bal. C. de his qui à non domi.c.fin.in
prin.de pactis lib.6.Clemen.1.de reſcript.glo. & doct.in l.non
ſolum.quæritur in ver.cæteros. ff. de procu. l. ſi fugitiui. C. de
ſeruis fugit.Bal.in conſ.349.ſtatuto Placentiæ in fi. lib. 1. Alex.
in conſ.204.num.3.lib.2.Dec.in conſ. 86. circa fin. & alia non
pauca.
Decimo neceſſitas hæc, quæ neceſſitate non cogente con-
tingit culpa accidere vaſalli dicitur, qui vltrò ſe in neceſſitatē
87 coniecit.ob id † neceſſitati ſuccurri huic non conuenit, quæ à
voluntate & culpa egeni exiſtit. l. Papinianus.ff. de minor. vbi
excuſationem, exilij impedimentum non præſtat, quominus
mitti procurator debeat. id quia exulis culpa impedimentum
hoc accidit. Eodem text. pertinet in c. intelleximus de iudic.
Quos tex.in ſententiam hanc Abb.vocat in c. 2.nu. 7. de proc.
Capit.deciſ.123.nu.3. Damnum item, quod ex facto ſuo hæres
vnus ſentit,à cohæredibus non repetitur.l. inter cohæredes.§.
quod ex facto.ff.famil.erc. Sed nec vniuerſorum bonorum ſo-
cio damnum à ſocijs reſtituitur, quod ſocij ipſius acceptū cul-
pa eſt.l.ſi ex duobus.ff.de noxal.l.cum duobus.ff.de noxal. l. cū
duobus.§.fi.& l.ſeq.ff.pro ſocio.Ang.in conſ.329.num.3.circa
princ. Remiſſionem quoque mercedis conductor fruſtra pe-
tit,culpa cuius per hoſtiū latronúmue incurſum fructus perie-
runt.l.ſi merces.§.vis maior.& §. culpæ. ff. loca. Angel.in dict.
conſil.329. num.3. Eodem tex.pertinet in l.qui inſulam.§.fi. ff.
loca.pactum, ne incendium quis præſtet, ad eum caſum non
ſpectare,quo paciſcentis aut familiæ ſuæ culpa incendiū con-
flagrauit. Idque pro ſingulari Roman. habet ſing. 29. ſi quis
promiſit. Euictio quoque emptori non præſtatur, quæ à cul-
pa eius venit.l.ſi ideo.l.ſi dictū.§.ſi compromiſero. & l.Heren-
nius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0028-0

nius in fi.ff.de euictio.Gloſ.huc accedit in l.Iulianus in glo ſſ.1.
ff.de rei vend.exceptionem,de qua in l. vendicantem. ff. de e-
uictio.emptori culpæ reo non prodeſſe. Sed nec teſtatori ſub-
ueniendum lex cenſuit,qui culpæ accuſari cuius poteſt.l. pen.
ff.de iniuſto teſt. iunct.l.quidã teſtamento Proculũ.ff. de vulg.
l.tractabatur.ff.de milit.teſta.l.3.C.de inoffi.teſta.

88 Atque in ſpecie † neceſſitatis,rationem eius non habendã,
vbicunq; culpa aut facto voluntario eius accidit, qui in ea la-
borat,Rota tradit in cõſ.849. epiſcopus Caturcenſis. Pro qua
ſententia vltra rotam,tex.videtur in d.l.ſi dictum.§.ſi compro-
miſero.ff.de euictio.euictionem non præſtari, quæ ab arbitri
ſententia ſequitur. Namq; & ſi maxime arbitri ſententiæ ſtare
neceſſe emptor habet,iuſta vel non ſit.l.diem proferre.§.ſtari.
ff.de arbitr.Attamen quia emptoris culpa neceſſitas hæc inci-
dit, nihili eam lex facit.Sententiæ,& reſponſioni huic decimę
appoſite ea ſeruiunt, quæ in vndecimo ante ſcripta fundamẽ-
to ſunt,nu.44.

89 Eodem & illud pertinet, rationem † impedimenti non ha-
beri,quod amouere licebat.l.Sed & ſi per pretorẽ.§.hæc clau-
ſula.ff.ex quib.cauſ.maior.l.quibus diebus in prin.Ibique Soc.
in tertio nota.ff.de cond. & demonſt.l.qui poteſt facere. ff. de
reg.iur.c.fi.de electio.c.2. Ibiq; Dec. in quarto nota. de teſtib.
c.vnico de cuſto.euchari.c. cum ſit Romana de appella. Rom.
in conſ.9.Fel,in c. cũ inter nu.19. verſi. vtrum excommunica-
tus.de excep.& in c.ex trãſmiſſa col.1.de præſcriptio.Soc. Iun.
in conſ.76.nu.78.verſi.& ſi contra iſta dicatur lib. 1. Locuple-
tius in conſ.17.nu.6.& pluribus ſeq.& in conſ.117.nu.6.& plu-
ribus ſequen.lib.2.Signorol.his aſſuitur in conſ.19.nu.2.verſi.
præterea non obſtat tertium, dilationem ſecundam ob impe-
dimentum facto teſtium conciliatum qui teſtificari renuerũt,
indulgendam non fore, id quia tolli impedimentum poterat,
ad iudicem adeũdo, per quem teſtimonia dicere cogerentur.
De quo etiam apud nos in conſ.270.num.3. Sed enim tolli ne-
ceſſitas hæc debita ſoluendi, poterat, ab ipſis contrahendis
temperando,cum vlla contrahendi neceſſitas nõ ſuberat.Vn-
90 de cum † vaſalli culpa,qui animi libidine nomina debitorũ fe-
cit,amoueri poſtea neceſſitas nequeat,non tam aliter neceſſi-
tatibus eius ſuccurri non poſſe quam eas pellere nolle dicitur
l.1.Ibiq; glo.in verſic.pacto.C.de nat.lib.Bal.in c.1.§.1. in fi. de
feudo ſine culpa non amitten.Ripa,in l.quod te num.47.in fi.
ff. ſi cert. pet. Impedimenti item rationem non habendam,
quod impediti culpa contingit,Gemin. ſcribit in conſ. 42. nu.
12.verſi.nec obſtat.Rom.in d.conſ.9.quod pars. Quæ cum ita
ſint, pluſquã abſurda res fuerit, vaſalli culpam oneroſam ſuc-
ceſſoribus & ius in feudo habentibus fore. Iniquiſſimũ enim
91 lex ducit,ex facto † vnius alium aggrauari.l.ſi ex duobus in fin.
ff.de neg.ge.l.1.in prin. ff. de alie.iudi.mutan.cau.facta.l. ſi ſer-
uus in fine.ff.de diuer.& tempo.præſcriptio.l. ſi quis in ſuo. §.
legis. C. de inoffi. teſt. Aeque negligentiam vnius incommo-
dam eſſe alij non conuenit.l. rem hæreditariam in fi. ff. de eui-
ctio. Ius idem in errore aut imperitia vnius receptum ne frau-
di alij ſit.l. mandatum diſtrahendorum in fin. ff. manda.l. nam
iniquiſſimum.ff.de iuris & facti ignor. Text. huc pertinet in l.
ſupra.§.apud ferocem.ff.de aqua pluu.arc. Ibi & eſt iniquum,
eum, qui non fecit, id reſtituere oportere. Iuriq; naturali re-
pugnare,ex facto alieno quempiam lædi,tex.docet in l.1.C. vt
nullus ex vicar.lib.11.in §.quoniam vero in Aucten. vt nulli iu-
dic.Quos duos tex.Rom.nominat in conſ.508.num.5.Sed nec
92 patris † factum filio obeſſe lex patitur.l.2.§.1.ff. ſolut. matri. l.
ex repudiatione.C.de fideicom.Quamuis rubori aduocationi
diuerſæ non fuerit, contra in diſceptatione publica reclama-
re,iure expreſſum nõ inueniri, vt aduerſus factum patris filius
veniat in tit.oſtendendo.ff.& C.de inoffic. teſta. & C. ne filius
pro patre. Quòd ſi contra factum patris tãquam inofficioſum
in bonis patris filius venit, Quanto magis in bonis filij aduen-
titijs, cuiuſmodi feudum eſt, permittendus venire filius erit.
Atq; in ſpecie feudi, nõ ne initio reſpõſi huius luculentiſſime
id oſtẽdimus nu.21. Quis igitur ferat, rationem neceſſitatis in
perniciem filij agnatiue habendam, quæ à profuſione, & cul-
pa orta defuncti ſit.etiam ſi de debitis alijs quibuſcunque ex-
preſſio facta in decreto ſit.

Vndecimo cum neceſſitatum,nõ debitorum mentio in de-
creto fiat,in expedito pro actore res videtur,vt ad neceſſitates
pertineat,quę initio ſunt,vti ſupra teſtatum cumulatiſſime eſt
nu.32.& plurimis ſeq. Vnde ſenſus verus ac nitidus in clauſula
hac, & pro alijs neceſſitatib. ſuis quibuſcunq; non modo pro-
pter neceſſitates,ob quas contracta debita ſunt,ſed & propter
alias, quarum nomine debitum contractum adhuc vllum non
eſt,feudi alienationem permitti. Ita ad debita nulla neceſſita-
te contracta referri clauſula hæc nequit.

93 Duodecimo ex Bald. interpretatio hæc † confirmatur, in
conſ.332. præmittendum eſt ad euidentiam, quod ordo num.
3.lib.1. vbicunque pro neceſſitatibus ſuis alienãdi facultas da-
tur, quinque exquiri, vt alienandi ius competat. Primum o-
mnium euidentem neceſſitatem expoſtulat.Ita initio ipſo ne-
ceſſitatem atq; ipſam euidentiam exigit. Sed enim quo modo
euidens in eo neceſſitas erit, qui pro animi libidine ad alienã-
dum aggreditur.

Secundo id Bald.deſiderat, vt ad eum modum vendendi fa-
cta poteſtas ſit. At qui ad modum hunc vendendi, cum neceſ-
ſitas initio non eſt, verum pro animi libidine contractum de-
bitum ſit, facultas vendendi data decreto non apparet.

Tertio ad limites neceſſitatis facultatem hanc vendendi re-
ſtringendam Bald. ait. De quo inferius dicetur.

Quarto pro loco & tempore oportunitatis verſetur. Vnde
ſi loco aut tempori, neceſſitas non conueniret, rationem ha-
beri eius nõ oportet. Quid enim ſi cultiore veſtitu, ſumptúue
alio maiore quam locus tempúſue poſcant, quiſpiam vtatur.
Elegantiæ ne indulgendum eius erit?

Quinto fraudem omnem à neceſſitate abeſſe Bal.vult. Quę
res ad ea confirmanda valet, quę ſcripta ante in vigeſimo ſecũ-
do argumento ſunt nu.61. Quintum hoc exquiſitum Bald. et-
iam idẽ admittit in conſ.343. examinanda ſunt col.1. circa med.
verſic.ſed notandum eſt eo. lib. 1. vbi pro qualitate imminen-
tium cauſarum intrandas impenſas, non fingendas neceſſita-
tes ſcribit. In quibus verbis neceſſitates ab initio vſq; adeo ex-
poſcit, vt occaſio neceſsitatis adim.fingendæ debeat. Si rei cu-
ius in alimenta puta indigere ſe aſſerit, cum neceſsitati id ge-
nus ſuccurri aliunde poſsit.

94 Decimo tertio ex Bald.quæſtio † dirimitur in conſ.20.quid
importent iſta verba lib.2. vbi neceſsitatẽ triplicem diſtinguit,
fatalem, naturalem & voluntariam, id eſt, quæ contracta vo-
luntarie eſt. Fatalem, quæ fato aut fortunæ caſu contingit, Ve-
luti cum in latrones quiſpiam incidit. Naturalem, quæ in mor
bo curando, in familia ſuſtentanda, aut agrorum cultura ver-
titur. Voluntariam, cum debita quis vltro contrahit, ſeu faci-
nus aliquod admittit. Inde ad facultatis alienandi quæſtionem
trahit, cum bona fidei commiſſa ob neceſsitatem alienãdi fa-
cultas grauato datur, de qua facultas intelligi neceſsitate de-
beat. Et quidem in neceſsitate fatali & naturali pro expedito
rem habet, ad eam facultatem porrigi. In voluntaria demũ ne-
gotium eſſe ait. In qua re caſus obſeruat, vnum atq; alterũ. Pri-
mus caſus eſt, vbicunq; fidei commiſsi euertendi cauſa, neceſ-
ſitas inducitur aut paratur. Quo caſu dubitandum nõ eſſe pu-
tat, alienandi licentiam non eſſe per tex.in l. Titius rogatus. ff.
ad Trebel. Secundus caſus eſt. Cum ex flagitio neceſsitas ori-
tur, quod aut ætatis laſciuia aut odio admiſſum quo ſit. Quo
caſu niſi ob perſonam redimendam permiſſam alienationem
non putat, præterquam ſi ad filium prohibitio alienandi ſpe-
ctat, qui legitima tenus alienare permittitur, de qua onus reij-
ci prohibitionis ſolet. In neceſsitate igitur voluntarie conci-
liata non niſi ob perſonam redimendam alienandi eſſe ius pu-
tat. Quæ perſonæ redimendæ neceſsitas ſicut à ſpecie contro-
uerſa abeſt, ita quæſtionis iugulum Bald. dictum petit.

95 Decimo quarto † doct. prædicta omnia confirmãtur in Au-
cten.præterea.C. vnde vir & vxor. neceſſarium id debitũ æſti-
mari, in quo principio ipſo neceſsitas ineſt, vt compenſandi a-
nimo in debitum neceſſarium quid cui relictum cenſeatur. De
quo apud nos in conſ.132.nu.14. Suarez huc accedit in tit.de las
arras nu.17.

Decimo quinto cum locus præmiſsis & in hominis ſcriptu-
ra ex rationibus memoratis tamq; vrgentibus ſit, ad ſcripturã
tamen legis ſeu decreti ducalis imprimis pertinent. Siquidem
96 † reſtrictionem lex facilius, quam hominis actus admittit Bal.

in l.fi.col.1.C.ſine cenſu vel reliq.Alex.in l. ſi patroni in princ.
nu.15.ad Trebel.Iaſon,in l.3.§.prætor ait nu.7.ff. qui ſat.cogã.
in l.1.§. nunciatio. in tertia limitatione. ff. de oper. noui nun-
tia.in cap.1.nu.49.in vſibus feud.& in conſ.124. circa fin.lib.4.
Ruin.in conſ.195.nu.2.lib.1.Curt.Iun.in conſ.1.nu.3. Itaque ſi
reſtrictionem prędictam hominis etiam diſpoſitio rationibus
tam efficaciſſimis reciperet: Quid in ſcriptura dicendum le-
gis ducalis erit.

Neq; contrarium prædictis decretum Blanchæ eſt, qua ex-
preſſum parte eſt, declarationem, non derogationem decreti
Yolant à Blancha factam. Vnde cum debitorum mentio in de-
creto ſimpliciter habita Yolant ſit, neceſſariorum verbo non
facto, derogatum ei ex Blanchæ decreto non cenſeri. Reſpon-
ſio enim in promptu eſt, derogationem hic nõ verti, at decla-
rationem. Namq; quia vocari in controuerſiã poterat, de qui-
bus debitis Yolant ſenſerat, de omnibus ne, iuxta voluntarijs
ac neceſſarijs, an de neceſſarijs tãtummodo. Quia abſurdus &
rationi omni tam naturali quam ciuili exagitans ſenſus vide-
batur, qui ad debita etiam voluntaria ſpectat, mẽs decreti Yo-
lant declarata per Blancham eſt. Vt niſi ad debita neceſſaria
cogitatum non intelligatur. Ad quem modũ mentis ducis Yo-
lant declaratio, non decreti eius derogatio, hic interuenit.

Secundo reſpõdetur, ambiguitatem in decreto Yolant cir-
ca debita verti, de quib. generaliter loquitur, declaratione aut
diſtinctione eorum non facta, de quibus Yolant ſenſerit. Am-
97 biguitatem enim † ex verbis generalibus naſci, proculdubio
eſt. l. in tradentis. ff. commu.prædi. l. vbi autem non apparet.
in princ. ff. de verbor.obliga. lege cum Stichus, ff. de ſolutio. l.
prætor edixit in prin. ff. de iniur. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. gl. in l.
quotiens. 1. ff. de verbor. oblig. Oldra. in conſ.81. quòd proceſ-
ſus nu.5. in conſ.133. factum tale eſt, dominus S. nu. 3. in conſil.
244. ad obiectus nu. 23. & in conſ.304. infra ſcriptæ allegatio-
nes nu.3. Signorol. in conſ.209. in fin. Imola in l.4. §. Cato col.
2. ante med. verſic. quid autem ſi pœna. ff. de verb. oblig. Rom.
98 in cõſ.326. nu.12. Inde etiam ambiguitas † naſcitur, quòd mul-
tifariam intelligi verbum debita, in voluntarijs, neceſſarijſúe
poteſt. l. eum qui calendis in princ. ff. de verb. oblig. l. veterib.
Ibique gloſſ. ff. de pactis. Bald. in l. ſcire leges, nu.3. ff. de ll. in l.
precibus num. 23. C. de impub. & alia non pauca. Senſum igi-
tur decreti Yolant in verſ. debitis planiorem faciendum, ita vt
abſurdi aut iniqui quicquam in eo non hæreat, viſum Blanchę
99 fuit. Dubitandum vero non eſt, in poteſtate † Blanchæ ducis
fuiſſe, interpretationem hanc facere, cum eius ſit interpreta-
ri, cuius & condere. l. ex facto in princ. ff. de vulga. l. Neratius.
ff. de regulis iuris. l. fin. ibiq; Doct. C. de ll. ca. cum veniſſet de
iudica. c. in alia de ſenten. excommu. Bart. & alij in l. omnes po-
puli nu.54. ff. de iuſti. & iure. Quin etiam facultatem, interpre-
tationis faciendæ vel in partium diſpendium in cauſa contro-
uerſa iudex habet. Fel. in d. c. inter alia in princ. Dec. in l. in am-
biguis orationibus. ff. de reg. iuris.

Si dixeris, ambiguitatem in verſic. debitis non contingere.
Perinde quaſi generaliter intelligi id debeat, ſicut expreſſum
generaliter eſt. leg.3. ff. de offic. præſid. l. quique. §. parentes. ff.
de in ius vocã. l. imperator. ff. de poſtul. Et alia id genus. Reſpõ-
100 detur, † locum id nõ habere, vbicunq; ratio diuerſa in aliqui-
bus inuenitur. Ad ea enim ſermo generalis nõ trahitur. l. ſi ita
relictum in prin. ff. de lega.2. l. ſi plures. ff. de lega.3. l. creditore.
§. datur. in fi. ff. de bonis auctori. iud. poſſid. c. cũ in illis in prin.
de præben. lib.6. Bart. in l. ſi pluribus nu.6. circa med. verſic. in
dubio qualiter intelligatur. ff. de legat. 2. Rota deciſione 288.
maior pars. in nouis. Fulgoſ. in conſ.135. in cauſa criminationis
col.3. ante med. Paul. de Caſtr. in conſi. 187. notandum eſt col.
penul. poſt medium lib.2. Cal. in conſ.1. col.19. circa fin. Dec. in
conſ.541. nu.9. Idq; receptum in ſpecie hac non dubie puto, in
qua & iuris communis feudorum & tertij incommodum ver-
titur. Sed enim rationem multo diuerſam feudi ob debita vo-
luntaria & neceſſaria alienandi, ſatis ſuperq; commonſtratam
in ſuperioribus habemus. Quocirca tametſi dubitandum non
fuerat, non niſi ad debita neceſſaria Yolant ducem cogitaſſe,
attamen quia apud nonnullos ingenio pauidiori, in contro-
uerſiam id vocabatur, digna res viſa Blanchæ fuit, quam lucu-
lentius aperiret. Atq; ideo qualitas totiens neceſſariorum de-
bitis adiecta, quotiens de eis facta mentio eſt. Ad reſponſio-
nem hanc reſponſio & ſexta conducit.

101 Secundo ad ea ſcriptura † generalis non trahitur, quæ veri-
ſimile nõ eſt, ſub generalitate comprehenſa ipſa eſſe. l. qui pe-
cuni. ff. de pecul. l. 3. ff. de euictio. l. obligatione generali. ff. de
pign. c. veniens & c. quinta vallis de iureiurãdo. Frederi. de Se-
nis in conſil.125. ſuper eo quod quæritur col.1. circa med. Scite
huc Angel. ſpectat in conſ.248. Philippus ciuis de Florẽtia, nu.
2. verſi. pro hac parte adduco. Diſpoſitionem vllam tam gene-
ralem non inueniri, quæ ad ea referatur, de quibus veriſimile
non ſit, diſponentem cogitaſſe. De quo dicto Iaſon meminit
in l. cum res nu.12. verſic. adde ſimiliter. ff. de legat. 1. Atqui ve-
riſimile prorſus non eſt, de voluntarijs debitis Yolant ſenſiſſe.
Ad quem modũ vaſalli arbitrio feudi totius permiſſa ſubuer-
ſio ſit. Et delinquendi occaſionem princeps ipſe præbeat. lege
meminerint. C. vnde vi. Et quorſum ad eum modum non niſi
in caſibus quibuſdam feudi alienationem permittere. Quan-
doquidem perinde res eſt, vt ſi permiſſio & licentia alienandi
generaliter interueniat.

102 Tertio ad ea ſcriptura generalis † non trahitur, quæ diſ-
ponentis mens non admittit Angel. in conſ.283. in aduertentia
ſtatuentium nu. 5. Quod dictum pro memorabili Iaſon agno-
ſcit in conſ.24. col.7. circa med. lib.1. Sed enim debita volunta-
ria pati Yolant ducis mens nõ poteſt, vtpote in quibus admit-
tendis iniquitas euidẽs & abſurditas vertitur. Ea quippe prin-
cipi fuiſſe mens creditur, qualem eſſe iure conuenit. l. ex facto.
ibiq; Iaſon, in quarto not. ff. de vulg. Neq; id ſentire princeps
creditur, quod per ius aut æquitatem ſcriptam non licet Bald.
in conſ.121. proponitur quod ex forma ſtatuti num.2. lib. 1. per
tex. in c. audita de reſtitu. ſpolia. Eodem Bald. ſpectat in c. 1. nu.
3. ad quem vel quos controuer. inueſtit. Talem principis ani-
mum intelligi, qualis legis ſcriptæ & rationis naturalis eſt. De
quo dict. Dec. meminit in c. cum veniſſent in 1. no. de iudicijs,
in conſ.11. nu.3. in conſ.48. col. fi. in conſ.64. nu.7. in conſil.97.
circa prin.

103 Quarto ad reſtrictionem hãc † decreti Yolant, vt ad neceſ-
ſaria reſtringatur, Bar. confert in l. totiens. §. 1. ff. de pollicita. &
in l. ambitioſa nu. 12. ff. de decr. ab ord. fa. generalem poteſtatẽ
ad iuris alieni læſionem non trahi, ſequitur Caſtrenſis in conſ.
61. ſatis clarum videtur mihi col.2. lib.1. Anch. in cõſ.366. vide-
tur primo communitatem col.1. Rom. in conſ. 116. viſis neceſ-
ſarijs nu.2. verſi. ſin autem quæratur. Læſionem plane iuris hic
agnatorum verti nemo non videt.

104 Quinto ad inhoneſta arbitrium generale † non porrigitur
Socin. in conſ.53. nu.3. lib.3. ex Angel. & Fulg. in l. milites. C. de
teſtam. mili. Quid indignum porro aut deforme magis, quam
libidini cuius feudi totius excidium committi. Bart. huc & alij
ſpectant in l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. ex arbitrio pleniſſi-
mo in compromiſſo dato, conceſſum id nõ intelligi, vnde da-
mno graui affici quiſpiam poſſit. Ea ratione ab arbitro partes
nõ cogendas, vt acceptilationem, ſeu quitatem, quam vocãt,
generalem faciant. Sequitur Corn. in cõſ.140. col.1. lib.3. Dec.
in conſ.11. col.3. in fi.

105 Sexto reſtrictionem ſermo generalis † accipit, vbicunq; re-
ſtringendi ratio contingit. le.2. ff. de offi. aſſeſſor. l. quęſitũ ſcio.
ff. de teſtibus cap. 2. de coniugio leproſor. c. cum in cunctis. §.
cleric. Ibiq; Abb. in not. de electio. iuncto tex. in c. Si compro-
miſſarius eod. tit. libr. 6. Tradit Imola in conſ.121. in fine primi
dubij. Abb. in c. ad audientiam in princ. de decim. Enimuero
rationem ſummam in reſtrictione hac verti, luculentiſſime
ſuperiora teſtantur. Quæ reſponſio ex his etiam confirmatur,
quæ ſcripta ante in reſponſione prima habemus, num. 100. &
quæ ſcripta ante circa clauſulam decreti Blanchæ ſunt, & ad
ſubueniendum neceſſitatibus ſui alijs quibuſcunq; numer. 82.
Namque ſi reſtrictionem verba vniuerſalia admittunt, longe
106 † facilius generalia, quæ infirmiora vniuerſalibus ſunt. leg.3. §.
1. iuncta l. coiri. ff. pro ſocio. Vbi validior bonorum omnium,
quam bonorum ſimpliciter ſocietas habetur. Æq; pluris ver-
ba vniuerſalia ſunt, à munere omni, quam generalia, à munere
abſtinendum. c. ſunt nõnulli. 1. q. 1. no. gl. in c. paſtoralis, in ver.
temporaliter. de donat. cum alijs apud nos aggregatis in l.1. nu.
44. ff. de lega.1.

Sed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0030-1

Sed præmiſſorum omnium nihil eſſe fac. De voluntarijs debitis decretū Yolant eſto, nominatim dicat, feudi & ob ea permiſſam alienationem eſſe. Aduerſarijs id ſuffragari nihilo magis poteſt, vtpote cui per decretum derogatum Blanchę eſt. In quo niſi ob debita neceſſaria feudum alienare non cōceditur.
107 Cui Blanchæ † decreto ceu poſteriori ſtandum. l. 1. Ibiq; Bald. in compendio. ff. ad l. Aquil. c. cum expediat de electio. libr. 6. Bart. in l. omnes populi num. 35. ff. de iuſti. & iure. & in l. ſi certarum. §. fin. ff. de mili. teſtamen. Anch. in conſilio 256. pro clariori Dec. in conſ. 3. num. 1. fuſius Alex. in conſil. 122. numer. 2. lib. 2.

Neque proteſtatio mutat in Blanchæ decreto interpoſita, non niſi circa declarationem, decreto derogatum Yolant non intelligi. Quoniam cum de neceſſarijs debitis mentio ſemper in decreto Blanchæ fiat, neq; vna ſimul cohærere voluntaria & neceſſaria poſſint, neceſſe eſt, per verbum neceſſarijs verbo
108 derogatum voluntarijs intelligi, prioribus † quippe in ijs per poſteriora derogatur, quæ vna cōſiſtere ſimul nequeunt. l. Æmilius. ff. de minor. l. ſi quis ante verſi. idem Pomponius. Ibiq; Iaſon, in 1. not. ff. de acquir. poſſ. l. nemo & quod ibi nota. C. de aſſeſſor. leg. 1. §. fi. verſic. quantum in ea parte. Ibiq; Baldus. C. de lati. liber. tol. Alexand. in l. ſi quis eum in princip. nu. 2. ff. de vulg. in conſ. 193. nu. 2. libr. 6. Corn. in conſ. 308. colum. 3. circa med. verſic. & ex his multiplex ſumi poteſt, lib. 4. Dec. in l. vinum. col. 6. poſt med. verſic. tertio principaliter. ff. ſi cert. pet. in l. pacta nouiſſima num. 5. de pactis. & in conſilio 463. num. 5. verſicu. præterea & ſecundo. Itaque cum facto ipſo & neceſſario ex adiectione neceſſarijs derogatio decreti Yolant inducatur, vbi voluntariorum expreſſio facta in eo eſſet, quæ penitus ſilet, nihili proteſtatio facienda, non niſi circa declarationem
109 decreto derogatum Yolant cenſeri. Iuris quippe incerti † nō eſt, potentius verbis factum eſſe, atque ideo à facto contrario proteſtationem vinci. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. c. cum M. de conſtitutio. c. ſollicitudinem de appella. Qua ratione ab effectu verbis cōtrario, non à verbis ipſis nomen cōtractus accipit. l. ſi vno in princip. ff. loca. l. ſi olei. C. eodem titulo. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. cum talibus ſexcentis. & plenius infra. nu. 176. & nu. 205.

Secundo ad proteſtationem reſpondetur, proteſtantis mē-
110 tem ſpectandum, quæ verbis ante ſtat. Proinde à verbis † ſtāti diſcedendum, vt menti eius ſeruiamus. l. benignus. ff. de ll. l. nō dubium. C. eodem titu. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tut. Bartol. in l. contra legem. ff. de ll. & in dict. l. non dubium, num. 11. ſcite Angel. in conſ. 68. Martinus Ioannis de Florentia, Paul. de Caſt. in conſ. 83. præſens caſus col. fin. lib. 2. Alex. in conſ. 116. nu. 14. verſi. præterea cum hac concluſione lib. 2. Iaſ. in l. iuris gentium. §. prætor in ſexto not. ff. de pactis. & in l. 1. §. veteres nu. 28. verſi. contra iſtam deciſionem. ff. de acqui. poſſ. Mens ſanè proteſtantis fuit, vt præter expreſſa, incolume decretum Yolant ab alijs fieret. Proinde cum neceſſariorū qualitas expreſſa in debitis ſit, quātum ad debita decretum potius Blanchæ habēdum, etiam ſi de voluntarijs nominatim dictum
111 in decreto Yolant ſit. Neq; rationem tū haberi verbi † declaratio, oportet, quod nihil aliud quàm decretum Yolant declarare Blancha cogitauerit. Quoniam offenſionē in verbo hoc, potius quàm in mēte decreti admittere tolerabilius lex ducit, vt pro correctione accipiatur. Vbi intelligi proprie nequeat. Idq; ex gloſſ. oſtenditur in l. 1. in glo. 2. ff. de orig. iur. Bart. in d. l. omnes populi, nu. 53. in 6. q. prin. vbi pro correctione, vt materia ſubiecta cedat, interpretationē accipiēdam ſcribunt. Idem Roman. probat in l. ſi vero. §. de viro nu. 21. ff. ſolu. matri. Ratio eadem declarationis erit, quid aliud quippe declaratio, atque interpretatio, viceq; contraria pollet.

Tertio ad proteſtationem reſpondetur. Niſi decreto Yolant derogatum admittimus, vbi de volūtarijs debitis memoria habita in eo eſſet, otioſum atq; iners verbum neceſſarijs to-
112 tiens repetitum manet. Quo caſu † correctionem legis ſtatutiue agnoſcere ius potius ſolet, quam vt inepta aut ſterilia verba maneant Fulg. Rom. & poſteriores in Aucten. ex teſtamento. C. de colla. cum alijs ſupra in fundamēto vndecimo relatis, num. 47. verſic. inualeſcit argumentum hoc. Vnde contrarietate inter voluntaria & neceſſaria debita interueniente, non poteſt per decretum Blanchæ decretum Yolant non corrigi, vbi expreſſio in eo de debitis facta voluntarijs eſſet. Neceſſe
113 quippe † ad correctionem inducendam nō eſt, vt nominatim id dicatur. Verum ſatis eſt, contrarium in decreto poſteriori ſtatui, quam ſancitum in priori ſit, c. 1. de conſti. lib. 6. Cardi. in conſ. 52. in prin. & col. 2. circa fi. Gemi. in conſ. 22. in prin. Corſet. ſing. 67. quotiens in fi.

Apparet ex his, perniciale agnatis in debitis volūtarijs Yolant decretum non eſſe. Principio, quod ad neceſſaria & ipſum reſtringi debita oportere, rationibus & argumentis confirmatum inuictis habemus, quatenus verbum de voluntarijs debitis factum in decreto Yolant non eſt. Secundo, quod mentione etiam voluntariorum facta, abrogatum id per Blanchæ decretum legitur.

114 Sed obijcitur, ob cauſam † neceſſariam in dubio feudum alienatum l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & po. l. cum ita. §. fin. & l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. l. cum in corpus. ff. de acqu. rerum domin. l. 1. & 2. & l. in his. §. ſed ſi forte. ff. de ſolutio. Signorol. in conſilio 103. numero 6. cum alijs apud nos comportatis in rubri. ff. de lega. 1. numer. 112. in conſilio 106. numero 8. in conſilio 135. numer. 12. in conſilio 149. numer. etiam 12. & in conſilio 270. num. 4. Hormanno. huc accedit in leg 4. §. Cato. num. 443 in fin. ff. de verborum obliga. in caſu neceſſario, non voluntario obligationem contractam in re dubia intelligi. Ea propter ſucceſſoris in feudo eſſe, ob cauſas volūtarias feudum alienatum aut debita contracta oſtendere. Namque ſi, ex cau-
115 ſis neceſſarijs facta alienatio præſumitur, vis ea † præſumptioni eſt, vt probationis contrariæ onus in aduerſarium referat. l. fin. in princ. ff. quod metus cau. l. minor viginti quinque annis ex aſpectu. ff. de minor. l. ab ea part. l. verius. l. ſi chirographum & l. cum de indebito in prin. ff. de probatio. l. nuptura in fin. ff. de iure dot. l. quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fideicom. lib. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. l. ſiue poſſidetis. ibique Bald. & alij. C. de proba. c. ſuper hoc de renuncia. c. ex inſinuatione de procura. ca. vni. vt eccl. benefi. & apud nos in conſ. 60. nu. 7. in conſ. 198. nu. 3. In quo argumēto vſque adeo ipſi ſibi placuiſſe aduocationem partis didici, vt rerum ſe potitam crederet.

Enimuero dignum id viſum non eſt, quod in ſcriptis refer-
116 retur. Regulæ quippe † iuris notiſſimæ refragatur, factū probandum, non præſumi. l. denique. ff. ex quibus cauſ. maior. l. quæcunq;. §. qui à pupillo. ff. de Publicia. l. qui à quolibet. ff. de contrah. empt. l. in bello. §. factę. ff. de cap. l. 1. C. de mand. prin. l. 1. C. de proba. l. aſſeueratio. C. de non numer. pecun. l. ſi emācipati. Ibi teque emancipatum eſſe probaueris. C. de collatio. c. cum in iure de offi. delega. c. 1. de procura. c. in præſentia de proba. cap. Raynutius & c. Raynaldus de teſta. In facto plane neceſſitatem eſſe, quod rei cuius indigens quis ſit, proculdu-
117 bio eſt, cū & animus † ipſe, an is cui animus fuerit, à facto pendeat. l. bonæ fidei. ff. de acq. rerum dom. l. 1. §. 1. Ibiq; Iaſ. & Horman. in quarto nota. ff. de acq. poſſ. l. pro hærede in princ. ff. de acq. hær. Rationem Bald. affert in l. voluntatis nu. 2. C. de fideicom. quia de motibus animi, quales ſunt, cōiecturis remotis, ius non diſponit. Æque de neceſſitatibus hominum, prout ex facto conſiſtunt, lex non tractat, indigens quiſpiam necne ſit, Neceſſitate plane apparente, ſuccurri ei, an non oporteat, lex ita conſtituit.

Secundo textui argumentum hoc refragatur in l. fi. ff. de exercitor. vbi qui pecuniam in cauſam neceſſariam, nauem puta reficiendā credidit, neceſſitatem probare neceſſe habet, quod indigens nauis refectionis eſſet. Atqui neceſſaria probatio nō
118 eſſet, ſi à iure præſumi neceſſitatem dicimus, probationis † liquidiſſimæ vicem præſumptione ſuſtinente. l. quidam teſtamento in fin. ff. de vulga. l. licet imperator. ff. de lega. 1. l. ſi quis locuples in fi. ff. de manu. teſta. l. dolum. C. de dolo. c. 1. Ibique Abb. in ſecundo nota. de cleri. non reſiden. glo. in l. ſi tutor. C. de peri. tutor. cum alijs apud Decium comparatis in rubri. de proba. nu. 13. verſic. ſecunda concluſio. Iaſ. in l. manifeſtæ nu. 3. in ſecundo nota. ff. de iureiur. & in l. ſi fundum in ſecūdo etiam nota. ff. ſolu. mat. Sed & veritas iuris præſumptio dicitur. l. fi. §. fin. iuncta glo. ff. de probatio. Iaſ. in l. 1. num. 9. C. de teſta. mili.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0031-6

Quem tex. de aduocato quodam Papienſi, & celebri didiciſſe
confitetur.
119 Tertio gl. & doct. argumēto † huic reſiſtunt in Auđen. hoc
ius porrectum in gl. fi. C. de ſacroſan. Eccl. cum adminiſtratori
aut pręfecto eccleſiæ pecunia creditur, mutuo reſtituendo nō
aliter eccleſiam obligari, niſi ſi fides facta neceſſitatis ſit, quòd
pecuniæ aut mutui indigens eccleſia eſſet. Idem Frederico vi-
ſum in conſ. 119. Bar. & alijs in l. ciuitas in fi. ff. ſi cer. pet. Bald. in
l. 1. nu. 6. C. ſi aduer. credi. in l. ſi prædium in fin. C. de. præd. mi-
nor. Sed quorſum neceſſitatis huius probandæ onus credito-
ri imponere, ſi iuris præſumptione docetur.
120 Quarto ex Alex. ratione † validiore argu. hoc proſternitur
in conſ. 141. nu. 4. lib. 5. Quotiens intereſſe ob dotem non reſti-
tutam idcirco mulier poſtulat, quòd vnde vitam tueatur, non
habet, neceſſitatis huius probationem ab ea præſtandam. Si in
muliere viro orbata, quæ egena eſſe fere aſſolet, neceſſitatis
probationem Alex. deſiderat, quid in viro dicendum, cui res
tenuis familiaris non erat. Cui filiæ, ſororeſúe nuptui collocā-
dæ non eſſent. Qui filium non plus quam vnū & puberem vix
haberet. A quo feudi ſui nunc repetitio fit.

Quinto in ſpecie atque nominatim, vbicunque niſi ex cau-
ſa neceſſaria aut vtili fieri alienatio nō poteſt, neceſſitatis vti-
litatiſue fidem faciendam, declaratum ſuperius eſt, num. 23. ex
Anchar. in conſilio 274. col. 1. poſt med. verſic. in prædicta au-
tem alienatione. Alex. in conſ. 160. nu. 5. lib. 6. Dec. in conſ. 142.
num. 4.

Sexto in ſententiam hanc inter nobiles ab aduocatis per ſe-
natum excellentiſſimum Vercellis pronūciatum die 16. Iunij.
1557. per eūq; feudi alienatio reſciſſa, quæ nō extraneo, vt hic,
verum agnato facta remotiori erat, quamuis in alimēta, in va-
letudinem & podagram curādam feudum alienatum emptor
agnatus contenderet. Neq; in dubitationem valetudinis aut
podagræ cruciatus vocaretur. Quid hic dicendum, vbi a mor-
bis corporis immunis feudi venditor erat, & quem profuſum
ſui fuiſſe, nemini non patet.
121 Neq; argumentum mouet, quod † obiectum ex diuerſo eſt,
in cauſam quid actum neceſſariam præſumi. Quoniam hallu-
cinatio nec ferenda in argumenro hoc apparet. Locum quip-
pe argumentum habet, vbicunq; de neceſſitate ipſa liquet, ob
eam quid actum intelligi. Cæterum quod præſumi neceſſitas
ſoleat, receptū id neq; ll. neq; Doct. teſtimonijs eſt, de quibus
122 memoria habita in argumēto legitur. Quare qui † ob cauſam
neceſſariam actum quid ſcribunt, habilia præſupponūt, id eſt,
neceſſitatem ipſam in obſcuro non eſſe. iuxt. l. qui teſtamento
in princip. ff. de teſtamen. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad legem fal. l. fu-
rioſum in fin. C. qui teſt. fac. poſſ. c. quia diligentia de electio.
cap. 1. Ibi ſi aliud non obſtat. de æta. & quali. c. cū ceſſante. ibiq;
Dec. in ſeptimo not. de appella. Idem Dec. in l. fin. col. 1. circa
med. ver. Secundo reſpondetur etiam. C. de inſti. & ſubſtit. Et
in locis alibi non paucis. Quod ſi habilia id eſt neceſſitatem &
de ea conſtare non proſupponimus. Quomodo ex cauſa quid
actum neceſſaria præſumetur, de qua non appareat, cum idem
123 † non apparentis ius, atque non entis æſtimetur. l. argētarias.
§. cum autem. ff. de eden. l. Pomponius ſcribit ſi frumentum in
fi. ff. de rei vend. l. in leg. ff. de contrah. empt. l. duo ſunt Titij. ff.
de teſtamen. tut. l. cum res. §. itaque. ff. de leg. 1. l. ſi fuerit. ff. de
rebus dubijs. l. quidam tabularum. ff. de furtis. precibus. C. de
probat. c. cum ad ſedem de reſtitu. ſpolia. c. in præſentia & c. li-
cet cauſam de proba. ſcite huc tex. ſpectat. in l. ſi repetendi. C.
de condit. ob cauſ. nihili voluntatē faciendam, de qua non cō-
ſtat, ſed retenta in animo eſt. Quem text. in ſententiam hanc
Iaſ. obſeruat in l. 1. §. hæc quæ de ſeruis nu. 5. verſ. tertio reſpon.
ff. de acquir. poſſ.
124 Non obſtat quod ſcriptum † apud Bar. eſt in l. fin. in fi. C. ad
Maced. Soci. in conſ. 16. nu. 10. lib. 3. pecuniam filiofamil. ſcho-
laſtico creditam in cauſam neceſſariam verſam, hoc eſt, ſcho-
laſticam præſumi. Æq; cum penuriæ tempore pecuniam mu-
tuam pater accipit, in liberorum, familiæq; ſuſtētationem cō-
ſumptā eam intelligi. De quo apud nos in cōſ. 91. nu. 5. Mirum
quippe, in argumentum hoc in aduerſarios negaretur, & pro-
bationem neceſſitatis pręſtandam ex eo declaretur. Cum mo-
dus neceſſitatis probandæ à Bar. oſtendatur, vt hoc ipſo quod
ſtudij cauſa à patria filius abeſt, neceſſitas in eo præſumatur.
Quocirca ſatis nō fuerit ad neceſſitatem docendā, pecuniam
filio creditam demonſtrare, niſi qualitas ſcholaſtica appareat,
per quam neceſſitas intelligatur. Sed enim quorſum qualita-
tem ſcholaſticam obſeruare, ſi neceſſitas omnino pręſumitur.
Ratio eadē pecuniæ per tempus penuriæ creditæ eſt, hoc ipſo
enim quod penuria ſæuit, & paupertas patris interuenit, quæ
neceſſario præſupponitur, in liberos & familiam ſuſtētandam
verſa pecunia creditur. Quòd ſi à iure præſumi neceſſitatem
contendimus, quo penuriam conſiderare. Quo magis admi-
rer, argumenti huius rationem pro Senauſio in dubitationib.
aut motiuis habitam.

Apparet ex prædictis, & argumento illo partem aut dubita-
tionum autorem referri, probandi onus volūtaria debita fuiſ-
ſe in D. Hectorem ob iuris præſumptionem transferri. Immo
enim & Pellicerio & Senauſio probatio neceſſitatis incumbit.
Id eſt, neceſſitate cogente debita cōtracta. Quandoquidem à
facto neceſſitatatis pendet. Quod ſicut præſumi iure non ſo-
let, ita probationi eius pręſtandæ non adſtringi aduerſarij non
poſſunt. Atq; in ſpecie neceſſitatis, quotiens niſi ob eam per-
miſſa alienatio eſt, probandam eam fore, ex Anch. Alex. ex De-
cio teſtamentum ſuperius in primo fundamento eſt nu. vigeſi-
motertio verſic. regula igitur iuris id eſt in fin. ipſius fundamē-
ti. Et ſupra in quinta reſponſione ad dubitationem ſeu moti-
uum controuerſum, poſt nu. 120. Secundo argu. hoc diluitur,
præſumptio iuris eſto cum aduerſarijs faciat, vt cauſa neceſſa-
ria præſumatur, neceſſitatis probandæ oneri nihilo magis ad-
125 uerſarios eripi. Quod enim † dicitur, vim eam præſumptioni
iuris eſſe, vt probandi onus ei imponat, quo cum præſumptio
ipſa pugnat. In qualitate nō obtinet, quæ adiecta in ſtatuto ſit.
Eam quippe probare neceſſe is habet, qui ſtatuto vtitur. Quā-
uis iure præſumi alias ſoleat. Idq; in qualitate videre bonitatis
eſt, quam ius præſumit. l. merito. ff. pro ſocio. l. quotiens. §. qui
dolo. ff. de proba. At enim ſi mentio qualitatis huius in ſtatuto
ſit, fidem eius ab eo faciendam, qui ſtatuto nititur, ne fruſtra
alias expreſſa cenſeatur. Alex. ſcribit in conſ. 82. num. 6. verſic.
præterea dictus teſtis. lib. 1. Socin. in conſil. 136. num. 8. verſic.
præterea poſita lib. 1. Corn. in conſ. 232. circa fin. lib. 1. in conſil.
78. col. 4. poſt med. verſic. omitto quod tex. lib. 3. Dec. in conſi.
37. nu. 8. verſi. & quando teſtes. in conſ. 321. nu. 11. verſi. præter-
126 ea etiam in antiquis. Et quod Dec. idem ſcribit † in cap. 2. col.
2. de exceptio. Scientiæ qualitatem probandam, vbicunque de
eo ſtatutum loquitur, qui ſciens homicidium fecerit, quamuis
in his præſumi ſcientia ſoleat, quæ prohibita naturaliter ſunt.
Quid in qualitate dicēdum neceſſitatis erit, quæ ſicut ex facto
conſiſtit, ita iuris ei præſumptio obſtat. Ex eo reſpōſio hæc iu-
uatur, quod infra ſcribitur, nu. 140. verſi. idq; recipi.

Iuri ſuo aduerſarius diffidens capitula nouiſsime dedit, qui-
bus cauſas ipſas neceſſarias edocere maximopere laborat. Sed
enim capitulis ijs ineptius vel quod minus ad rē pertineat in-
telligi nihil poteſt. Et primum quidem ex inſtrumentis inepti-
tudo conſtat, quæ à D. producta Hectore ſunt. Per quæ calu-
mnia euidēs aduerſarij, & à vero aberrare ea oſtendūtur, quæ-
cunq; narrata in capitulis ſunt. Per tenues enim vēditoris red-
ditus aſſerit, quos exiles non fuiſſe inſtrumēta locationum in-
dicant.
127 Secundò exigui eſto redditus † fuerint, ad modum eorum
moderari victum oportuit iuxta illud ſapientis, nemo ſani ca-
pitis ſumptum ſupra quæſtum facit. Et illud. Ne tibi quid de-
ſit, quæſitis vtere parce, vtq; quod eſt, ſerues, ſemper tibi deeſ-
ſe putato. Et illud: vtere quæſitis modice, cum ſumptus abun-
dat. Labitur exiguo, quod partum eſt tempore lōgo. Quid hic
dicendū, vbi multo opus ſumptu nō erat, vtpote familiæ one-
re vēditore nō preſſo. Atq; ex tex. ſapientū dicta adiuuantur in
l. 3. §. fi. ff. vbi pupil. edu. deb. vt facultates pupilli ferunt, impē-
ſam in eum à tutore erogādam. Qui tex. generaliter loquitur, cō
diſtinctione perſonæ nō facta, magnæ an humilis pupillus cō-
ditionis ſit. Idem tex. docet Auđen. vt determi. ſit num. cleri.
Eodem tex. ſpectat in c. ſopitæ in fi. c. antepen. de cenſibus. Sed
& ſenſu id communi declaratur. Tolerabilius quippe atq; tur-
pe minus non paulo eſt, vitæ libidinem coerceri, quam rebus
diſsipatis, & profuſorem ipſum & ſucceſſores eius in pauper-
tate,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0032-2

tate,alienaq; miſericordia viuere.Huc ſpectat, quod Barto.&
Alex.ſcribunt in l.maritum.nu.4.ff.ſolu.mat. priuilegio ne ſu-
pra quàm facere poſſit, aduerſus vxorem pauperem maritum
non frui. Quod Bello etiam conſiliario ducali placet in tit. de
mili.par.9.nu.53.
128 Tertiò impertinentia capitula † eſſe, aliter etiam dilucide
demonſtratur. Impertinentia quippe atq; ideo reijcienda exi-
ſtimantur, quorum profutura probatio non eſt.l.ſi defenſor.
§.qui interrogatus in verb. Summatim.ff.de inter.actio.l.duo.
§.idem Iulianus.Ibique Bar.& alij.ff.de iureiuran. l. ad proba-
tionem.1.Ibique Bald.in ſecundo nota.C.de probatio.c.cum
dilectus poſt med.de electi.c.cum contingat. §. verum de offi.
de leg.c.per tuas in fi. verſi. quoniam de ſimonia Freder.à Sen.
in conſ.148.caſus talis eſt,aliqui ſunt canonici col.1.circa med.
Bal.in conſ.143. ſuper quæſtione vertente inter Chriſtophorũ
num.2.lib.2.Ancha.in conſ.36.viſa quadam petitione, nu.4.&
in conſ.292.videretur prima facie dicendum, quòd dicta miſ-
ſio in fin.Decius in conſ.162.col.1.poſt med.& in conſ.517.nu.
1. Sed enim frugi vllius probationem eorum non eſſe, perſpi-
129 cue demonſtratur, quod pretio vnico † venditio facta bono-
rum omnium feudalium eſt.Quo caſu indiuidua habetur,atq;
ideo conſiſtere in partem non poteſt. Verum ſi vitium in par-
te vel tantula eſt,in ſolidum euaneſcit, vt in ſpecie venditionis
eſt tex. Declaratur in l.inter.§.1.ff.de minor.in l.quod ſi vno.ff.
de in diem adiectio.in l.cum eiuſdem & l. ſi plura. ff. de ædil.e-
dict.l.ſi quis aliam.ff.de ſolu. Text. huc pertinet in l.prædijs.§.
pen.ff. de legat.3.Dec.in l.1.nu.3.verſic.vnde aliam rationem.
130 C.qui admitti.& in † conſ.421.num.4.in quo conſ.id ampliat,
etiam cum ſua rebus ſingulis conſtituta pretia ſunt. Vbicunq;
rem vnã empturus aut venditurus quiſpiam ſine alia non erat.
per tex.in d.l.cum eiuſdem.§.interdum. Quod dictum apposi-
te huc quadrat, vbi villæ vnius contractus intercedit, in qua
diuiſio facta vnquam non eſt. Idq; generaliter in actu quouis
131 † indiuiduo obtinet, vt inſolidum aut pereat aut reſcindatur,
quotiens vitium reſciſſionemúe in parte ſuſtinet regu. vtile li-
bro ſexto. Bar.in l.Græce.§.illud.ff.de fideiuſſ.in l.quemadmo-
dum circa fi.poſt gl.ibi.C.de agri.& cenſi.lib.11.vbi parte indi-
uidui irritata, ad irritum totum deduci ait.
Aliter etiam indiuiduitas contractus explicatur, res ſepara-
tas,pretijſq; diuerſis venditas contractus eſto habeat, indiui-
132 dua † nihilominus vẽditio ex eo arguitur, quòd conditionem
permiſſio de feudo vendendo duplicem habet, vnam, ſi pre-
ces veritate nitantur. Alteram, ſi forma in ea decretorum ob-
ſeruata ad vnguem erit. Quæ gemina conditio expreſſa in re-
ſcripto permiſſionis eſt. Conditio plane indiuiduum actum
efficit.cum impleri ad integrum debeat, vſque adeo vt ſi defe-
cta ex tãtulo ſit, ex toto actus perimatur aut deficiat.l.qui duo-
bus.& l.cui fundus.ff.de condit.& demonſtra.l. in executione.
§.pen.ff.de verb.oblig. cum alijs apud Ang.relatis in conſ.168.
teſtator nu.2.poſt med.Dec.in c.de appellationib.in 2.no.ver-
ſic.ſecundus caſus.de appel.ex omnib.enim ſuis partibus con-
ditionem conſtare,id eſt, adimpleri perfecte oporteat Bald.in
l.pro hæreditarijs,nu.4.C. de hæred.act. De quo Iaſ. meminit
in conſ.48.col.1.lib.3.ſi indiuiduus actus à conditione ſimplici
133 ſit. Quid in gemina † dicendum conditione erit, vnde ma-
nifeſtior atq; conſulta magis reſcribentis voluntas conſtat.l.
cum filio ſecundum quartam lectu.glo. vulgo receptam. ff. de
lega.1.l.epiſtolam.§.fi.ff.ad Trebel.l.1.& ſeq.ff.de appel. recip.
l.ſi mulier.2.C.ad velleia. l. vnica in fi. C. de plus peti. l. ſcimus
cum gl.C.de agri.& cenſi.lib.11.c.& ſi Chriſtus de iureiu. Cle.
quamuis de app.cum alijs apud nos relatis in conſ.105. num.4.
134 locupletius in conſ.201.nu.42.Hoc amplius, ſi diuidua † con-
ditio vna inuenitur, quæ conditioni alteri coniuncta indiui-
duæ ſit, indiuidua ex toto æſtimatur.l. ſi ita fuerit ſeruis duob.
ff.de manu.teſta.Soc.in conſ.107.nu.12.lib.4. Quid in duplici
conditione probãdum, quæ indiuidua vtraque eſt. Indiuidui-
tas hæc ad rem inferius accommodatur, num.138.verſi. præce-
ptione hac & verſi.ſeq.
Indiuiduitas hæc aliter etiam enarratur, quod reſcripto et-
iam conditionali tacente, forma tamen adhibenda per decre-
ta erat, quæ in neceſſitatibus indagandis, in numeratione pe-
cuniæ, in cõſenſu principis vti domini directi exquirendo cõ-
135 ſiſtit, formam plane † indiuiduam eſſe palam eſt.l.ſi is qui 400.
§.quædam.Ibique Alex.in 2.nota.ff.ad l.Falc.Bart. in l. ſtipula-
tiones non diuiduntur in tert.q.Ibique Iaſ.num.28.ff.de verb.
oblig.Idem Iaſ.in l.1.§.ſed & ſi mihi, num.5.eod.tit.Dec. in cõ-
ſil.532.nu.5. Inde ſit, vt ſi omiſſa in parte forma vel minima ſit,
inſolidum actus pereat Anton.de But.in c. fin. in ſeptimo no-
ta.de reſtitu.ſpol.Dec.in d.conſ.532.num.5.Iaſ.in conſ.149.co-
lum.2.in fin.lib.2.& in conſ.89.col.penul. lib.4. Bal. huc acce-
dit in c.cum adeo nu.3. in fin. verſic. item ex paruo defectu. de
reſcr.ob defectum modicum formæ, pœna graui quem affici.
quia formam non ſequitur, quæ ex integritate cõſiſtit. Ad vn-
guem formam adimplendam Alex. etiam ſcribit in conſil.42.
nu.26.verſi.præterea ſtatutum lib.1.Socin.Iun. in conſ. 37. nu.
13.& duobus ſeq.lib.2. Quid hic dicendum, vbi non citra my-
ſterium, expreſſum eſt, ad vnguem formæ ſatis decretorum fa-
ciendum, notiſſimum quippe venditoris ingenium regio ſe-
natui erat, ad profuſionem videlicet non obſcure procliue.
136 Locumq; id † in actu etiam pio & fauorabili habet, vt ad irri-
tum eum formæ præteritio deducat.l.qui Romæ. §. Flauius.ff.
de verb.oblig.Iaſon, in l.teſtamẽtum non ideo in ſecundo no-
ta.C.de teſtamen.& in dicto conſil.149.col.2.in fin.lib.2.Bald.
huc præter Iaſ.accedit in conſ.250.conſiderandum eſt colum.
1.libr.5. Quid in actu hic dicturi odioſo erimus, vbi & iuris cõ-
munis feudorum & ſucceſſorum feudi interuenire læſionem
diximus.
137 Non ſolum autem forma † ipſa indiuidua habetur, ſed &
materia, ex qua formã actus recipit. Id quia altero carere neu-
trum poteſt.Bald. in l. patre furioſo circa princip.ff.de his, qui
ſunt ſui vel alie.iur.in l.1.nu.8.C.de ſum.trin.& fide cat. & in l.
quæcunque poſt prin.C.de bonis quæ lib.Tex.huc ſcitiſſimus
accedit in §.fin.verſi.eo amplius Inſtit. de vſufru. Vbi ædibus
conſumptis aut deletis, vſq; adeo vſusfructus intercidit, vt nec
in area ius eius maneat. Ita ædium forma ſublata, areæ etiam
vſusfructus finitur. Indiuiduitas hæc ratione materiæ ad rem
inferius applicatur in quarta reſponſione ad capitula verſi. ad
quam meditationem nu.166.
138 Aliter etiam indiuiduitas † hic cõtingit, quòd fraus admiſ-
ſa contra decreta eſt. Quam fraudem inferius aperiemus. At-
que ideo ab inutili, quod vtile eſt, infirmatur. l. ſi Libertus.§.
pen.ff.de iure patro.Bar.in conſ.159. viſa quadam conſtitutio-
ne epiſcopi, nu.8.cum alijs apud Ruinum collectis in conſ.86.
col.fi.in prin.lib.1.& in conſ.109.nu.27.lib.4.
Præceptione hac circa modos indiuiduitatis cognoſcendæ
ita tradita, conſequens eſt, vt ad rem noſtram traditionẽ ipſam
cõferre oſtendamus, & quidem ex modis ipſis omnibus vitio-
ſum contractum venditionis eſſe non ægre confirmatur. Et
primum quidem indiuiduum actum atq; ideo inutilem peni-
tus defectu fieri conditionis diximus, vel ſi ex tantulo defectus
interueniat. Geminamq; hic adſcriptam conditionem mon-
ſtrauimus, ſi preces veritate nitantur, & forma decretorum ad
vnguem præſtita.
139 Circa primam conditionem, ſi veritatem † preces habent,
defectam eam eſſe, hoc ipſo oſtenditur, quod probatio præſti-
ta eorum non eſt, quæcunq; expreſſa in precibus ſunt, hoc eſt,
locum venditioni feudi per decreta & ob debita aut neceſſita-
tes vaſalli eſſe. In qua re neceſſitatis initio ipſo, ſeu ob cauſas
neceſſarias contracta debita eſſe, fidem faciendam, cumulatiſ-
ſime teſtatum in ſuperiorib. habemus. Rurſus probatio præ-
ſtanda numerationis pecuniæ erat, ſi quo modo expreſſim cau
tum decreto eſt. Itaq; ſi locus venditioni feudi non aliter per
decreta eſt, niſi ſi neceſſitas contrahendorum debitorum &
numeratio initio interueniunt. Cũ probatio vlla de neceſſita-
tibus his & numeratione præſtita de tempore venditionis nõ
ſit. Idq; pars non diffiteatur, quæ cauſas ipſas neceſſitatis pro-
bare nunc demum laborat, capitula tam ineptiſſima atq; à re
alieniſſima ob eam rem proferendo, non poteſt conditio illa,
ſi preces veritate nitantur, defecta non intelligi. Impetrantis
140 † enim aut eius, qui reſcripto vtitur eſt, vera eſſe omnia doce-
re, quæcunque narrata in reſcripto ſunt. Aliter falſum atque
obreptitium reſcriptum æſtimatur capi.ſecundo.Ibiq; gloſ.&
Docto. de reſcript. cum alijs apud nos accumulatis in conſilio
Soliuago reipublicę Sauiliani reddito colum.1. & ſecundo. Id-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0033-8

que receptum etiam ſolet,cũ à iure id præſumitur,quod narra
tum in precib.eſt probationem enim &eius præſtandã. Quod
ſi factum non ſit,falſum, atq; obreptitium reſcriptum haberi,
vt Decius not,in conſ.154. Quod robur dictum ab eo accipit,
quod ſcriptum ante eſt,nu.125.

Quid hic dicendum,vbi in facto neceſſitas &numeratio cõ-
ſiſtunt.Et quod non præſumi,ſed probandum eſſe, ſatis ſuper-
q́ue declaratum in ſuperiorib.habemus. Quinetiam probatio
141 hæc † implenda in reſcripto eſt,quod ex certa conceſſum ſcié-
tia ſit: Ripa li.2.Reſpon.c.6.nu.8.& ſeq. & c. 24.num,6.& ſeq.
Cuius rei illa à Doct. ratio adijcitur, quod conditionem ſub-
auditam reſcriptum habet,ſi preces veritate nitãtur.l. & eum.
ff.ad legem Iulia.de vi publi.l.fin.C.de diuer.reſcrip. di. cap.2.
de reſcrip.ob id qui reſcrip.conditionali vtitur,docere debet,
conditionem impletam eius eſſe,id eſt, veritate preces niti, &
vera omnia eſſe , quæcunq; narrata in reſcripto ſunt.lege hoc
iure.ff.de verb.obl.Quem tex.pro ſigni.in ſententiá hanc Bal.
vocat in l.ſiquidem nu.5.C.de exceptio.Tradit idem Bald.in l.
cum teſtamento in fin.C. de teſtamen. manu.Alex. & Iaſon,in
d.l.hoc iure.quam cum l.in illa.expoſuerunt. Soci.in conſ.126.
nu.3.lib.4.Dec.in conſ.107.ante fin.in conſ.421. circa fi. Ruin.
in conſ.34.in prin.lib.2.& in ſpecie clauſulę & conditionis hu-
ius tacitæ,ſi preces veritate nitantur,verbis pluribus teſtatum
id habemus in dict. conſil. Soliuago pro communi Sauiliano
col.1.& 2.& tradit Ripa,d.reſpon̄ſ.24.num.8.ſi implementum
142 † doceri conditionis tacitæ oportet,ſi preces veritate nitãtur.
Quid in conditione admittendum expreſſa erit. l. qui ad cer-
tum.ff.loca.l.cum ex filio.§.fi.ff.de vulga.l.fi.in prin. Ibiq; Bar.
ff.de lega.2.l. expreſſa.ff. de reg.iur. & alia innumera. Hoc am-
plius momenti nullius reſcriptum haberi, in quo clauſula hæc
inſerta non ſit,ſi preces veritate nitantur,tex.probat in d.l.fin.
C.de diuer. reſcrip. De quo tex.Bellus meminit ducalis celſit.
conſiliarius in tracta.de re.milit.titul.22.numer.9.part.1. Sed
& in conditione id negatiua obtinet, vt fides implementi fieri
eius debeat, quamuis difficilis probatio admodum negatiuæ
ſit.Corn.in conſil. 105. colum.penult. circa med.verſicul. nec
etiam eſt neceſſe inueſtigare lib.2.Decius in conſilio 177. poſt
princip.

Conſequens prædictis & circa indiuiduitaté contractus ob
defectum conditionis,ſub qua permiſſus à principe eſt,non in
re parua defectum hũc cõditionis,at in toto verſari. ſiquidem
neq; neceſſitatis vlli⁹ initio ipſo , neq; de numeratione aliqua
facta fides eſt. In qua numeratione ad rem non attinet,ab em-
ptore pecuniam numeratam,verum illud ſpectandum,vtrum
à creditorib. numerata vaſallo pecunia ſit, propter quos feudi
vẽditio permittitur,vt inferius demõſtrabitur. Quòd ſi ob cõ-
ditionis vel in minimo defectũ,ex toto actus aut omnino con-
cidit: quid hic dicendũ , vbi in totum conditione defecta ven-
dendi permiſſio apparet,fide narratorũ prorſus nõ facta. Quo
caſu falſas atq; obreptitias preces intelligi confirmatũ ſatis an-
143 te eſt,nu. 140. idq; & iure † illo notiſſimo adiuuatur,nihil in-
tereſſe,an omnino quid non ſit,an de eo nõ conſtet.l.duo ſunt
Titij.ff.de teſt.tu.cum alijs in ſuperiorib. aſſcriptis. Inde iurę
carere dicitur,qui probatione deficit Bal.in cõl.67.quia ex fa-
cto nu.3.in fi.lib.3.de quo vberius ſupra nu.123.

Si dixeris,nihili prædicta omnia facienda, vt impertinentia
capitula cenſeantur. Siquidẽ eo ſpectat, vt veritate preces niti
aduerſarius doceat, hoc eſt, locum decreto de feudo alienãdo
fuiſſe : & ob cauſas neceſſarias alienationẽ eius factã. Reſpon-
detur,& ſi maxime falſi per inſtrumẽta producta, capitula ipſa
non arguerentur , impertinentia ea nihilominus, euidentiſſi-
144 meq́; cõſtare,Siquidem impletam † conditionem reſcripti &
vera in precibus narrata fuiſſe,liquere ſenatui debebat,cui ne-
gotium & cognitio ipſa mandata de contractu faciendo erat.
Quocirca prodeſſe aduerſario veritas non poteſt, id eſt, quod
vera eſſent,quęcunq; narrata in precibus ſunt,niſi ſi iudici ipſi
manifeſta veritas fuerit. Quoniam quod ad iudicem ipſum at-
tinet,cui de narratis non liquet aut conſtitit, vitioſe atque per
errorem contractum ipſum admiſit,ratúmue habuit.l.hęc au-
tem.§.1.ibiq; Bart.ff.quibus ex cauſ.in poſſ.ea.l.1.§.hæc verba.
ff. ne vis fiat ei. Inde ſcriptum apud Innoc. legitur in c.ſolet in
fin.de ſentent. excom. nihil iudicem poſſe, cui nihil liquet. Et
erroneum iudicis actum, qui neſcius de veritate ſit, Bald. aſſe-
rit in conſi.318.iſta captura num.3.& ſeq.in fi.nu.lib.4.& quod
Bald.idem tradit in conſ.374. quæritur vtrum captura, num.3.
eo.lib.de iure actoris & obligatione rei conſtare iudici opor-
tere aliter inutilem actum fieri.Idq; locum haud dubie hic ha-
bet,vbi circa rem ipſam principalem ignorãtia vertitur.Id eſt,
circa cauſas neceſſarias, ſine quibus feudi alienãdi facultas de-
creto non datur. Quo caſu fruſtra omnino iudicis actum ob
ignorantiam facti effici.Bar.ſcribit in leg.multum,nu.3.& ſeq.
145 ff.de condit.& demonſt. Et quod † Bar.alijq́; ſcribunt in leg. ſi
curatorem. C. de in integ.reſt. minor.defectum tutoris per a-
ctum iudicis nõ aliter ſuppleri,niſi ſi ſciens defectus ſit. Id eſt,
quod tutorem pupillus non habeat. Eodem Bal. ſpectat in leg.
cum teſtamento in fi.C.de teſta.manu.ſatis non eſſe,ſi impleta
vere conditio ſit,niſi & iudici id liqueat. Quo dicto Alex. vti-
tur in l.item quia in fi.princ.ff.de pactis. Idem Alex.& Iaſ. in d.
l.hoc iure.Dec.in d.conſ.107.ante fi.

Secundo initio ipſo , & antequam auctor contractui iudex
fiat , decretumq́; interponat , neceſſarias eorum probationes
eſſe,quæ ad contractum opus permittẽdum ſunt, aliter etiam
146 oſtenditur. Quoniam † cognitionem cauſæ decretum expo-
ſcit,qua omiſſa,irritum atq; vitioſum ſit.d.l.magis puto.§.non
paſſim.& l.ſi prædi.ff.de rebus eorum.l.minorum.C. de præd.
minor.Bart.& Iaſ.in l.cum hi.§.vult igitur in primo nota. ff. de
tranſactio.Cuma.in conſ.180.col.2.ante med. Anchar. in con-
ſil.82.viſis diligenter.Paul.de Caſt.in conſil.38.ſuper eo,quod
quæritur lib.2.Dec.in l.2.num.36.Ibiq; Iaſ.num.16.C.de eden.
Idem Dec.in l.de alimentis nu.7.in ſecundo nota.C. de tranſ-
actio.& in conſil.556.nu.3. & 5.Iaſ.in l.ſed ſi hac.§.prætor ait in
primo nota ff.de in ius vocan.quem tex. vna ſimul interpreta-
tus cum l.2.eſt Pariſ.in conſ.89.numer.58. in conſ. 99. num.8.
lib.1.

Hoc ita præſuppoſito, vt cauſæ cognitione carere decretũ
147 nequeat,conſequens † ſit, probationes neceſſarias cauſarum
eſſe,propter quas decretum interponitur, ita vt de cauſis ipſis
in actis aut actu decreti appareat. Quoniam in cauſis ijs inda-
gandis & probatione earum ſumma &vis cognitionis cõſiſtit,
quod ſi negotio nõ liquidato,decretum interponitur, nullum
id ſit Bar. in l.1.nu.1.C.de præd.curial.lib.10.Bald. in conſi.223.
proponitur,quod vnus hæredum nu.2.ver. pro hac etiam par-
te poteſt allegari lib.2.per text,in d.l.hæc autem.§.1.Probatio-
nes item cauſarum in cognitione hac Caſtren. exigit in conſ.
38.ſuper eo quod quæritur lib. 2. Dec.in d.con.556.nu.3. Iaſ.in
l.nequicquam.§.vbi decretum nu.72.verſ. item adde.ff. de of-
fic. proconſ.Pariſ.in conſ.98.nu.17.lib.1.& in conſ.12. num.61.
lib.2.Rolan.in d.conſ.33.nu.11.& in conſ.99.nu.23.
148 Apparet ex his,inter decretum & † ſententiá differre,quo-
niam nulla ſententia defectu probationum non fit , at iniuſta
veluti contra ius partis lata.Bar.in l.prolatá.C.de ſenten.Cau-
ſa alia decreti eſt,quod nullum ex iniuſtitia fit , quotiens cõtra
ius partis fertur. Ita quod iniuſtum decretum eſt, idem & nul-
lum habetur.l.Seiæ egreſſæ.ff.de tutor.& cura.da.ab his. leg. ſi
putas.C. de petitio. hæredi. Differentiam hanc expreſſim Al-
ber.obſeruat in l.ſi.ff.de iuriſd.om.iud.Paul.de Caſt. in conſil.
342.conſiderandum eſt primo col.3.in fi.lib.1.Pariſ.in conſ.41.
nu.19.& ſeq.lib.4.ex Bal.etiam differentia hæc iuuatur in cõſi.
331.quædam puella ante fin.lib.3.vbi nullum decretum aſſerit,
quod iuſtum non eſt. Idem Dec.ſcribit in conſ.410.nu.18. Pa-
149 riſ.in conſ.89.nu.60.lib.1. Dubitandum vero † non eſt, quin
iniuſtum decretum probationum defectu fiat. Similiter vt in
ſententia dicitur.leg.ſi expreſſim.Ibiq; Ang.ff. de appell.l. qui
accuſare.C.de eden.Bar.in d.leg.prolatam. vnde cum præſtita
cauſarum neceſſitatis probatio non fuerit , cum interpoſitum
decretum eſt,nullum id non fieri poteſt.
150 Cauſæ item cognitionem † in probationibus potiſſimum
verſari,Signorol.tradit in conſ.203.nu.5. vbi probationes ple-
nas exigit per tex.in leg.properandum. §. ſin autem.C. de iud.
Idem Signorol.ſcribit in con.257.nu.5. Cuma.in conſ.50.ſtãte
ſtatuto ciuitatis Vincentiæ,col. 2.in tertio dubio Geminia. in
conſ.76.nu.7.Dec.in conſ.96.col.2.ante med.

Hoc amplius,vbi præmiſſorum omnium nihil eſſet, neque
probationes decretum exigeret , neceſſariæ nihilominus hic
ob

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0034-3

ob reſcripti formam erant. In quo conditio inſerta expreſſim
eſt, ſi preces veritate nitantur, & clauſula adiecta, decretorum
151 forma ad vnguem ſeruata. At enim veritate † preces niti non
aliter poſſunt, quàm ſi veritas ipſa ex actis appareat, cum nihil
interſit, falſum quid ſit, an de eo non conſtet. l. duo ſunt Titij.
ff. de teſta. tu. & dictum ſupra locupletius habemus, nu. 123. &
nu. 143. Idque in ſpecie ex glo. oſtenditur in Clemen. 1. glo. ma-
gna in fi. de offic. delega. Quæ probationes legitimas ob clau-
ſulam expoſtulat, ſi ita eſſe conſtiterit. Pro qua ſententia alia
etiam Dec. congerit in ca. cauſam quæ in fin. tertij nota. de re-
ſcrip. in cap. conſultationibus in ſexto nota. de offic. delega. &
in conſil. 158. circa fin. Iaſ. in repe. l. admonendi, nu. 252. colum.
106. verſi. vigeſimus nonus caſus. ff. de iureiurand. & in leg. qui
Romæ. §. Augerius colum. 1. poſt med. ff. de verbo. oblig. Pariſ.
152 in d. conſil. 41. num. 20. libr. 4. Sed enim tantundem † clauſula
hæc, ſi preces veritate nitantur, atque illa pollet, ſi ita eſſe cō-
ſtiterit, ſiquidem veritate niti aut conditio clauſulæ huius im-
pleri non aliter poteſt, niſi ſi manifeſta narratorum veritas fi-
at. d. c. 2. Ibique doc. de reſcrip. cum alijs ſuperius aggregatis
num. 139. & ſeq. & de quibus apud nos in dict. conſil. Soliuago.
Atque in ſpecie clauſulæ huius, ſi preces veritate nitantur, aut
ſi veritate narrata, propoſitáue fulciantur, neceſſarias proba-
tiones eſſe Oldr. ſcribit in conſil. 227. de toto themate, col. 1.
Itaque ſi probatio cauſarum alienandi, opus ad cognitionem
erat, eiſq; prætermiſſis, irritum decretum fit, vtpote cauſa nō
cognita, interpoſitum, nihil eſt, quod tantopere fruſtraq; ad-
uerſarius ipſe ſolus, in cauſaq; ſua ſine iuriſdictione vlla, cauſæ
adhibere cognitionem certet, ad capitulorum probationem
153 aggrediendo, cum † initio ipſo & ante decreti interpoſitionē
adhiberi cognitio debeat. Idque Pariſ. etiam nominatim ob-
ſeruat in d. conſ. 99. nu. 7. & ſeq. & in conſ. ſeq. nu. 6. l. 1. Rolan.
in conſ. 33. nu. 11. & in cōſ. 99. nu. 23. Quod idem in cognitione
obſeruatur, quam alienatio bonorum eccleſiæ exigit, vt præ-
uerti alienationi debeat. c. tua de his quæ fiunt à prel. c. 1. de re-
bus eccleſ. non alie. l. 6. c. ſine exceptione. 12. q. 2. Inno. in c. cū
conſuetudinis de conſu. Imola. in conſ. 116. nu. 3.
154 Sed & ſcripturam ſeparatim † fieri de cauſæ cognitione o-
portet vt Caſtren. ſcribit in d. cōſ. 38. lib. 2. Alex. in conſ. 17. nu.
7. lib. 4. Bologni. in conſ. 33. nu. 6. verſic. ſexto præſuppono. Fel.
in c. ſicut nu. 27. poſt med. de re iudic. Ruin. in conſil. 189. nu. 3.
lib. 1. in conſ. 111. nu. 10. lib. 4. in conſ. 40. nu. 3. lib. 5. Pariſ. in cōſi.
99. nu. 9. in conſ. ſeq. nu. 6. lib. 1. in conſ. 36. num. 9. & ſeq. lib. 4.
Rolan. in conſ. 33. nu. 11.
155 Quin etiam interuallum temporis † cedere inter cognitio-
nem & alienationem oportet. Bald. in conſ. 511. quidam præla-
tus. nu. 1. lib. 5. per tex. in d. c. 1. de rebus eccl. non alie. lib. 5. Idq;
ratione iuuatur, quod vbi vna ſimul omnia fiunt, perfunctoria
ob temporis breuitatem cognitio apparet. Atq; ideo vitioſum
decretum fit Anchar. in conſ. 35. viſa quadā petitione. & in cōſ.
82. viſus diligenter, Alex. in conſ. 218. nu. 7. in fin. & ſeq. lib. 2. in
conſ. 163. in fin. lib. 5. Dec. in l. 2. nu. 36. Ibiq; Iaſ. nu. 15. & ſeq. C.
de eden. Idem Iaſ. in l. iudices nu. 3. C. de iudic. Ruin. in conſil.
95. nu. 5. & in conſ. 159. nu. 3. lib. 5. Pariſ. in conſ. 98. nu. 18. in cō-
ſil. ſeq. nu. 10. lib. 1. in conſ. 12. nu. 62. l. 2. in conſ. 85. num. 48. l. 3.
Rolan. in d. conſ. 99. num. 26. Eodem Alex. ſpectat in l. iuſte in
quinta fallentia. ff. de acqui. poſ. plenam cauſæ cognitionem in
decreto adhibendam. Sequitur Cap. deciſ. ſi nu. 5. verſi. 3. facit.
Atqui nec ſemiplenam hic interueniſſe conſtat.
156 Itaq; cum initio ipſo cauſæ † cognitio adhibenda, atq; ne-
ceſſitatis alienandi præſtandæ probationes eſſent. Earumq; o-
miſſione irritum atq; ſterile prorſus factum decretum ſit, ni-
hil eſt, quod ex probationib. nouis id roborare aduerſarius cer
tet. l. quid in initio & l. pe. ff. de reg. iur. Atq; in ſpeciē hāc pro-
prius & ſcite magis, ex Bal. id declaratur in conſ. 122. vtrum di-
ctus proceſſus nu. 1. in fi. ver. allegatur tertio lib. 3. vbi cum ma-
trimonio conſtante dotis conſignatio fit, inopiæ mariti pro-
batione non facta, iuxta l. vbi adhuc. C. de iure dot. vires eam
probationib. nō accipere, quæ poſtea fierent. Id quia ſub con-
ditione inopiæ conſignatio permittitur, ob id conditionē im-
pleri aut liquidari ante omnia oportet. Qua liquidatione o-
miſſa, vitioſam nullámue omnino dationem inſolutum & exe-
cutionem ita fieri, vt cōualeſcere nequeat. Sed. n. in conditio-
ne probationem neceſſitatis hic poſitam, ex clauſulis demon-
ſtratum habemus, ſi preces veritate nitātur, & decretorū for-
ma ad vnguem ſeruata, præterquam quod tacite clauſula illa
inerat, ſi preces veritate nitantur. Ita conditio triplex hic con-
currit, tacita vna, & expreſſim duæ adiectæ. Ex quo Bald. dicto
extra cōtrouerſiam omnem res ponitur: Iugulum quippe pe-
tit. Huc & illa ſpectant, quæ ſcripta ante habemus, nu. 39.
157 Hoc amplius nec ex probatione † inſtrumētaria decretum
confirmatur, vnde ius acquiritur, ſeu ex quo alienatio ſequi-
tur Pau. de Caſt. in conſ. 19. ſupraſcriptæ exceptiones ſatis ca-
uilloſæ col. 2. in fi. lib. 1. vbi in decreto ſecundo loquitur, quod
inſtrumento debiti non lecto, conceditur, ex lectione id eius
ſuperueniente non roborari. Quod ſi admirationem cuipiam
Caſtren. dictum faciat, Dij veſtrā fidem, admirationi Bal. quā-
to maiori erit in l. vt debitum in fin. C. de hæred. actio. ne qui-
dem partis confeſſione decretum ſecundū conualeſcere. Quo
dicto firman. vtitur in verſi. decretum primum nū. 20. De quo
inferius etiam nu. 172. Atqui ſecūdum hic decretum vertitur,
vnde alienatio tam pernicioſiſſima ſequitur. Quod ſi vigorem
decretum id non habet, quid in minore dicendum, qui pubes
factus vix eſſet.
Sed enim quorſum in re hac confirmanda laborare, ex pro-
158 bationibus poſtea † accedentibus alienationem decretúmue
non confirmari. An non perſpicuum id & textibus & locuple-
tiſſimis doc. teſtimonijs fit: quorum commemoratio facta an-
te eſt. Et quibus declaratur initio ipſo cum alienatio fit & de-
cretum interponitur, cauſæ cognitionem adhibēdam, & pro-
bationes cauſarum præſtandas, propter quas alienādi permit-
ti facultas ſolet. Namq; ſi à probationibus robur decretū ac-
cipit, quæ poſtea fiunt falſum vtiq; erit, initio ipſo cognitio-
nem & cauſarum probationem exquiri. Quæ cum ita ſint, in
manifeſto capitulorum aduerſarij ineptitudo micat.
159 Tertio in ſpecie etiam capitulorum ineptia † atq; otium ex
eo oſtenditur, quod alienatione dici bonorum eccleſiæ ſolet,
ſatis non eſſe ob cauſam permiſſam neceſſitatis aut vtilitatis
eā fieri, niſi ſi forma adhibeatur, id eſt, tractatus & cauſæ ipſius
cognitio Frede. de Sen. in conſ. 142. domini Ioanni. Expreſſius
Chalder. in conſ. 1. col. 2. verſic. vnde licet cauſæ de Baptiſmo.
per text. in c. tua de his quæ fiunt à præla. Abb. in d. c. tua nu. 8.
per illum textum. & in conſ. 41. num. 1. lib. 1. Geminia. in conſi.
48. colum. 2. & ſeq. Soc. in conſil. 29. nu. 17. lib. 1. Fel. in c. quæ in
eccleſiarum col. 1. de conſti. Ruin. in conſ. 86. numer. 4. lib. 1. &
in conſ. 40. numer. etiam 4. lib. 5. Curt. Iun. in conſ. 130. num. 3.
Idq; locū non modo in bonis eccleſiæ alienandis, ſed & in ſpe-
160 cie alia † quamuis, vt ſatis veritatis aut iuſtitia ad actum confir-
mandum non ſit, quod cauſa ita faciendi aut contrahendi ve-
re, interueniat, niſi adhibita & forma ſit, Bald. docet in conſil,
198. punctus. Si ex forma ſtatuti libr. 5. vbi in forma ex ſtatuto
introducta loquitur, ad irritum actum ea prætermiſſa deduci,
tametſi ex cauſa factus iuſtiſſima ſit. per tex. in l. cū hi. §. ſi præ-
tor. ff. de trāſact. in Aucten. hoc ius porrectū. C. de ſacroſ. eccl.
& in cap. 1. de reſtit. in integ. Quod Bald. dictum Dec. ample-
ctitur in conſ. 466. num. 13. & ſeq. formæ item omiſſæ vitium à
veritate cauſæ non purgari, Soci. ſcribit in conſ. 33. nu. 6. libr. 1.
161 per text. in l. 1. & 2. ff. de lib. & po. Eiuſdem generis † eſt, quod
Bal. ſcribit in l. precibus nu. 18. verſi. Sed quid ſi mater delatam
ſibi tutelam. C. de impub. ſatis non eſſe, ex fide bona, vtiliterq;
à matre tutelam geri, niſi & rite ſuſcepta tutela ſit. Inde ait, à
ſucceſſione filij matrem ſubmoueri, quę tutelam legitime mi-
nus ſuſceptam vtiliter adminiſtrauit. Idem Bald. ait in l. matres
numer. 2. C. ad Tertul. in l. cum oportet. §. fin. quæſt. penul. C.
de impub. per glo. in l. 2. §. ſi mater in verſicul. non legitime. ff.
ad Tertul. Cum Bald. Barba. conſentit in conſil. 66. nu. 16. ante
med. inter Curtij ſen. reſponſa. Dec. in c. ex parte 2. nu. 5. circa
fi. de appel. Gozadi. in conſ. 17. nu. 5. Eodem pertinēt, quæ ſcri-
pta ante ſunt num. 144. Quam opinionem recipi hic maxime
conuenit, vbi correctio iuris communis feudorum, cum læ-
ſione iuris agnatorum, vertitur. Quam rem Soc. obſeruat in d.
conſ. 33. nu. 6. Sed enim duo hic ad feudum alienandum per re-
ſcriptum regium & decreta exigūtur. Id eſt, veritas cauſæ pro-
pter quam alienandi permiſſio poſtulatur, & formæ decreto-
rum obſeruatio. Quæ forma in cauſis ipſis neceſſarijs inda-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0035-9

gandis, in numeratione pecuniæ perſpicienda, & in conſenſu
domini directi impetrando verſatur. Itaque cum neglecta for-
ma circa cauſas ipſas neceſſarias exquirendas, & circa pecu-
niarum numerationem appareat. In quibus cauſis & numera-
tione ſumma rei totius conſiſtit. Ad rem capitula non attinẽt,
quæ ad veritatem ipſarum cauſarum probandã ſpectãt. Quo-
niam cauſarum etiam probatione facta, vitium tamen à veri-
tate earum dilui formæ poſthabitæ nequit.

Formam porro in reſcripto verſari, vltra verba eius expreſ-
ſa, forma decretorum ad vnguem obſeruata, in quibus dubita-
tio non cadit. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. conti-
162 nuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. ex clauſula † etiam oſtẽditur,
ſi preces veritate nitantur. Per quam ſub conditione alienan-
di facultas permittitur, ſi vera ſunt, quæ narrata apparent. Cõ-
ditionem enim ex ſi particula induci, dubitandum non eſt. lib.
1. Ibique Bart. quæſt. 1. ff. de cond. & demonſt. Idque locũ tum
etiam habet, cũ verbis executorijs particula ſi adijcitur. l. qui-
bus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demon. Ripa in l. de
pupillo. §. meminiſſe nu. 21. circa med. ſupra de oper. noui nun-
cia. Quid hic dicendum, vbi in verbis diſpoſitiuis & circa ſum-
mam rei adiecta particula hæc legitur. Conditione igitur in
163 clauſula † hac admiſſa, iuris incerti non eſt formam à conditio
ne induci, & quæ in conditione ſunt, pro forma adimplenda.
l. prætor. ibiq; Bart. ff. de colla. bon. Bald. in Aucten. matri & a-
uiæ num. 3. C. quan. mul. tu. offic. fungi poſ. Soc. in conſ. 32. nu.
2. lib. 3. Iaſ. in lib. 2. §. prius num. 11. ff. de vulg. Dec. in c. de appel-
lationibus num. 4. verſic. Secundus caſus in fin. de appella. in
conſ. 11. nu. 9. in conſ. 77. nu. 1. & vberius infra nu. 395. verſi. idq;
etiam declaratur.

164 Secundo ex verbis illis † ad vnguem, cõditio introducitur,
quæ verba ad perfectionem ſpectant, vt ne tantulum quidem
præterire eorũ liceat, quæ actus exquirit. Sic quomodo apud
linguæ Latinæ videre doctores eſt. Nihil aliud quippe ad vn-
guem, atque perfecte eſt. Perfectum plane dicitur, quod ex o-
mnibus ſuis partibus conſtat. li. ff. de origin. iur. vnde perfe-
ctus actus non dicitur, cui quicquam deſit. leg. penul. in fin. C.
de his quibus vt indig. c. ſi. de reſti. ſpol. c. ſed penſandum. 6. di.
cap. nihil. 7. quæſt. 1. glo. in c. 1. de ſacra vnctio. & in c. 1. de ſacra.
iteran. vel non. Quod cum ita ſit, diuiduitatem perfectio non
recipit, cum perfectum dici id nequeat, quod diuiſum ſit, ſi-
quidem partes ſuas omnes diuiſa res non habet. Indiuiduitate
165 † plane interueniente, non poteſt pro forma id nõ exigi, quod
ad vnguem aut perfecte fieri ſuperior iuſſit, cum ea ſit natura
formæ, vt diuiduitatem neſciat. d. leg. ſi is qui 400. §. quædam.
Ibique Alexand. in 2. nota. ff. ad leg. Falc. cum alijs ſupra adſcri-
ptis in tertia reſponſione ad capitula verſicu. indiuiduitas hæc
aliter etiam enarratur. Sic modus ille tertius indiuiduitatis de-
monſtrandæ, ad vſum in conſideratione hac deducitur. Quo-
niam formam conditione faciente, cum in manifeſto ſit, adhi-
bitam formam non eſſe, quæ in veritate eorum indaganda cõ-
ſiſtebat, quæ nunc demum per capitula indagare & demon-
ſtrare pars certat. Ad rem non attinet, cauſas ipſas feudi alie-
nandi vere interfuiſſe, poſtquam neglectui habita forma eſt,
quia diuiſionem veritas & forma nõ recipiunt, cum neutrum
carere altero non poſſe, demonſtratum ſatis ante ſit.

166 Ad quam meditationem † appoſitiſſime id quadrat, quod
ſcriptum ſupra eſt in tertio modo indiuiduitatis verſi. non ſo-
lum num. 157. graue adeo formæ omiſſæ vitium eſſe, vt nõ mo-
do forma ipſa, ſed & materia eius indiuidua habeatur. materia
enim, in qua forma contingit ex cauſis neceſſarijs alienandi,
ex numeratione, ex domini conſenſu conſtat. Super his enim
forma inquirendi ſeu veritatis indagandę, verſatur. Vnde cum
formæ factum ſatis non ſit, nihil eſt, quod ad materiam per ca-
pitula pars recurrat, bonamq́ue aut idoneam materiam eſſe
oſtendat, in qua cadere forma poſſet. Quoniam forma diſſo-
luta aut extincta, non poteſt res ipſa tota, contractúſque cun-
ctus non reſolui. Idque ratione etiã naturali oſtenditur. Quo-
167 niam à forma † actus eſſentiam aut ſubſtantiam accipit. Ex au-
ro enim aut auri materia ſola ante anulus non dicitur, neque
anuli ſubſtantia intelligitur, quàm anuli formam aut ſpeciem
accipiat. Æque à calce, lapidibus, tignis, & alia ædium mate-
ria, ædium intelligi ſubſtantia non poteſt, verum à forma ipſa
ædium ſubſtantia exiſtit, id eſt, à parietibus, tabulatis, tignis,
tecto, feneſtris, foribus, & id genus alijs, quibus carere domus
nequit. Et iſtud vero eſt, quod dictitant, à forma eſſe rei dari. l.
Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhibend. ca. in ciuitate de vſur. In-
de fit, vt forma rei extincta, rei quoque ſubſtantia pereat cap.
dixit in fin. de conſecra. diſt. 2. Cardin. in conſi. 149. circa princ.
Idque natura ipſa ſola docet. Dirue domum, anulum confrin-
ge, quamuis materia ipſa duret, domus tamen aut anuli ſub-
ſtantia non conſtat, neque domus pręterea dici aut anulus po-
168 terit. Inde ratio † tex. colligitur in leg. repeti. §. 1. ff. quibus mo
dis vſusfruct. amit. §. fin. in ſi. inſtit. de vſufruct. ædibus ſublatis
aut ſubuerſis, ne areæ quidem vſumfructum deberi. eo enim
id fit, quod in ædibus vſusfructus conſiſtit, at enim ædium ſub-
ſtantia non eſt, neque intelligi poteſt, forma earum corrupta
aut perempta. Inde etiam fit, vt forma mutata, rei totius inte-
ritus ſequatur d. l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhibend. l. Seiæ
circa fin. ff. de auro & argen. Idque natura ipſa patet, veluti ſi
ex anulo auriſcalpium faber aurarius faciat. anulus enim deſi-
nit, & ad ſubſtantiam aliam abit. Conſequenter his dicẽdum,
vt forma reſcripti in feudo alienando non adhibita, pro eo res
fit, vt ſi abſque cauſa aliqua, citra ſuperioris conſenſum, ex li-
bidine mera vaſalli alienatum feudum ſit, non ſecus atque ſi æ-
des ædificare is paret, qui artis ædificatorię expers omnino ſit.
Conſequens etiam fit, vt ſine reſcripti forma ſubſtãtiam vllam
habere feudi alienatio nequeat.

Apparet ex his, tripliciter ad formam pertinere, quæ com-
prehenſa in reſcripto ſunt. Principio ex verbis reſcripti liqui-
diſſimis, forma decretorum obſeruata. Secundo ex verbis il-
lis ad vnguem. Tertio ex clauſula conditionali, ſi veritate pre-
169 ces nitantur. Quinetiam vbi in dubio † res eſſet, ad formam
necne ea pertineant, quæ decretis expreſſa & reſcripta ſunt,
formam in eis intelligi omnino oportet quatenus ad perni-
ciem grauiſſimam agnatorum & ſucceſſorum in feudum reci-
dere omiſſio eorum poteſt. Si feudi alienandi permiſſio facilis
adeo ſit Bart. & alij in l. 2. §. prius num. 5. verſic. 3. caſu. ff. de vul-
ga. Dec. in d. c. de appellationibus num. 5. verſic. hoc tamen vi-
detur procedere. de appella. Ruin. in rubri. ff. de operis noui
170 nuncia. num. 5. in fin. Quid hic dicendum, vbi de forma † ipſa
liquidiſſime apparet. Quo caſu viribus omnino actus deficit,
quamuis leue à forma omiſſa incõmodum ſequatur l. ſi vnus.
Ibique Aretin. in ſecundo nota. quam ſimul cum l. non ideir-
co. C. de reſtam. Dec. in d. c. de appellationibus nume. 5. verſic.
tertius caſus Ruin. in dict. rubri. de operis noui nuncia. nume-
ro 5.

Apparet ſecundo indiuiduum cõtractum alienationis feu-
di tam à forma quàm à materia, id eſt, à veritate cauſarum alie-
nandi eſſe, in qua veritate exploranda adhibita forma non eſt.
Atque ideo forma ipſa deficiente, ad rem materiam aut cauſa-
rum veritatem non prodeſſe. Et conſequenter ex materia ipſa
ſola contractus ſubſtantiam ſine forma non magis quam ſine
forma ædes, anulum, aut rem aliam quamuis conſiſtere. Ea
propter fruſtra aduerſarij conatus ad capitula admittenda fie-
ri, per quę ex materia ſola citra formam, rei tribuendam eſſen-
tiam putat.

171 In qua re monendos eos † cenſeo, qui ex occulto, hoc eſt,
extra apertum iuris conſultorum campum, lingua licentiore
ſermonibuſque falſis in iudicio hoc Crauettam mordent, per-
inde quaſi per iniuriam generi cauſam ſuſcipiat. Non alio iure
in feudo generi tuendo Crauettam ipſum vti atque in rebus
eccleſiæ à præfectis eius alienatis ſeruandam, æquitas ipſa põ-
tificia cenſet. Idque longe liquidiſſimum ſuperiora præſtant.
Quibus vnum atque alterum in re eccleſiæ alienãda coniun-
ctim exquiri teſtatum eſt, num. 59. cauſarum veritatem ſcilicet
atque formam vſque adeo vt vnius vitio ex toto alienatio per-
eat. Quod ſi notiſſimam patris profeſſionem & contrahen-
tium ingenium intueri quid lubet, mirum ni naturæ, nedum
legum ius optimum euidẽtiſſime cum genero faciat. De æqui-
tate ac inferius etiam memoria habetur, nu. 285.

Quarto nõ modo reijcienda capitula formæ vitio dicimus,
172 quæ teſtium probationem expoſtulant. Sed nec † inſtrumen-
ta admittenda exiſtimamus, ſi qua eorum productio ad veri-
tatem cauſarum feudi alienandi fieret, ita vt notoriæ alienãdi
cauſæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0036-5

cauſæ per inſtrumenta eluceant. Siquidem nec in actu noto-
rio impune negligere formam licet. Quo circa formam exa-
minationis, ad gradum doctorum aſpirare ſcholaſticus nõ po-
teſt. Tametſi in manifeſto eius eruditio ſit. Alexã. in l. athletis
apud Bart. C. de athletis lib. 10. Corſet. ſing. 253. qualiter ſe ha-
buit in fin. Quid dicendum hic erit, vbi econtrario per inſtru-
menta publica ex vanitatibus & commentis ea conflata appa-
ret, ſed nec confeſſione ipſa formæ vitium dilui, ex Bald. mon-
ſtratum ante habemus in d. l. vt debitum in fi. C. de hæreditat.
actio. Et quid ſcriptum ante eſt, nu. 157.

Quinto euidentiſſima capitulorum ineptitudo fit, quod ex
cauſis in eis commemoratis feudi factam alienationem nõ eſ-
ſe, ex confeſſione partis declaratur, quæ recẽs ſeu de nouo co-
gnitas ſe cauſas neceſſitatis in precibus dixit, principi oblatis,
173 quæ in dictis enarratæ capitulis ſunt. Ex quib. precib. † confeſ-
ſionem induci proculdubio eſt. l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratã hab.
l. cum te. C. de tranſactio. l. cum precibus. C. de probat. l. 2. in fi.
C. de inſtitut. & ſubſtitu. l. cum precum. C. de lib. cau. Bar. in l.
certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & in l. 2. §. in fin. ff. de iu-
re fiſci. Quod tum quoq; obtinet, cum vires reſcriptũ ob ſub-
reptionem non habet, vt ex Ioan. And. Iaſ. probat in conſ. 161.
col. 3. in fi. lib. 2. vnde ſi nunc primum & poſt interuallum tam
longũ cauſas illas neceſſitatis intellexiſſe pars cõfitetur: Quo-
modo ex cauſis illis emere feudum potuit. Rurſus ſi emptor
ipſe cauſas ipſas neſciebat, Quomodo notæ eſſe iudici potue-
runt, apud quem à partibus ipſis probationes fiunt. Itaq; igno
174 rantia † cauſarũ neceſſitatis in parte & iudice admiſſa, ex cau-
ſis ipſis ignoratis fieri alienatio nõ potuit l. cum te & l. tres fra-
tres. ff. de pactis leg. mater. ff. de inoffic. teſta. Hoc ita prænar-
rato, vt ex cauſis ignoratis fieri alienatio non poterit. Conſe-
quens fit, impertinentiſſima capitula apparere, quæ ad cauſas
has ignotas probandas ſpectant. Quoniam & ſi maxime ita res
haberet, vt in capitulis narratur, quod ipſũ omnino pernega-
175 tur, Ex cauſis tamen † ignoratis, & ex quib. facta alienatio non
eſt, roboris quicquam accipere alienatio nõ poteſt. Iure quip-
pe vulgatiſſimo vtimur, quotiẽs niſi ex cauſa qua aut iure quo
fieri actus nequit, firmitatẽ in eo nõ aliter eſſe, niſi ſi ex ea cau-
ſa, aut ex iure illo fiat, verbi gratia vt ſeruitutis ius longo quiſ-
piam tempore quærat, ſatis non eſt, iure ipſo per tempus lon-
gum quem vſum, niſi ex iure illo vſus ſit, leg. fin. ff. quem. ſerui.
amit. lib. 1. §. hæc interdicta verſicu. Sed & ſi iure. & §. Ariſto. ff.
de aqua quot. & æſtiu. Inno. & alij in c. bonæ 2. de poſtula. præ-
la. Bar. in l. 1. in princ. num. 12. in fin. ff. de acqui. poſ. in l. 1. §. 1. nu.
9. ff. de itin. actuque priua. Bald. in conſ. 352. materia feudorum
nu. 3. verſic. item quod vtens lib. 1. Paul. de Caſt. in conſ. 243. vi-
detur, quod non poſſit lib. 2. Alexand. in conſil. 50. nu. 8. lib. 3.
Cauſa eadẽ dominij vtilis præſcribendi eſt, vt ſatis non ſit, rem
aliquam tempore longiſſimo poſſideri, niſi ex cauſa aut iure
dominij vtilis poſſideatur. Id eſt, tãquam à vaſallo aut emphy-
teota, obſequia præſtando, aut canonem pendendo, ita vt va-
ſallorum atq; emphyteotarum mos fert. c. 1. §. ſi quis per trigin
ta ibi vt feudum, atq; ibi doc. Si de feudo fuerit conten. inter
domi. & agna. Alexand. in conſil. 169. num. 5. verſic. tum etiam
quia libr. 2. Tex. huc ſpectat in l. 2. §. homines. ff. vi bon. rapt. e-
dicto prætoris de bonis vi raptis ob armatorum coactionẽ lo-
cum non eſſe niſi ob cauſam ipſam rapiendi facta coadunatio
ſit. Eiuſdem generis eſt, quod Alexand. ſcribit in conſil. 113. nu.
2. libr. 1. Qui ex præſtationibus temporis longi aut longiſſimi
ius ſuum metitur, ſatis non eſſe de præſtationibus fidem face-
re, niſi doceat, ex cauſa eas factas, quæ expreſſa in libello eſt.
Idem Alexan. tradit in conſ. 108. circa fi. lib. 2. in conſ. 75. nu. 12.
lib. 4. Ruin. in conſ. 63. nu. 20. in conſ. 75. col. 3. in princ. & num.
5. lib. 1. in conſ. 229. num. 10. lib. 4. & in conſil. 104. num. 15. in fi.
lib. 5. Et quid ſcriptum apud nos legitur in conſ. 171. numer. 13.
Quotiens pro filio mercatore ex ſtatuto pater obligatur, locũ
ſtatuto non aliter eſſe, niſi ob cauſam mercaturæ contractum
debitum ſit. Itaq; cum planiſſimum ex confeſſione partis fiat,
ob cauſas in capitulis enarratas feudi alienandi datam faculta-
tem non eſſe, vtpote quæ incognitæ prorſus & parti & iudici
eſſent. Quorſum de capitulis reijciẽdis dubitare, quæ ineptiſ-
ſima eſſe, non ambigitur.

Vires argumentum hoc à ratione fortiore accipit. Namque
ſi ſatis non eſt, factum quid eſſe, niſi ob cauſam factum docea-
tur, quæ expreſſa eſt: Quid hic dicendum, vbi ex confeſſione
ipſius aduerſarij perſpicua res fit, ex cauſis ab eo in capitulis re
latis feudi alienandi conceſſam facultatem non eſſe.

Ratione & altera, ipſaque fortiore argumentum hoc inuà-
leſcit. Dictum enim in ſuperioribus habemus nu. 144. & num.
160. ſatis non eſſe, ob cauſam aliquam à iudice quid fieri, niſi
de ea iudici ipſi liqueat, tametſi ad cauſam illam cogitauerit,
& ex ea acta ab eo res ſit per tex. in l. hæc autem. §. defendi. Ibi-
que Bar. ff. quib. ex cauſ. in poſ. eatur. in l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis
fiat ei. Quid hic dicendum, vbi manifeſtarium aduerſarij voce
ſit, ad cauſas ipſas in capitulis inſertas cogitari nõ potuiſſe, vt-
pote incognitas.

Conſequens prædictis fit, confeſſionem geminam aduerſa-
rij interuenire, vnde capitulorum ineptitudo pellucida nitet.
Prior confeſſio ex facto ipſo editionis capitulorũ emanat. Hoc
ipſo enim quod ob cauſas nouas & initio incognitas locũ feu-
di fuiſſe alienationi aſſerit, cauſæ cognitionem in cauſis his nõ
interueniſſe, probationemq; præſtitam earum non eſſe, aper-
176 tiſſime confitetur, iuxta illud † facta loquuntur. c. cauete. 22.
quæſt. 2. Et illud diui Gregorij de quodam monacho. 4. dialo-
gorum. Et ſi verbis taceret, facta loquebantur. Et contra Io-
uinianum diuus Hierony. in fin. De noſtro grege triſtes, palli-
di, ſorditati & quaſi peregrini huius ſæculi, licet ſermone ta-
ceant, habitu loquũtur & geſtu. refert Io. And. in c. cõſtitutio-
nem circa med. de elect. lib. 6. Inde dicimus, potiora verbis fa-
cta eſſe. l. 2. §. ignominiæ. ff. de infam. l. ſi inſtituta. §. 1. ff. de inof-
fic. teſt. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edic. l. fi. ff. de diuor. l. 1. &
per totum. C. plus valere quod agi. Inde ab effectu, non à ver-
bis contractus denominatio fit. leg. ſi vno in princip. ff. loca. l.
ſi olei. C. eo. tit. leg. inſulam. ff. de præſcrip. verb. Bart. in l. cotẽ
ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & in qu. Publicanus. cum
talibus ſexcentis. De quo dictum etiam ante eſt, nu. 109. & in-
fra, nu. 205.

Cauſæ plane cognitio & probationibus cauſarum circa feu-
dum alienandum, prætermiſſis, inutilem vitioſamq; pœnitus
alienationem fieri, teſtatum ſupra nec parce aut obſcure ha-
bemus.

Altera confeſſio verbis expreſſa, ex cauſis in capitulis enun-
ciatis factam alienationem non eſſe, neq; fieri potuiſſe, vtpote
quæ iudicibus clam & parte eſſent. Eaque ratione ineptiſſima
euidentiſſime capitula apparere.

Sed & confeſſio tertia ex parte omni corruſcans accedit.
Namq; ſi cauſas neceſſitatis in capitulis expreſſas animaduer-
timus, ad aureorum vſq; quinq; milia ſunt. Atqui quæ in actu
alienationis cauſæ narrantur, aureorum quingentorum ſupra
mille ſummam non excedunt. Siquidẽ aurei alij nummi quin-
genti in villæ erogandi redemptionem erant. De qua villa re-
dimenda memoria in capitulis nõ habetur. Quomodo igitur
ob cauſas in capitulis expreſſas fieri alienatio potuit, quæ di-
uerſæ pœnitus, longeq; ampliores atq; cauſæ ipſæ ſunt, quarũ
177 nomine facta alienatio eſt. Ex diuerſitate † quippe ſummarum
diuerſitatem debitorum præſumi incertum non eſt. leg. quin-
quaginta. ibiq; not. ff. de probatio. leg. plane. 1. §. ſed ſi non cor-
pus. l. ſi ita ſit ſcriptum. ff. de leg. 1. leg. cum centum. ſecundum
intellectum Iac. de Aret. & Bar. ff. de adim. leg. Cardin. in con-
ſil. 51. nu. 2. poſt med. verſic. & vltra illud.

In qua re euidens capitulorum calumnia emicat. Namq; ſi
ære alieno tam graui obrutus venditor fuerat, vt in capitulis
178 aſſeritur, cui fidem Orator quiſpiam † vel acerrimus fecerit,
neglectui creditores pecuniam tam ingentem habuiſſe. l. con-
tra iuris. §. ſi filius. ff. de pactis. leg. eleganter. §. qui reprobus. ff.
de pigno. actio. l. cum de indebito. §. 1. ff. de proba. leg. Campa-
nus. ff. de oper. liber. l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio. c. ſuper hoc
de renuncia. Captioſam enim liberalitatem interpretatio
prudentum fregit. l. cum Aquiliana. ff. de tranſactio. Sed qui
plana magis capitulantis calumnia fieri, atque ex articulo illo
poteſt, quo ſumptus litis apud curiam parlamenti Pariſijs diſ-
ceptatæ, proponitur. Facit enim pecuniam incredibilem ob
eam rem & ex portione venditoris inſumptam cõtra quam in-
ſtrumentum publicum docet, quo ratio habita pecuniæ eius
eſt. Et cuius nomine non æs alienum, vt falſo impudentiſſi-
meq;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0037-0

meq; aſſeritur, contractum, verum accepto debitori latum. Inde regula illa notiſſima aduerſarius cæditur, ſemel malus, & illud crimine ab vno diſcite omnes.

Sexto prædictorum omnium nihil eſſe fac. quæ tam vehementiſſime mouent, ex alio capitulorum fruſtratio, ociúmue palam fit. Nimirum ex obreptione, quæ cælari & cui aduerſarius eripi, ne capitulorum probatione ad vnguem impleta, poteſt. Narratum enim in facultate alienandi impetranda eſt, aureos nummos quadringentos mercium & mutui nomine deberi. De qua re verbum in capitulis non fit. Vnde ſatis id ad palmarium litis totius, & capitula reijcienda eſt. Quoniam in manifeſto eſt, mercium ipſarum ex Serico gauſapino, alióue id genus ne in partem quidem egentem venditorem feudi fuiſſe. Cui pecuniæ auido id genus merces multo pluris quam eſſent, venundabantur, quas ipſe minimo poſtea alijs tradebat, vt pecuniam ratione quauis conficeret. Quæ res ad verſuram faciendam ſpectat. Rei cuius in lucem peruulgādæ cauſa, cum editio libri rationum petita nec ſemel ſit, id tamen facere ad-
179 uerſarius renuit. In qua re fraudis ſe obiectæ † ſuſpectiſſimum reddit, ne editione facta in lucem nequitia prodeat. l. fin. C. de fide inſtru. Bald. in conſil. 406. præmittendum eſt in fin. lib. 4. Decius in Auctē. ſi quis in aliquo documento. num. 22. in fin. C. de eden. & apud nos in conſil. 172. num. 6. Atque in ſpecie, Cald. id probatur in conſ. 2. de vſur. ſuſpicione hæredes vſurarij laborare, qui librum ædere rationum nolunt, manifeſtum ex eo vſuræ ſcelus fieri. Æq; partus ſuppoſiti ſuſpicionem mulier ſubit, quæ ventri inſpectando reſiſtit. l. 1. §. ſed ſi maritus. ff. de li. agno. l. 1. §. cui. ff. de ventre inſpiciēd. In eadem cauſa mulier eſt, quæ ſequeſtrari ſe non patitur, ne ab alio ineatur Paul. de Caſt. in conſ. 277. quia per primum col. pen. circa med. lib. 1. Apposite huc tex. confert in l. 2. §. pen. C. de iura. calum. pro confeſſo haberi, qui iuramentum præſtare calumniæ recuſat. De quo Bald. meminit in conſ. 257. Titius emit fundum in fin. lib. 1. Pro confeſſo igitur non haberi aduerſarius non poteſt, qui librum totiens rogatus non edit. Grauior porro ſuſpicio creſcit, quod rei aut ſuſpicionis huius & fidei eius malæ apud principis celſitudinem notatus, æquo eam animo tulit. Quis credat, labem tam turpiſſimam apud principem, proceres, & ſenatum eius ſupremum, aduerſarium laturum, ſi ex fide res acta bona ſit. Cur non librum vel vltro profert, & obiectum ex
180 eo flagitium diluit. Non ſolum † autem priuatum hominem id genus ſuſpicio, ſed & iudicem ipſum conſtringit. Quotiens ne quid fiat, parti contradicit & quod poteſt impedit gloſ. in c. ſtatutum in fi. prin. in verſ. copia in fi. de reſcr. l. 6. Corn. in conſil. 232. col. 2. poſt med. l. 3. Iaſ. in conſ. 53. col. fi. l. 3. Rem hanc ſedulo quæſo animaduertant, animiſq; excutiant, qui aduerſarij partes tantopere ſuſcipiunt bonumq́ue eius ius exiſtimant.

Conſequens his fit, vt probatione omnium præſtita, quæcunque narrata in capitulis ſunt, ad aliquid profutura ea nihilo magis eſſe. Siquidem obreptū in parte hac aureorum 400. non obſcure apparet, inter cauſas neceſſarias alienandi eam ſummam referendo, contra quam veritas ipſa luciſſime ni-
181 tet. Ex obreptione † plane inutile & vitioſum pœnitus reſcriptum fieri, ambiguum non eſt l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. l. magis puto. §. pen. ff. de rebus eor. l. idem Vlpian. ff. de excu. tutor. l. 3. §. puberi. ff. de Carbon. edict. l. cum vero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. liber. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius vel vtili. publi. quæ in canone inſerta legitur & ſi legibus 55. quæſtio. 2. Idque locum obtinet, vel cum obreptio commiſſa in tantulo eſt. c. ſi proponente de reſcri. c. ſi motu proprio & c. non poteſt de præben. libro 6. Id quod recipi haud dubie hic oportet, vbi ad alienum incommodum alienandi promiſſio recidit, vbi à iure communi feudorum diſceditur. Quid hic dicendum, vbi in ſumma obreptum non exigua eſt. Hoc amplius nec per ignorantiam obreptionis quiſpiam excuſatur, ſi cum facti veritatem ignoraret, id ita à ſe narratum impetrans dicat. Quoniam temeritatis id vitio datur Oldra. autore in conſil. 208. quoniam ex tempore, col. 1. poſt medium per tex. in dict. c. ſi proponente, & ibi no. de reſcri. Idem Ruin. ſcribit in conſ. 3. nu. 16. lib. 1. Idque ratio-
182 ne † fortiore confirmatur, quod ius idem ſubreptionis eſt, vt irritum per eam reſcriptum fiat, quamuis commiſſa per ignorantiam ſit vbicunque tertij diſpendium vertitur. cap. conſtitutus. Ibique Abb. in ſecundo nota. & c. ſuper literis de reſcri. Gemin. in conſ. 105. in fin. Tantundem ſeruandum, cum ex tātulo commiſſa ſubreptio eſt in conſil. Soliuago ſcriptum pro communi Sauiliano habemus, nu. 67. Longe magis hóc idem probandum in obreptione erit, quod grauius vitium, atque ſubreptionis eſt. Bal. in conſ. 252. querulæ preces poſt princip. lib. 1. cum alijs apud nos collectis in conſ. 68. nu. 5. & in dict. cōſil. Soliuago pro communi Sauiliano, num. 72. obreptio enim in falſo exprimendo, in falſo reticendo ſubreptio obſeruatur. Iaſ. in conſ. 2. col. 2. libr. 1. & in dicto conſil. Soliuago nu. 124. in quo ſubreptio declaratur. Obreptione hac ita patefacta, cum inſolidum actum viciet, vel ſi commiſſa in tantulo ſit. Quorſum capitulorum admiſſio. Quatenus de aureis 400. neque mentio in eis non fit, ob cauſam neceſſariam deberi, neq; fieri poteſt, cum in manifeſto res ſit, in profuſionē pecuniam perditam, quæ ex mercibus illis colligi verſuram faciēdo, potuit. Id quod citra ſcripturæ priuatæ approbationem dicitur.

Illud omittendum in obreptione hac non cenſui, vnde onuſtior aduerſarij ſuſpitio fit. Namque cum ſuum eſſet, cauſas neceſſitatis in aureis ipſis 400. edocere per ea, quæ ſatis ſuperq́ue ſcripta in ſuperioribus ſunt, cum tex. vocauimus in cap. 2. Ibique Docto. de reſcrip. cum alijs in d. conſ. Soliuago à nobis comparatis col. 1. non modo id non præſtitit, neque præſtare curæ habet. verum vt id faciat rogatus, id eſt, vt librum rationum edat, editionem ipſam modis omnibus deprecatur: non minus ab ea atque veneno præſentaneo metuens. Ex qua re quantam ſibi ſuſpicionem conciliet, ratio ipſa communis docet.

183 Ad obreptionem hanc pertinet, quod † ſcriptum in ſuperioribus eſt, nu. 138. per inutile, quod vtile eſt, vitiari, quotiens in fraudem legis quid ſit, ex Bar. in conſ. 159. nu. 8. Ruino in cōſil. 86. col. fi. lib. 1. & in conſ. 109. nu. 27. lib. 4. ſed enim euidens fraus ex obreptione fit, vnde dolus arguitur Inn. in c. dilectus. 1. de reſcri. & in c. accedens de crimi. falſi. Ioan. Andr. in c. ex literis de dolo & contu. Geminia. in conſ. 128. in fi. Socin. in cōſil. 249. nu. 9. verſi. ad ſecundum reſpondeo. & verſic. ſeq. lib. 2. Quòd inter conſi. inſertum Curtij ſenioris eſt in conſil. 18. Idque inferius etiam oſtenditur num. 201. Ibique idem in ſubreptione exprimitur. Non ſolum autem dolus indiuiduus habetur, ſed nec culpa diuiduitatem recipit, quæ adhiberi in partem nequit. l. ſi vt certo. §. ſi duobus in fin. ff. commoda. l. ſi duo verſi. quod ſi lancem. ff. depoſ. Bar. & alij in l. 4. §. Cato in ſexta
184 oppo. ff. de verb. oblig. Inde fit, † vt indiuidua ſtipulatio habeatur, dolum malum abeſſe. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. erciſ. dict. l. 4. in princ. Bologni. in dict. §. Cato numer. 38.

Aduerſarij dolo igitur ex obreptione euidentiſſima in facto ſuo, & circa aureos 400. vndique refulgente, non poteſt alienatio ipſa ex toto non reſolui, ſiquidem ab eo, quod inutile eſt, actum vtilem infirmari, nemo ambigit, & teſtatum id ſatis in ſuperioribus habemus, nu. 131. Argumētum hoc ſextum ad generum victorem præſtandum & aduerſarium eius deijciendum vel ſolum valere, incertum non arbitror,

Septimo prædicta eſto omnia taceant, præſto actori & illud eſt, quod numerationē pecuniæ, propter quam feudum alie-
185 natur † decretum exigit. In qua re decreti animaduertere rationem licet, quamobrem feudi ex eo permiſſa alienatio ſit. Ad exemplum enim iuris communis Romanorum in bonis fideicommiſſi id ita conſtitutum, vt qua ratione bona fideicommiſſa in perniciem ſubſtitutorum ob dotem & donationem propter nuptias iure nouiſſimo alienare licet Auctē. res quæ. C. commu. de lega. Ita ob eas cauſas alienare & feudum permittatur, perinde quaſi eadem vtrobique ratio moueat. A iure enim gentium æque teſtamentum inuentione aut quoad teſtandi facultatem, atque cōtractus ſunt, vt apud Bartolum in l. interdum. ff. de cond. indeb. Vnde & ius commune
186 in omnibus imitandum decretum cenſuit. Iure plane † communi ad dotem confeſſam, & quam numeratam eſſe, non cōſtat, priuilegium dic. Auctē. res quæ non pertinet, vt Iaſon ibi tradit col. penul. in noua limitatione. Bald. Nouel. in leg. 1. nu. 125.

nu.125.ff.ſolut.matr.& in tract.de dote parte ſexta priuileg.13.
Areti.in dict.l.1.col.5.poſt med.verſiculo & circa priuilegium
iſtud prælationis. Ibique Socin.num.87.in fin. Guido Papa in
conſil.140.in fin. Veronenſis in conſ.38.col.7.in ſecundo du-
bio.Ruin.in conſil.199.nu.5.libro ſecundo.Cauſa eadem pri-
uilegij eſt,de quo in l. fin. C. qui potior. in pignor.hab. Doti
enim & id confeſſæ non datur Veron.in d.conſil.38. Cumula-
tiſſime Iaſ.in §.fuerat nu. 73. vſq; ad nu.92.Inſtit. de actio. Go-
zadi.in conſ.28. Sed nec hypothecariam cõtra poſſeſſores bo-
norum mari ob dotem confeſſam mulier exercet Roman.in
conſ.445.conſultatio col.fi.in 3. dub.Soc.& alij in l.1.nu.85.ff.
ſolut.mat.Fel.in c.ſi cautio nu.84.in fin.verſic.fallit vltimo.de
fide inſtru.Crot.in l. ſi conſtante nu. 147. verſic. ſecunda con-
cluſio.ff.ſol.mat.Dos item confeſſa compenſationem patitur,
vbi cõpenſationi locus in vera dote non eſſet Signorol. in cõſ.
49.nu.3. ſi doti confeſſæ & tam fauorabili dotis tribui priuile-
gia non ſolẽt.Quid in ſpecie dicturi controuerſa erimus, quã
odioſam eſſe, demonſtratum ſuperius eſt.

Sed & decreto de numeratione tacente, ius idem proban-
dum vt niſi ad dotem feudi alienãdi facultas pertineat, de qua
187 vere & per numerationem conſtat. Idq; iure illo † notiſſimo,
vbicunq; niſi in caſu quo certo permiſſus actus eſt, de caſu illo
probationem veram præſtandam, neq; confeſſioni diſponen-
tis aut actum illum gerentis fidem de caſu habendam, ne alias
in arbitrio cuiuſuis ſit, actum illum, & extra caſum permiſſum
pro libidine & indiſcriminatim perficere, caſum ipſum ſubeſ-
ſe cõfitendo.l.cum hi.§.ſi cum lis.ff. de tranſact.l. qui teſtamẽ-
tum.ff.de proba.l.ſi forte.Ibiq; Bart.ff.de Caſtr.pecul.l.magis
puto.§.ne paſſim.ff. de rebus eorum.l.cum quis.§. Titia. ff. de
legat.3.Bar.in l.ambitioſa nu.27.ff.de decre.ab ordi. fac. Idem
Bart.& alij in l.ſi donatione nu.2.C.de collatio. Capra in conſ.
81.in fin. Afflict.in cap.1.in princip.numer.57.de alienat. feudi
pater. Text.huc pertinet in lege 1.C.de donat.ante nupt. & in
l.2.C.de dote caut.non numer. Qua ratione vxori donare ma-
ritus non permittitur, ita nec dotem habuiſſe confiteri ex qua
confeſſione paſſim induci donatio poſſet. De quo apud Bart.
& alios in l.ſi diuortio.ff.de verbo.oblig. Itaq; ſicut feudi alie-
nandi poteſtas niſi ob debita neceſſaria non eſt. Ita de debitis
conſtare & vere & per numerationem oportet, ne ſi ſola ſatis
confeſſio ſit, via ad feudum lata diſſipãdum pateat, vaſallis de-
bita confitentibus.

Sed enim de numeratione verbum in capitulis nõ ſit, quòd
numerata vaſallo venditori feudi pecunia a creditoribus fue-
rit. Quare ſterilia atq; infructuoſa omnino ex capite hoc capi-
188 tula fiunt. In qua re error † aduerſarij nec ferendus deprehen-
ditur, qui precium à ſe numeratum feudi cõtendit. Quoniam
ad numerationem hanc pretij decretum non pertinet, verum
de numeratione pecuniæ dotis, aut neceſſitatis alterius, pro-
pter quam alienandi facultas datur. Neq; ſatis ſtupidam partis
mirari inſcientiam licet, cui viſum ſit, de numeratione pretij,
quo feudũ venit, decretum intelligẽdum, contra quam verba
eius lucidiſſima ferant.

Secundo cum reſpectu dotis & debitorum neceſſariorum
numerationis mentio in decreto fiat, ad dotem & debita ipſa
reſtringi numerationem oportet, vt de numeratione in dote
189 & debitis alijs neceſſarijs appareat. Ad eũ caſum quippe † re-
ferri & reſtringi verba oportet, cuius prolata reſpectu ſunt.l.ſi
quis domum.§.quid tamen.ff.loca.l.profectitia.§.pet.ff.de iu-
re dot.l.debitor.§.fi.ff.ad Trebel.l.inteſtato.ff.de legi.tutor.§.
quòd autem inſtit.de legi.agna.tu.§.fin.Inſtit.de codicil. Soci.
in conſ.92.nu.23.lib.3.Dec.in c.ſi pro debilitate nu.6.circa fin.
de offic.delega.in cap.1.in 13.nota.de poſtula.præla.in cõſ.283.
col.1.circa med.& alia non pauca.

Tertio ſi de numeratione pretij decretum intelligimus, ab-
ſurda prorſus res conſequitur, vt eo caſu prouiſum à decreto
appareat, quo neceſſaria prouiſio non eſt. Quorſum enim la-
borare, numeratio pretij facta, an non ſit, quotiens ob dotem
vel conſtituendam vel reſtituendam alienatio ſit, dum conſti-
tuta modo vel reſtituta dicatur, ita vt moleſtiam ob eam rem
pati conſtituens aut reſtituens nequeat. Sed enim non tam ca-
ſui huic circa conſtituentem aut reſtituentem, quàm ſucceſ-
ſorum in feudo iuri proſpiciendum decretum cenſuit, vt non
aliter feudi iacturam per alienationem faciant, quàm ſi de nu-
meratione in debito, conſtet, propter quod alienandi permiſ-
190 ſa facultas eſt. Ad caſum † igitur trahi ſtatutum conuenit, in
quo prouidendi neceſſitas maior verſatur.l.Gallus,§.1.ff.de li-
ber.& po.l.cum ita.§.fin.& l.peto.§.fratre.ff.de lega.2.quod l.
Labeo.ff.de Carbo.edict.l.cum in corpus.ff.de acqu.rer.dom.
l.in his.§.ſed ſi forte.ff.de ſolut.Signorol.in conſ.21. num.4.in
conſ.103.nu.6.& apud nos in rubri.ff.de legat.1.nu.112. in cõſi.
106.nu.8.in conſ.135.num.12.in conſil.149.nu.12.in conſ.270.
num.4.

191 Quarto propter emptorem † feudi, qui creditor non eſt, a-
lienatio non permittitur, verũ propter creditores. Vnde quod
de numeratione expreſſum in decreto eſt, ad creditores refer-
ri omnino oportet, quorum cauſa permitti alienatio ſolet. Vt
non aliter permiſſionis huius beneficio fruantur, niſi ſi vere
creditores ſint, & pecuniam ab eis numeratam appareat, vt ad
cauſam ſuam verborum relatio & reſtrictio fiat.l. at ſi quis. §.
pleriq;.ff.de religio.l.cancellauerat.ff.de his, quæ in teſtamen.
delen.l.cum tale.§.falſam.ff.de cond.& demon.

Quinto cauſa vlla numerationis exigendæ in venditione
non ſubeſt. Siquidem credibile nõ eſt, vt ſine pretio quiſpiam
vendat, dum cauſæ modo vendendi contingant.dict.l. cum de
indebito.§.1.ff.de proba. cum alijs ſupra relatis nu. 178. Cauſa
porro in dote & debitis vertitur, ne in fraudẽ quicquam ſuc-
192 ceſſorum fiat. Cauſam igitur † ſpectari decreti cõuenit, cur ita
conſtitutum in eo ſit, etiam ſi aliter ſonare verba videantur.l.
cum hi.§. in cauſa. ff. de tranſact. l. ſi procuratorem dedero in
prin.ff.manda.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.2.l.cum ta-
le.§.fi.ff.de condi.& demon.l.verum.2.ff.de furtis. l. quamuis.
Ibique gl.in verſic.curauit in fi.C.de fideicom.§. ſi tamen alie-
nam purpuram Inſti. de rerum diui.c.intelligentia in verſi. ex
cauſis.de verb.ſigni.gl.in l.legata inutiliter.ff.de adim. lega. &
alia complutia. De quo inferius etiam nu.415. Quid hic dicen-
dum, vbi & verba & cauſa decreti ad interpretationem hanc
impellunt.

193 Sextò quod de pecuniæ numeratione † in contractu vendi-
tionis conſtet, ad emptoris id compendium ſpectat, quo im-
pletus ab eo contractus dicatur. Sed enim nihil ad decretum
emptor facit, Ratio emptoris in decreto habita circa numera-
tionem non eſt. Non niſi agnatorum & ſucceſſorum in feudo
nomine numeratio poſtulatur. Vnde ratio habenda numera-
tionis non eſt, quæ facta ab emptore ſit, cui proſpicere decre-
tum non conſtituit.l.ea lege.ff.loca.Paul.de Caſtr. in conſi.52.
Super primo puncto quãta ſit legitima col.1. lib.1. Et apud nos
in conſ.5.nu.15. Ex his etiam ſentẽtia hæc iuuatur, quæ ſcripta
infra habemus nu.401.

Apparet ex his, argumentum hoc ſeptimũ, quod in nume-
ratione ponitur, ſatis & ipſum vnum ad capitula repudiãda eſ-
ſe. In qua re obſeruandum, nõ modo in aſſertis debitis nume-
rationem in capitulis non exprimi, ſed nec in pannis holoſeri-
cis, quod aureos 400. vaſallo defuncto venditos aduerſarius
aſſerit traditionem interueniſſe capitula narrant.

Rurſus in pannis ſericis obſeruandum, namq; cum niſi ob
neceſſitates feudi permiſſa alienatio non ſit, neceſſitatum ha-
benda memoria erat, quod pannorum tot ex Serico, indigens
vaſallus defunctus eſſet, per ea, quæ de neceſſitate probanda
dicta in ſuperioribus ſunt, nu.22.& pluribus ſeq. Sed enim ne-
ceſſitatis huius verbum factum in capitulis non eſt, fruſtraque
etiam expreſſio fieret, cum holoſericatus venditor nõ incede-
194 ret. Ad hæc non modo † neceſſitatis fidem facere ſimpliciter
ſufficit, verum & illud oſtendendum, vſq; ad eum modum in
libro rationum declaratum ſerici indigentem defunctũ fuiſſe.
Quia quod ob cauſam permiſſum neceſſitatis eſt, ad limites
reſtringi neceſſitatis debet.lege ſenatus.ff.de offic.præſidi. le-
ge prim.in fin. ff. de ferijs. l. ſed & ſi reſtituatur. §.ſed & ſi dies.
ff. de iudic. l. fina.§.quare & ſi.ff.de exercitor.l.fideicommiſſa.
§.ſi rem.ff.de lega.3.l.rem legatam.ff.de adim. leg. c. quod pro
neceſſitate.1.q.1.Bar.& alij in l.1.§.nũciatio nu.28.ff.de op. no-
ui nuncia.Corn.in conſ.83.in fin.lib. 4. Dec. in c.in præſentia,
nu.68.verſi.vel ſecundo dato.de probat.Iaſ.in l. qui Romæ. §.
duo fratres num.37.verſi. Secundo per iſtam primam ſolutio-
nem,ff.de verb.oblig.

Reſtrictione igitur facultatis alienandi, ad limites neceſſita-
195 tis facta, conſequens † non fit, merces tantæ traditæ vaſallo
ſunt, ergo indigens tãtarum erat, etiam ſi fieri poſſit, vt neceſ-
ſarium tantum ſericum eſſet, quoniam per neceſſe, non poſſi-
bile concludentem eſſe probationem oportet. l. matrem. l. ne-
que natales. & l. ad probationem, 2. C. de proba. l. non hoc. Ibi-
que cumulate Iaſon, in ſecundo nota. C. vnde legit. l. multis. C.
de liber. cau. c. in præſentia. Ibique Dec. num. 16. in 13. nota. de
proba. & quod Pettin. Bellus celſitudinis ducalis conſiliarius
de probatione æquiuoca in tract. ſuo de re mili. & bello ſcri-
bit Car. 47. nu. 135. Quid dicendum hic erit, vbi nec per poſſi-
bile probatio cõcludit. Siquidem familia tanta onuſtus vaſal-
lus non erat, vt pannis ijs carere holoſericis non poſſet. Atque
vbi familia numeroſa fuiſſet, pro modo facultatum temperã-
da impenſa erat vti monſtratum ſuperius habemus. 127. At e-
nim ſumptui tam graui familiaris res non erat. Vnde cauſam
neceſſariam habere id genus emptio mercium non poterat.
Sed nec probatio vlla præſtita in ſplendidiorem familiæ cultũ
pannos ipſos ſericeos verſos. Idque nec proponi vere poterat,
cum magno ſericum emptum paruo alijs venditum per verſu-
ram ſit.

Conſequens inſpectioni prædictæ fit, cum vltra neceſſita-
tem extendi permiſſio aut diſpoſitio non ſoleat, quæ ob cau-
ſam facta neceſſitatis dicitur, in ſpecie cauſas neceſſitatis ex-
primendas. Id eſt tantum in lite exercenda, tantum in victum
& alimenta & alia id genus impenſum. Sed enim in obſcuro &
ſub inuolucro quodam cauſæ neceſſitatis enarrãtur. Ob id ni-
196 hili faciendæ. Quoniam vbi niſi † ex cauſis quibus fieri quid
nequit, cauſas ipſas nominatim exprimi, atq; ſingulatim opor-
tet Bar. in lege prima in princ. quæſtio. 6. ff. de oper. noui nun-
cia. Et eadem l. Caſtren. in §. nunc videamus Alex. in conſ. 182.
in prin. & nu. 6. lib. 2. Dec. in cap. bonæ nu. 13. circa fi. de appel-
la. Ruin. in conſ. 98. nu. 16. poſt. med. libr. 4. Pariſ. in conſ. 9. nu.
41. in conſ. 12. nu. 165. lib. 2.

Octauo narratio in capitulis facta, aureos quingentos, qui
in villam erogandi redimendam erant, filij voluntate in cauſas
alias verſos, id eſt, vt creditoribus ſatis alijs vaſalli fieret. In qua
re euidens capitulorum fruſtratio nitet. Quoniam ob cauſas
197 alias, quam in † venditione expreſſas alienandi permiſſa facul-
tas non eſt. Atque ideo formæ paritum reſcripti non eſt, & cõ-
tra quam ſuperior iuſſit, pecunia inſumpta, ad irritum omnia
deducuntur. l. diligenter. ff. manda. l. non dubium. C. de ll. c. cũ
dilecta de reſcr. Et cum niſi ob cauſas expreſſas alienandi facta
poteſtas non ſit, ad alias eam trahi non oportet, l. ſi vnus. §. an-
te omnia, ff. de pactis. l. in lege & l. Rutilia Polla. ff. de contrah.
empt. l. 1. §. Iulianus. ff. de itin. actuque priua. l. iubemus. C. de
Velleia.

Neque mutat, conſenſu filij id ita actum. Quoniam vbi li-
quere de cõſenſu poſſit, inutilis prorſus ad rem eit. Namq; cũ
198 † redemptum villam ex parte iri facta promiſſi eſſet, & ad eam
rem pecunia deſtinata, à iure illo ſine iuris ſolennibus, diſce-
dere non magis minori licuit, atque ſi rei cuius ſtabilis aliena-
tio interueniat. Id quia per cõſenſum id genus actioni renun-
ciatur, quæ ad bona immobilia redimenda minori compete-
bat, vnde ſicut bona immobilia citra iuris ſolẽnia alienare mi-
nor non permittitur, ita nec actionem cedere, quæ ad immo-
bilia competit gloſſ. & docto. in l. 1. C. ſi aduer. tranſactio. Bart.
in l. poteſt. ff. de auctori. tutor. & in l. mouentium. ff. de verbo.
ſign. Bal. in conſ. 423. Andreas lib. 3. Alex. in conſ. 31. nu. 12. lib. 1.
quod repetitum in conſ. 111. libr. 4. & apud nos in rubr. ff. de le-
ga. 1. nu. 73. Quod cum ita ſit, nihili conſenſus ſimplex minoris
faciendus, vbi conſtare de eo poſſit, vnde rei ſtabilis & feuda-
lis iacturam non tenuem faceret. Aliter etiam conſenſus is in-
ferius proteritur num. 276. verſic. Secundo vbi conſtare de eo
poſſit, & ſignificantius nu. 283.

Nono impertinentia capitula vſque adeo ſunt, quæ ad con-
firmationem alienationis ſpectant, vt nec actoris ipſius, vel ſi
maior quam annis vigintiquinque eſſet, robur ea accipere cõ-
ſenſu poſſit. Idque ita oſtenditur. Namque formam impletam
reſcripti non eſſe, in obſcuro nõ eſt, quatenus & aduerſarium
id cõfiteri hoc ipſo oſtendimus, quòd cauſas nunc docere per
capitula laborat, ex quibus confirmari reſcriptum poſſet. Sed
199 enim † forma reſcripti nõ adhibita, poteſtatẽm decreti inter-
ponendi & ratam alienationẽ habendi delegatus non habuit.
dict. c. cum dilecta, Ibique cumulate Felin. col. 8. verſic. geſta
contra formam. de reſcrip. Atqui vires ex ratihabitione aut
approbatione partis accipere actus non poteſt, qui defectu
nullus aut vitioſus poteſtatis eſt. Ideo quod à tutore aut cura-
tore actum falſo eſt, ratum minor non habet, Barto. in l. 1. C. in
quibus cauſ. in integ. reſtitu. non eſt neceſ. Guido Papę, q. 320.
circa fin. Æque ratum haberi reſcriptum nõ poteſt, quod im-
petratum ab eo eſt, cui impetrandi ius non competit. c. ex par-
te Decani de reſcrip. gloſſ. in c. nonnulli. §. fin. in verſic. ſpeciali
mandato. de reſcrip. Alexan. in conſ. 135. nu. 5. lib. 2. Fel. in c. cau-
ſam e l. 1. col. penult. verſic. fallit tamẽ. de iudi. Iaſon, in l. ſi pro-
curatori falſo in primo not. ff. de condi. ob cau. Et in actu iudi-
cis, cui iuriſdictio non erat, ratum eum fruſtra haberi, Innoc.
alijq́ue tradunt in c. ſignificauit de teſtibus, Geminia. in conſil.
76. num. 8. in fin. Et in ſpecie formæ non adhibitæ, ex ratiha-
bitione actum non conualeſcere, quem inutilem formę omiſ-
ſio efficit, Cuma. ſcribit in conſil. 178. Theſaurus in tertio du-
bio. per tex. in c. cum in veteri de electio. & in c. licet de regu-
lar. Eodem tex. ſpectat in c. auditis de electio. Bald. huc accedit
in l. obſeruare. §. fin. ff. de officio proconſ. Locum ratihabitio-
ni in actu non eſſe, qui vice formæ mãdatum expoſtulat. Idem
Bald. ſcribit in l. ſi vxorem nu. 3. C. de cõdi. inſer. cum alijs apud
Ruinum relatis in conſ. 69. num. 13. lib. 3. Idem Natta ſcribit in
conſ. 430. nu. 28. Ex formæ item præteritione poteſtatis defe-
ctum, ita vt ratum eum habere non liceat, Pariſienſ. colligit in
conſ. 100. nu. 26. & ſequ. lib. 1. Si actoris conſenſus profuturus
ad alienationem cõfirmandam non ſit, Quo capitulorum ad-
miniculo, actore ipſo diſſentiente, aduerſarium niti.

Conſequens prædictis fit, vitioſam atque nullam vndique
feudi alienationem eſſe. Idq́; perſpicuũ vitium nomine mul-
tiplici declarari. Principio formã reſcripti & decretorum ne-
glectam. Cognitione de cauſis alienandi, nõ adhibita. Id quod
vel aduerſarium ipſum, cum id genus capitula dedit, palam fa-
cere, & vocibus capitulorum prodere.

Secundo ab obreptione vitium, ſeu nullitatem, quã vocant,
planiſſimam fecimus. Obreptum enim tripliciter oſtẽdimus.
Principio, quod fides vlla facta narratorum non eſt per ea, quę
dicta ſupra ſunt nu. 139. & plurib. ſeq. & nu. 151. Secundo, quòd
contra quam narratũ eſt, non obſcure ex aureis 400. ob mer-
ces ſericas, rem ipſam habere conſtat, vt ſupra num. 178. verſic.
Sexto prædictorum omnium.

Tertio, quod numeratio pecuniæ non liquet, vti monſtra-
tum ante habemus nu. 185. Metus his quarto reuerentialis aſ-
ſuitur.

Conſequens his fieri diximus, cum locum alienationi feudi
ex decretis eſſe, narratum principi ſit, contra quàm veritas ha-
beat, & cõtra quam acta ipſa alienationis teſtantur obreptio-
nis vitio eripi partem nõ poſſe. A qua obreptione acta omnia
alienationis perimi, teſtatum ſatis in ſuperioribus eſt, nume-
ro 181.

Apparet etiam ex obreptione hac multifariam demonſtra-
ta, ob cauſas falſas feudi alienationem & alienandi facultatem
200 extortam. Ex falſa plane † cauſa ad irritum actum deduci pro-
culdubio eſt. Idq́; in ſpecie decreti textu declaratur in l. magis
puto. §. 1. ff. de rebus eorum. in l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.
Tradit Card. in conſ. 29. nu. 8. Rom. in conſ. 385. in ſecundo du-
bio, Abb. qu. 3. Sempronius. col. pen. in princ. Dec. in conſ. 351.
nu. 7. & in conſ. 403. nu. 20. Pariſ. in conſ. 89. nu. 59. in cõſ. 100.
nu. 35. l. 1. & in conſ. 12. nu. 63. lib. 2. Cap. Dec. 51. poſt princ. Idq́;
tum etiam obtinet cum expreſſio cauſæ falſæ facta in decreto
non eſt, modo ex actis liqueat Cuma. in conſ. 115. Antonius Be-
nedict. nu. 6. Alex. in conſ. 207. num. 7. lib. 7. Locum etiam id
habet, quamuis cauſę falſitas niſi in parte non interueniat Ca-
pit. d. Deciſ. 51. poſt prin. Idq́; locupletius declaratum ante ha-
bemus, cum indiuiduum eſſe decretum oſtendimus, nu. 132. &
pluribus ſequen. & infr. nu. 252. Hoc amplius, vbi inutilis actus
ob cauſam falſam non fieret, attamen ob cõditionem expreſ-
ſam, ſi veritate preces nitantur, & illam ſi forma ſeruata decre-
torum erit, quæ ex ablatiuis abſolutis ſequitur, decretorum
forma ſeruata, ad irritum omnino conditionis defectu & for-
mæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0040-6

mæ omiſſione actum deduci, ſatis ſuperq; mõſtratum in ſuperioribus eſt,nu.132.& pluribus ſeq.

201 Tertio vitium aut nullitas † venditionis, ex dolo apparet. Qui cauſam contractui bonæ fidei dedit.l. eleganter in princ. Ibique gloſſ.& docto.ff.de dolo.l.3.§.fin.ff.pro ſocio.gl. & docto.in c.cum dilecti in ver.deceptione.de empt. & vendi. Feder.à Senis in conſ.164.licet.Dolum plane ex obreptione probari, dictum & monſtratum ſuperius eſt.nu.183. Sed & ex ſubreptione dolus arguitur,cum verum quis reticet.cap.dudum. 2.§.inſuper de dilectio.capit.1.de filijs preſby.libr. 6.Bal.in cõſil.335.ſtatuto cauetur,quòd nullus nobilis col.1.circa med.verſic.item qui tacuit lib.3.quod iteratum eſt in conſil. 426. lib.5. Idem Bal.ſcribit in conſil.306.proponitur, quod quidam Antoniolus nu.3.eodem lib.5.Abb.in cõſ.109.in 2.dub. lib. 2. Idē ex Rota oſtenditur Deciſ.582.quidam obtinuit col.1. in fine & in fine Deciſionis.in antiq.& apud nos in conſil.68.nu.11. ſi tacendo dolus committitur,quid in eo dicendum, à quo falſum narratur.

Hoc amplius dolum ſuum non obſcure aduerſarius prodit, qui inſcium ſe initio contractus de ijs confitetur, quæ narrata in capitulis ſunt.Eaq́; non niſi tunc cognita habuiſſe , cum capitula ipſa ædidit. Ita ex confeſſione ſua manifeſtiſſimum fit, ex cauſis incognitis feudi emēdi permiſſionem extortam , At-
202 que ideo † quod ignorabat, expreſſum aut narratum in precibus fuiſſe,hoc eſt, cauſas feudi alienandi fuiſſe. Dolum plane in eo argui qui id exprimit,quod ignorat,ex tex. oſtenditur in l.ſi quis affirmauerit.ff. de dolo.in l.Iulianus.§.quod autem. Ibi ſed non debuit facile,quæ ignorabat,aſſeuerare.ff. de actio. empt.gl.& doctores in lege 2.Ibi inde eſt,quod ſua tacita aſſeueratio. ff. quod quiſq; iuris. Paulus de Caſtro.in l.dolum.C. de dolo.& in conſ. 429. in quadam informatione colum. fina. circa prin.lib.1.Calc.in conſ.25.nu.10. Inde periurij reus teſtis habetur , qui quod neſcit , aſſeuerat,vti ſcriptum habemus in conſil. 99.nu. 7. Idq́; vltra ea,quæ ſcripta ibi habemus, ex Innocen. probatur in c. fraternitatis in princip. de hæreti. Alex. in conſ.45.nu.4.lib.2. Quid hic dicendum, vbi ſciens prudenſúe reus inter cauſas alienandi nummos illos aureos quadringentos retulit. In quibus iniquitatem euidentem conſiſtere, demonſtratum ſatis ante eſt.

Satis hæc ad contractum irritandum ſunt, qui peractus cum maiore ſit, quid hic dicendum , vbi pubertatem gener vix ingreſſus aduerſarij dolis,patriſq; reuerentia ductus, ratũ id habuit,ſciens cuius non magis atq; rei inauditæ erat.

Conſequens vitijs aut nullitatibus prædictis fit, læſionem
203 generum ex † toto paſſum. Quæ læſio ad eum modum nõ obſeruatur,quo in patre venditore. Pater enim niſi ex pretio aut paupertate eius metiri læſionem nõ poterat. Filius porro hoc ipſo læſus in ſolidum apparet, quod cauſis falſis erroneiſúe inductus apparet , vt ad feudum alienandum conſenſum præſtaret, contra quam & feudorum iure prohibitum & decretorum eſt.

Inde capitulorũ fruſtratio oſtenditur, qua de pretio mentio iuſto fit. Pretium eſto iuſtum interuenerit,iuri id generi nihilo magis officit.Quem citra vllam pretij reſtitutionem,ad feudum reuocandum patre ſublato,admittendum, teſtatum ſatis initio habemus.

Fundamento & alio, ipſoq́; minime ficulneo, capitulorum ineptia prædictis etiam omnino tacentibus, quæ vocem ſtentoream reſonant, perſpicua fit, quod pacto ab aduerſario paritum de villa ex parte redimenda non eſt.In qua qua re explicanda monendi ſumus, conſenſum generi, agnatorúmue, & approbationem ipſam contractus à ſenatu correſpectiuam,id eſt,reſpectu promiſſionis de redimendo,factam intelligi. Etenim ſi correſpectiua æſtimantur,quę incontinenti poſt actum ſequuntur,l.iuris gentium.§.quinimmo.ff.de pac.l.lecta.verb. dicebam.ff.ſi cert.pet. l. fundi partem. ff. de contrah. emptio. Bald.in l.petens numero quadrageſimo nono verſi. dicunt tamen quod in dubio.C.de pactis.Socin.in conſ.156.nu.12. verſ. iſta enim ſimul.locupletius in conſ.273.nu.3.in fi.verſi. confirmatur hoc, quia ex quo libro ſecundo in conſilio 27. num. 23. lib.4.Corn.in conſ.36.col.2.lib.2.Decius in conſ.245. col.3 . in conſilio 265.columna 2.verſic.tertio aduertendum, & in conſilio 279.colum.fin.& apud nos in conſilio 298.num.13. Quod locum & in actu inter perſonas diuerſas habet,dum negotium tamen præcedens contingat Alexan.in conſil. 25.num. 9. verſic.nec habent obſtare lib.2. Alba in conſilio 70.nu.12.Longe magis correſpectiua habenda erunt, quæ in actu ipſo & vna ſimul cum eo fiunt,quia propter vnumquodq; tale & illud magis Auctent.multo magis.C.de ſacroſanct.eccleſ.& tradit philoſophus. 2. metaphyſi. De quo Bald. meminit in Aucten. res quæ numer.12. C. commu.de lega.Sali.in l.3.C. de litigio. Ancha.in conſilio 245.duo prima dubia nume.2.in fin. Correſpectiuorum plane ea natura eſt, vt vno tacente , alia quoque ſileant,vt vno ſubuerſo,alia quoque pereant.l.etiam.§.ex cauſa. ff.de minor.l.cum emptor in princip.ff.de reſcind.vend.l.Clemens.§.1.ff.de hæredi.inſtitu.l.ſi minor.ff.de lega.1.l. Pamphilo.§.fin.ff.de lega.3.l.filio.§.matri.l.Alumnæ.§.Seia.& l. alteri. ff.de adim.lega.l.fin.ff.de acceptila. Tradit Freder. in conſilio 237.factum eſt tale, quidam nomine Thomeus col. 2. Abb. in conſilio 61.nu.2.verſicu.moueor libro 2. Alexan. in conſil. 111. col.3.verſicu. & attento quod illud capitulum libro tertio.Itaque cum pacto de redimendo obtemperatum ab aduerſario non ſit,& effectu id careat, nõ poſſunt conſenſus generi actoris,agnatorum & approbatio ſeu decretum ſenatus non euaneſcere, vtpote quæ omnia ratione aut reſpectu promiſſionis illius de redimendo interuenerunt.

Eodem & illud ſpectat, contractum vel nominatim reſcindi,quotiens id non impletur , ſine quo cõtractum perfecturus quis non fuerat.l.cum te.C.de pactis inter empt.&vend.l.1.C. de dona.quæ ſub modo.Signorol.in conſilio 185.nu.2.circ.fin. verſi.ſi ergo in hoc facto.Imola.in conſ.39.Soc.in.conſ.26.nu. 5.lib.3.Corſet.ſing.61.in omnibus.Cuma. huc propius accedit in l.ſi ita quis.§.Seia cauit.quem Iaſon ibi refert in quinto nota. ff. de ver. oblig.cum inter tempus certum pretium ſolui ab emptore oportet,ſolutione non facta , contractu ſtare venditorem non compelli.At enim ad contractum conſenſuri venditor,filius,agnati,& ſenatus non erant , niſi ſi redemptio villæ alterius ex parte fieret,vt quam diminutionem ex venditione poſteriore feudum patiebatur, ex redemptione priori emptor ſarciret.Idq; iuris præſumptione iuuatur,credibile quippe non eſt,eam cuipiam voluntatem eſſe.vt ſatis ſit,in partem quid fieri aut impleri.l.fundus ille.ff.de contrah.empt. l. quod ſi vno. ff. de in diem adiectio. l. ſi quis aliam cum ibi not. ff. de ſolut.Soc.in conſ.43.col.2.poſt med.verſicul.quarto & vltimo lib.1.

Secundum quæ , ex capite multiplici liquidiſſimum ius factum generi cõſtat.Ex vitio aut nullitate,ad quam demonſtrãdam argumēta & rationes tot , tantiq; roboris ſpectant. Læſio his accedit ad modum prænarratum declarata. Adminiculum & illud non molle ſuffragatur, quod neglectui habita villæ redemptio eſt.

Tertio principaliter depoſitum genero ſuffragatur. In quo ſciendum,vt mentio in eo facta de redimendo ſit , quod adiectum inſtrumento eſt. Effectum depoſiti tamen ad pàctum illud non accommodari. Principio quod aureos quadringētos depoſitum nõ habet,de quibus ante. Idcirco porro depoſitio facta eorum non eſt, quod reſtitutioni eorum filius non tenetur,qui vti filius non quaſi hæres ad feudum aſpirat , quandoquidem locum alienationi feudi ob aureos illos 400. nõ eſſe, teſtatum ſatis in ſuperioribus liquet. Ex pacto plane de redimendo & aurei ipſi in depoſito numerandi 400. erant. Quocirca niſi tanquam à filio aut agnato,ſeu feudi ſucceſſore depoſitum in ea fieri parte non potuit.

Secũdo cauſa ipſa nullitatis & læſionis expreſſa in depoſito legitur,quæ res niſi ad perſonã ipſius filij , quaſi filij aut agnati
204 accõmodari non poteſt. Quod enim ad venditorē † & perniciem eius attinet,liberũ ei fuiſſe,ex animi libidine cauſaq́; vlla nõ interueniente feudũ alienare , dum iuſſu ſuperioris modo acta res ſit,ambiguum non eſt. Agnatis enim aut filio noxiam alienationem non eſſe,conſtitutum demum legitur. cap. 1. de aliena.feudi pater.Bal.in c.1.§.hoc quoq; nu.16.verſi. ſexta cõcluſio.de ſucceſ.feu.& in conſ.303. quidam nobilis circa prin. lib.5.Alex.in conſ.106.viſo themate circa fi.lib. 4. & in conſil. 15.col.fi.lib.5.& alia nõ pauca. Quocirca niſi ex perſona ipſius

filij & agnatorum expreſſio nullitatis contractus fieri in depo
ſito non potuit.

Tertio proteſtatio in depoſito adiecta, ne citra cautionem
numeratio fieret, reſtitutum iri, quicquid reſtituendum fore
pronunciatum erit. Quæ proteſtatio ad pactum congruere de
redimendo nō poteſt, vtpote ex quo parti non deponenti re-
ſtitui pecuniam oportet.

Hoc ita prænarrato, vt ad ius agnati, non etiam hæredis vē-
ditoris, aut ad pactum ipſum de redimendo, depoſiti effectus
pertineat. Conſequens fit iure agnati aut ſucceſſoris in feudo,
depoſitum conſiſtere, quamuis ad pactum de redimendo ver-
205 ba ſpectent. Id quia † ab effectu, non à verbis fieri denomina-
tionem oportet, vbicunq; contrarius verbis effectus eſt. l. ſcire
leges. ff. de ll. l. ſi tam anguſti. ff. de ſeruitu. l. pen. §. fi. ff. de con-
253 Secundo reſpondetur,hoc ipſo læſum † non minorem tantum,verum etiam maiorem intelligi, quod aſſertioni contrahentium credidit,feudi locum videlicet alienationi eſſe,& ob cauſas neceſſarias venditionem fieri, quod ſecus eſſe, declaratum ſupra nec ſemel eſt. Quocirca rectum æquumúe eſt, ita læſo & decepto ſubueniri.l. ſi quis affirmauerit l. cum à te & l. ſi legatarius l.hæredibus in fi.& l.ſeq.ff.de dol.l.3.ff. ad Maced. l.Zenodorus.C.eod.tit.l ſi alterius. C.ſi minor ſe maiorem dixe.l.3.C.com.vtr.iud.Bal.in conſ.312.ſi ita eſt in prin.lib.2.cum alijs apud nos relatis in conſ.157.num.14.& ſeq.Quibus Ruin. accedit in conſ.137.nu.11.lib.3. Alba in conſ.9.nu.50. Quæ reſponſio ad confeſſionem etiam elidendam ſanè quam prodeſſet.vbi vera omnia & ſingula eſſe,cõfeſſus minor eſſet. Quod factum nequaquam eſt.

254 Non obſtat,probationem † vllam præſtitam metus reuerentialis non eſſe. Mirum quippe ſatis facere in aduocati peritia nequeo,qui hoc genus argumento vſus apud ſenatum ampliſſimum ſit. Cum hoc ipſo metum reuerentialem iura doct. que metiantur, quod ad compendium aut impulſu eius quid ſit,cui honorem reuerentiamúe,aut obedientiam quis debet, veluti cum patri contrahenti in eo filius filiaúe cõſentit,quod ipſi obſtat,aut ad incommodum eius recidit.l.1.§. quæ onerãdæ.Ibiq; Bart.& alij.ff.quarum rerum actio non da.l.pen.ff.de furtis.c.cum virum de clande.deſpon.c.ſciant cuncti.Ibiq; Io. Mona.& alij.de electio.lib.6.c.quicunq;. Ibiq; Archid.& alij. de ſent.excom. lib. 6. Rota deciſ. 453. dubitatur an valeat reſignatio.in nouis.Inde ad alia aduocati eiuſdem animaduertere eruditionem licet.Sed enim ingenij ſui ſpecimẽ dare, qui perſpicue magis,atq; ex eo poterat,quod recens cognita capitula habuiſſe aduerſarium dixit. Quam rem aduerſario ipſi fatalẽ, ſatiſq; ad capitula eius propulſanda eſſe, apertiſſime in ſuperioribus oſtendimus nu.173.

255 Non obſtat, quod aduerſus † depoſitum obijcitur,recipiẽdum id nõ eſſe, cum opus ſoluto eſt. Ex his enim profligatum apparet,quæ ſcripta ſuperius ſunt nu. 207. vtile depoſitum de pecunia qua eſſe,vbicunq; liquidum debitum non eſt,cautione de ſupplẽdo,idonea præſtita. Sed & poteſtatis eiuſdẽ oblationem verbis factam ibi oſtendimus, quotiens certum debitum non eſt,& plenius nu. 209. vnde ad eum caſum argumentum pertinet,quo certum,liquidumúe debitum eſt. Ibi enim ſolui,non deponi pecuniam oportet.

Secundo reſpondetur,locum argumento non eſſe,vbicũq; ex cauſa qua iuſta pecunia deponitur. Solutionis tum enim vicem obtinet.l.qui mutuam.§.1.ff.manda.l. fideiuſſor qui. ff. manda.vbi qui pecuniam minori debet, ſi ab ætate metuit,ſatis eſt,ſi publice pecuniam deponit. At enim cauſam iuſtã deponendi haud dubie actor habuit. Quãdoquidem pretio feudi reſtituendo eum non teneri, ſatis ſuperq; perſpicuum factũ ante eſt num.21. Et cum pecuniam reſtitui non ampliorem ex decretis oporteat, quam quæ in cauſas accepta neceſſarias ſit,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0047-6

vti dictum in ſuperioribus habemus. Idq́; incertum ſit. In re
hac incerta repudiari depoſitum nequit, vtpote liberalius,
quam res poſcat. Qua ratione proteſtatio adiecta, reſtitutum
iri, quicquid vltra depoſitum inuenietur quam debitum ſit.

Tertio reſpondetur. Locũ depoſito haud dubie eſſe, quo-
tiens pecuniam oblatam aduerſarius aſpernatur. l. acceptam.
C. de vſur. l. creditor. C. de pignor. l. 1. C. qui potior. in pign. ha.
Pecuniam plane depoſitam ab aduerſario reſpui, acta decla-
rant.

256 Non obſtat, firmitatem † in depoſito non aliter eſſe, quam
ſi oblatio facta pecuniæ ſit d. l. acceptam in princip. Ibiq; Bald.
in 1. nota. Iaſ. in conſ. 9. numer. 15. lib. 1. Gurti. minor in conſ. 28.
num. 1. Quoniam profutura oblatio non erat, quatenus in ma-
nifeſto eſt, pecuniam ipſam admiſſurum aduerſarium nõ fuiſ-
ſe, qui ne nũc quidem accipere eam vult, ob id in culpa aliqua
actor non fuit, quod oblationem omiſerit, quæ profutura non
erat. l. arbiter calendis. ff. de arbitr. l. Idemq́;. §. pen. ff. manda. l.
ſi ea res in princip. ff. de actio empt. l. & in totum verſic. item ſi
ob id. ff. rerum amo. l. ſi. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſer. l. 2. §. pen.
verſic. ergo etiam ſi mater. ff. ad Tertullia. l. ſi alius in verſic. æ-
que perituris ædibus. ff. quod vi aut clam. codic. vt circa in fin.
de elect. glo. in leg. ſi ideo in princip. ff. de euictio. Oldradus in
conſilio 136. quod ex productis num. 5. Pro qua ſententia te-
ſtimonia & alia doctor. producta à nobis ſunt in conſ. 83. nu. 5.
Atque in ſpecie oblationis neceſſitatem eius remitti quotiẽs
conſtare poteſt, recuſatum eam à parte iri, ſcriptum & demõ-
ſtratum ſupra habemus nu. 210.

257 Secundo reſpondetur, dilatoriam † id genus exceptionem
eſſe, per quam ante quid faciendum fuiſſe obijcitur. Quod ad
rem enim attinet, quorſum depoſito oblationem præuerti,
dum vere modo id fiat. An non depoſitum ipſum admittere
perinde aduerſario licet, vt ſi oblatio facta pecuniæ ſit. Idque
ratione validiore ex Baldo iuuatur in conſilio 427. quædam
mulier in fin. libro quinto. Quod inter Roman. inſertum re-
ſponſa legitur in conſ. 451. ad exceptionem dilatoriam ſpecta-
re, quotiens inſcriptionem ad pœnam talionis faciendam cui
obijcitur. In qua re pluris nõ paulo, quàm in oblatione omiſ-
ſa opponentis intereſſe, proculdubio eſt. ſi quidem difficilius
pœnæ talionis formidine, ad falſum obijciẽdum quiſpiam ag-
greditur. Exceptionibus plane dilatorijs locum non eſſe, dilu-
cide monſtratum ſuperius eſt, numero ducẽteſimo trigeſimo
ſeptimo, & ſequ.

258 Tertio reſpondetur, ſolennitatem † hanc oblationis in de-
poſito præuertendæ, à iure ciuili inſtitutam. Cui nominatim
derogatum à principe eſt. Poteſtatem cuius in controuerſiam
nõ vocari, declaratum in ſuperioribus habemus, numero du-
centeſimo trigeſimo octauo, & ſeq. Id quidem maxime, quòd
diſpẽdij quicquã ex derogatione hac omnino pars non ſubit,
cui incolumes factæ exceptiones eius ſunt, quæ ſubſtantiã eius
contingunt, quod parcum puta ſit, aut ratione qua alia abijci,
quam ſolennitatis vitio debeat. Eodem & illud Guidonis Pa-
pæ ſpectat in conſilio octuageſimo ſecundo, numero decimo
in conſilio 178. in quinto dubio. & in conſilio ducenteſimo
quinto, in ſexto dubio. Liberum principi eſſe, reſcribere, ne
vitio aut nullitate, quam vocant, acta oppugnentur. Cæterum
ad vitium depoſiti exceptiones id genus pertinere, quis non
videt. Sed quid in principe dubitamus, Tolli ne ab eo nulli-
tas poſſit, quatenus & ſtatuto id fit Fulgoſ. in conſilio centeſi-
mo octuageſimo, viſo proceſſu colum. 1. per tex. in clem. 1. de
re iudi. De quo cumulatius apud Decium poſt alios. in cap. ex
part. 2. de offi. delega.

259 Non obſtat, citationis omiſſæ † vitio depoſitum laborare,
quod diluere princeps non permittitur. Quoniam ex depoſiti
ipſius lectione apparet, præmitti citationem principe iuben-
te, non potuiſſe. Cæterum ius contra depoſiti dicendi inte-
grum factum aduerſario eſt, vt ſimiliter impugnare id liceat,
atque ſi præuerſa citatio ſit. Quod cum ita ſit, damni quicquã
ex ordine hoc mutato pars non ſentit. Quid enim per deos re-
fert, ante an poſt depoſitum impugnetur, cum effectum ante
depoſitum non habet quàm diſceptatio plena facta de eo ſit.
Atque id genus depoſitum valere, iure illo notiſſimo oſtendi-
tur, nihil intereſſe, tempore habili quid fiat, an tempore inha-
bili factum inhabile conferatur. l. eum qui. Ibíque Decius in
quarto nota. l. penultima. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. l. quia. 2.
ff. de donatio. inter virum & vxorem, l. in tempus. ff. de hære-
dibus inſtitut. l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nup. ſatis igitur
ad vigorem depoſiti erit, firmitatem eius in temporis id con-
fiteri, cum diſceptatio litis facta ſuper eo erit, admitti nec ne
ipſum oporteat.

260 Secundo in ſpecie citationis, ex eo † reſponſio noſtra iuua-
tur, quòd in citatione dici die feriato facta ſolet, ad irritũ eam
non deduci, quotiens die feriato ita citatio fit, vt die non feria-
to ad iudicium veniatur. Ita tempus inhabile citationis non
ſpectatur, dum in tempus habile tamen effectus eius confera-
tur Barto. & alij. in lege prima. §. nunciatio numero trigeſimo.
ff. de oper. noui nuncia. & in tractatio. de citatio. quæſtio. ſe-
ptima. Idque locum & in die ſuperis ſacro habere, Guido Pa-
pæ ſcribit. quæſtio. 215. colum. 2. in conſ. 178. num. 9. & in conſ.
05. num. 13. Et quamuis à controuerſia in die ſacro vacua res
non ſit, attamen recipi id conſuetudine poſſe dict. quæſtio. 7.
Barto. admittit. Idem in notula eius habetur in dict. §. nuncia-
tio. Si morib. introduci id poteſt, longe magis à principe, qui
robur conſuetudini tribuit. leg. de quib. ff. de ll. §. ex non ſcri-
pto Inſtitutio. de iure nat.

261 Æque conſuetudinem pro arbitrio † princeps abrogat, cũ
à iure ciuili ſit. l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viola. l. eos. C. de vſu. Au-
cten. omnes peregrini. C. ne filius pro patre. Auctent. nauigia.
C. de furtis capit. 1. de conſtitu. libro ſecundo. Clemen. 2. §. vt
autem. Ibíque Cardin. in ſecundo nota. tex. alios referens. de
religio. domibus cum alijs apud nos aggregatis in tracta. de an-
tiquit. tempor. parte prima, numero decimo tertio, & parte
quarta nu. 20.

Tertio in ſpecie citationis, ratione etiam fortiore ſenten-
262 tia hæc iuuatur. Namque fas † iudici eſt, initium ab executio-
ne ſeu præcepto facere, dum ſaluum ius tamen parti fiat. Ita vt
cõtra opponere præceptum ipſum liceat, veluti cum cui quid
præcipit, clauſula adiecta, vt ſi grauatum ſe ſentiat, cauſas op-
poſitionis dicat gloſſ. & docto. in lege de pupillo. §. meminiſſe
in verſicu. cum. ff. de oper. noui nuncia. Quod cum ita ſit, in
poteſtate iudicis fuerit, depoſitum id genus admittere, partis
tamen iure ſaluo, ita vt aduerſus depoſitum ipſum opponere
parti liceat. Si iudici id conceditur, quid in principe dicẽdum.
§. filiusfamilias verſiculo. quis enim patiatur. Inſtitu. quibus
modis ius patrię po. ſolui. Integrum igitur principi fuit, depo-
ſitum id citra præiudicium partis agnoſcere, quatenus tãtun-
dem concedi & iudici, inferioribuſq́; ſolet.

263 Quarto meminiſſe debemus, ratione † præiudicij citatio-
nem introductam, vtpote quæ ad defenſionem ſpectat, quæ
iure permiſſa naturæ eſt. Ea ratione à principe eam non tolli
dicimus l. adoptio non iure facta. Ibiq; gloſſ. & Bartol. ff. de a-
doptio. capit. primo de cau. poſſ. & proprie. Clemen. paſtora-
lis. §. cæterum de re iudic. Alexandrinus in conſilio vndecimo,
numero primo, libro ſeptimo. Fel. in c. quæ in eccleſiarum nu.
66. de conſtitut. Et apud nos in conſilio quinto, numero ter-
tio. Proinde nihil refert, ante actum, an poſtea citatio inter-
ueniat, modo ius læſum partis non ſit. Similiter vt in conſen-
ſu dicitur, qui præiudicij ratione exquiritur, ad rem non atti-
nere, ante actum, in ipſo actu, an poſtea interueniat. l. in con-
cedendo. ff. de aqua plu. ar. l. iubemus, C. de emanc. lib. c. quod
ſicut cum ibi not. de elect. Innoc. & alij in c. conſuetudinis de
conſuet. Gemin. in conſ. 45. in quinto dubio. Card. in conſ. 62.
nu. 3. Ang. in l. per fundum col. 1. ff. de ſerui. ruſti. præd. Dec. in
conſ. 144. col. 1.

264 Quinto à Caſtren. extra controuerſiam † omnem res poni-
tur in conſ. 172. videtur dicendum, quòd dictus notarius col. 2.
circa med. lib. 2. Superuacuam citationem in actu eſſe, in quo
reſeruatio iuris facta partis cenſetur: veluti cum parte non ci-
tata, à protocollo alieno inſtrumentum deſumitur, idque ex-
tenditur. partis enim citationem in genus hoc extenſione nõ
exquiri. Id quia ſaluum ius factũ partis creditur. Si impugnan-
dum inſtrumentum duxerit, ita vt ad eum extendi modum nõ
potuiſſe doceat. Si vires mero iure inſtrumenti extenſio ha-
bet, inferioris iuſſu, reſeruatione etiam iuris tertij expreſſim
non facta. Quid in depoſito dicendum, quod principe factum
mandan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0048-2

mandante eſt. Cum integrum ius opponendi parti eſſe, nunquam deponens non dixerit.

Apparet ex his, quod dicitur, citatione depoſitum, actúmue alium nō carere, & ea omiſſa, inutilem actum effici, ad eum caſum pertinere, quo excipiendi & defendendi facultas parti eripitur, quæ vocata non ſit, quia ad effectū actus perducatur. Aliter atq; iure partis ſaluo expreſſim aut tacite actus fit. Ibi enim viribus eum citationis defectu, non tabeſcere, quatenus impugnandi facultas nō denegatur. Et pro eo res eſt, vt ſi præmiſſa citatio ſit. Præmiſſa enim quantum ad effectum apparet. Cum effectus omnis citationis cōſiſtat. Quod cū ita ſit, ſpeciē
265 † verborum, nō effectum, partis aduocatio animaduerſam habuit, quæ conatibus tam acerrimis atq; importuniſſimis negotij tantum in depoſito ad memoratum modum admittēdo fecit. Ita vt curatoris litis pro genero ſocerum, non citra grauiſſima eius iuxta à corpore, atq; ab animo incommoda, partes ſuſcipere oportuerit. Inde coniecturam facere non obſcuram licet, ſoceri ne animo ductus Crauetta fuerit. Quā ipſam rem litis etiam euētus de ſpecie hac depoſiti planiſſimam fecit. Nō aliud in negotio principali futurum ſpes eſt. Siquidem Ioue non iniquo, quod mihi polliceri non dubitem, litis explicatio fiat. Quicquid aliter ſibi animo plus ſatis magno diuerſa pars blandiatur & ſpondeat. Cæterum fortiſſima ad extremum, omnium veritas. l. fina. in fi. ff. de probat. Eſdræ libro tertio, c. 3. Quod ſi ius ſibi ſuffragari tam optimū autumat, quo id genus ſuffragia, adminiculaq; ambire? Iuſtiſſimum ius hoc palàm modo patrocinatio eius faciat. Animorum nunc viribus vtendum. Iam tempus monet, vt ſuæ quiſq; gloriæ conſulat. Occaſionem & facultatem laudis ſuæ teſtificandæ, quin tam pulcherrimam hic vrget. Ad prouinciam tā memorabilem, tamq; feriam dies hæc vocat. Quod ſi lupum in fabula eſſe aduerſarij ſuſpicantur, ſuo ſe ſilentio ne quidē obſcure mediocriterúe lædunt.

Et quamquam otioſa diſputatio hæc de citatione eſt, vtpote conſilij ſupremi celſitudinis ſuæ iudicio definita, argumenta hæc tamen commemoranda duxi, quo in manifeſto omnibus iniuria fiat, quam ab aduerſario tam inclementiſſime, & de re nihili, paſſi cum genero ſocer ſunt. Meliora ſuperbi quæſo.

266 Cæterum quia in ſpecie † depoſiti apud conſilium alrit. ſuæ tractanda, memoria habita de periculo pecuniæ eſt, tametſi abundans tractatus id genus ſit. Siquidem periculi omnis ſecura res videtur. Compendio tamen atque ſummatim explicandum id cenſui: hoc eſt, aduerſario ipſi pecuniam peiturā. Periculumq; omne ab aduerſario ipſo præſtādum. Idq; ratione non meritoria neque obſcura ita oſtenditur. Namq; ſi admiſſum depoſitum à parte & ſolutum ei ſit, dubitandum non eſt, quin periculum omne pecuniæ eius ſit, vtpote in dominio eius pecunia facta. l. neceſſario. ff. de peri. & commo. rei vend. l. Lucius. ff. de euictio. l. quę fortuitis. l. ſi nulla & l. pignus. C. de pigno. actio. Tantundem probandum, cum per aduerſarium ſtetit, quominus ſolutio ei pecuniæ fieret, ne ex mora ſua damnum deponens ſubeat. lege prima in princip. ff. de alien. iudic. mutan. cau. fac. cum alijs ſupra coactis, nume. nonageſimo primo & ſeq.

267 Secundo cum in mora depoſiti † accipiendi creditorem eſſe, ex his appareat, quæ verbis pluribus ante ſcripta in depoſito ipſo ſunt numero 207. & numero 255. pro ſoluta aut accepta pecunia in odium & perniciem eius habetur, qui reus moræ eſt Bart. in conſ. 133. ſtatuto ciuitatis Eugæ. Bal. in l. fin. nu. 2. C. de dotis promiſſ. Alexand. in l. ſi donaturus. §. 1. nu. 7. & ſeq. ff. de condi. ob cau. in l. Sed hoc ita. ff. de re iudi. in conſ. 63. nu. 19. libro 4. Socin. in l. de diuiſione numero quinto. ff. ſolut. matri. Ruin. in conſilio 225. col. 1. libro primo, & in conſilio centeſimo trigeſimo tertio, numero ſeptimo, libr. 4. Crot. in Rubri. ff. ſolut. matri. num. 85. verſic. Secundus caſus. Ibiq; Nicolnit. numero 176. in fin. verſic. Secundo vero caſu. Capit. Deciſ. 176. numer. trigeſimo, & nu. tribus ſeq. Quibus in locis habetur, ad dotem promiſſam ſtatutum pertinere, quo dotem datam lucri maritus aut cunctam aut in partem facit, quotiens ſolutioni dotis promiſſæ facta mora eſt. Æque pro apprehenſa poſſeſſio, in perniciem partis habetur, quam facto eius apprehendere iniuſto non licet. l. ſi finita. §. illud. ff. de dam. infe. l. cum vnus. §. fin. cum l. ſeq. ff. de bonis autori. iudic. poſſid. c. contingit de dolo & contu. cum alijs apud nos collectis in cōſilio 376. numero 21. & ſeq. Quibus Bartol. accedit in lege prima in princip. numero vigeſimotertio. Ibique Iaſon. num. 96. verſi. item quærit Barto. vſque ad num. 101. Ibique etiam, Horman. nu. 68. ff. de acquir. poſſ. Ius idem renunciationis eſt, quę fieri debet, vt pro facta habeatur, renunciandi mora interueniente, cum interpellatus vt renūciet, facere id detrectat. Roman. in conſ. 523. num. 17. vbi ex textibus non paucis id confirmat. Qua ſententia Dec. vtitur in c. porrecta col. 3. circa med. verſi. & confirmatur, quia in caſu ſupradicto. de confir. vtili vel inutili. Pro facta etiam prædij menſura habetur, quotiens per contrahentem alterum ſtat quo minus fiat, vt purus cōtractus æſtimetur, atque periculum eum ſequatur, qui in modo ipſo faciendo moram admiſit Capit. deciſ. 14. num. 18. argument. l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emptio. & le. in executione. §. fi. ff. de verb. oblig. vſque adeo porro pro facto ex mora habetur, quod fieri debuit, vt non modo moræ id reo, ſed & tertio noceat. verbi gratia morā hæreditati adeūdæ hæres facit, pro adita non ſolum contra hæredem, verum etiam in diſpendium tertij habetur, ad quem tranſlatio ipſius facta hæreditatis erat, caſu quo ante reſtitutionem fideicommiſſi ſubſtitutus decederet. Atq; ideo hæreditatem ipſam nō aditam nec reſtitutam ad hæredes ſuos in tertij necem ſubſtitutus trāſmittit, quia vita functus ante ſit, quam adita reſtitutáue hæreditas eſſet. Socin. in l. cum filio colum. penul. verſic. Sed tu reſponde ad hanc rationem. ff. de lega. 1. Sed enim lucri ibi omiſſio non damni cauſa agitur. Ad lucrum enim tertius per iniuriam inuitaretur, ſi tranſmiſſioni locus hæreditatis nō ſit. Vnde cum pro accepto depoſitum habeatur, quod accipere pars noluit, non poteſt interitus aut periculum eius aduerſarium non ſequi.

268 Tertio in ſpecie atque nominatim, † creditori pecuniam perdi, & ad creditorem periculum pertinere, qui ipſam accipere pecuniam noluit, ex text. declaratur in l. ſi opera. ff. de except. doli. in l. ſi ſoluturus. in l. qui decem in princ. & in le. ſi debitor offerret. ff. de ſolutio. Quocirca aduerſarij erat pecuniā oblatam admittere. Quo non præſtito, nō poteſt eius periculum non fieri. Glo. huc ſpectat in l. penul. in gloſ. fin. C. de peri. & com. rei vend. venditoris rei venditæ periculum eſſe, quod poſt moram eius contingit. Quinetiam vbi à quopiam periculum rei ſuſcipitur, præſtandum tamen ab eo nō erit, vbicunq; facto id aut partis culpa accidit l. cum proponas. Ibiq; Bart. & Bal. C. de nauti. fœn. Roma. ſing. 436. Tu ſcis quod quis. Alex. in conſi. 84. lib. 6. Et quæ ſermone non parco ſcripta ante ſunt num. 87. cum damnum ſequi, vitio aut culpa cuius id accidit.
269 Quod vero aduerſus depoſitum † obijcitur, parcum id, & de ſumma factum integra non eſſe, confutatum ex ſuperioribus apparet, num. 207. circa fin. vbi copioſius, quam res ferat, depoſitum oſtendimus. Idq; & ea docēt, quæ ſcripta infra de fructibus reſtituendis ſunt nu. 286. Æq; ex ſuperioribus profligatum & argumen. illud liquet, iudicis ſui autoritate depoſitum factum. Immo enim iudicis pluſquam ſui iuſſus interuenit, id eſt, principis. Quo iubente, ita interpoſitum eſt. Iudicū quippe iudex princeps habetur, capiti cuius nemo anteſtat. Bald. in conſil. 333. ad intelligentiam. colum. 1. lib. 1. Sed & Dei legatum aut proconſulem, principem Bal. ſcribit in titu. de pace Conſtan. in princip. Dei item in temporalibus vicarium principem Bald. ait in c. ſignificantibus in fin. de offic. delega. quem Curt. ſen. refert in conſil. 65. num. 5. circa med. verſic. ſic etiam rex. Et quod de rege Francorum Bald. ſcribit, in c. 1. §. fin. numero 24. de prohib. alien. feudi per Frede. numen quoddam corporale in regno ſuo eum eſſe. Inde oraculum cœleſte principis reſcriptum Tex. nuncupat in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl. Ibiq; gl. in verſ. cœleſte, rationem affert, quoniam vt cœleſtis in cœlis Deus, Ita cœleſtis princeps in terris eſt. Æq; diuinas principis aures tex. ait in l. fin. in princip. C. de acquiren. poſſ. Principis itē præcepta, diuina tex. aſſerit in l. 1. C. vt digni. ordo ſerue. lib. 12. Eodem gloſ. ſpectat in Aucten. de hæred. & Falc. in rubri. Quod à principe fit, non quaſi ab ipſo, verum vti à Deo factum intelligi. De qua gloſſ. Bald. meminit in c. 1. §. 1.

num,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0049-0

num.3.in fin.de noua forma fideli.Inde à cœleſti arbitrio prin-
cipis motum pendere,tex.ait.in l.1.in fin.C.de ſum.trin.& fide
cath.Quem Afflict.vocat.in c. 1. nu. 40. de aliena. feudi pater.
Quo magis admirer, apud iudicem alienum depoſitum factũ
nullo à parte pudore obijci.
Non obſtat, quod de aureis 400.dicitur, creditoribus alijs
270 † venditoris iuſſu eos ſuperioris numeratos. Atque liberatio-
nem in ea ſumma aduerſario quæſitam, ſimiliter vt in eo dici-
tur,qui propter repreſalias pro alio ſoluit,indemnitatem ei à
debitore præſtandam. Quoniam retorquendo, argumentum
diluitur. Locum quippe ita argum. habet,ſi iuſte conceſſæ re-
preſaliæ ſunt,aliter atque ſi perperam aut nõ recte. Quoniam
ad incommodum creditoris recidere iniuriam non conuenit,
quam quiſpiam patitur.l.ſi per imprudentiam in princip.ff.de
euictio.l.penul.cum ibi no.ff.ſolu.ma.l.exceptione.ff.fideiuſſ.
l.2.Ibique Bald.C.quod metus cau.le.ſi te bonis.C.de iure de-
liber.c.fin.de emptio.& vend.Oldr.in conſ.218.gratia num.2.
Atque in ſpecie ſolutionis quotiens pro alio ſoluere inique
quis compellitur,ne alij iniuria hæc noceat, ex tex. demõſtra-
tur in d.l.exceptione.ff.de fideiuſſ.gloſſ.& Bar.in l.nam & Ser-
uius.ff.de neg.geſt.Bald.& alij in d.l.ſi te bonis. in conſ. 359.in
cauſa & occaſione lib.4.Paul.de Caſt.in conſ. 136. viſis & con-
ſideratis omnibus colum.3.poſt med.lib.1.Abb.in conſ. 7. nu-
mer.2.in conſ.49.num.3.verſic. Secundo principaliter moue-
or.lib.2. Alexand.in conſ.103.num.14.& ſeq.lib.2. Aret. in cõſ.
35.num.2.Ruin.in conſ.107.num.11.& in num.13.poſt princip.
lib.5. Sed enim non apparet id genus creditores fuiſſe, quibus
ſolutionem factam pars aſſerit, vt eis ex feudo fieri ſatis debe-
ret, hoc eſt, ob cauſas neceſſarias debita illa & numeratione
interueniente contracta, ita vti expreſſum decretis eſſe, non
obſcure declaratum in ſuperioribus habemus. Namque cum
271 † aliter liberatio contingere debitori nequeat,qui nolens ſeu
coactus alij ſoluit,niſi ſi iuſta coactio ſit, qualitatis huius præ-
ſtanda probatio erat.l.habebat.ff.de inſtitor.l.ait prætor.ff. de
vi & vi arma.l.denunciaſſe poſt princip.Ibique Bar. ff. de adul.
c.dudum.2.de electio.c.ſi forte eod.tit.lib.6.gloſſ.in cap.ab eo
eod.tit.& lib.& in c.venerabilis in gloſſ. penul. de ſentent. ex-
comm.lib.6.Bald.in conſ.459.viſa dicta petitione col.fi. lib.4.
In quam ſententiam non pauca Corſet.accumulat ſingu.269.
vbi requiritur.
Secundo reſpondetur,creditores veri eſto fuerint, quibus
à ſe ſolutum aduerſarius ait. Ad eos pertinere decretum fac.
272 Nihilo magis ob id excuſatus aduerſarius erat,quoniã † quod
in ſe erat, præſtare debuerat hoc eſt ſuperiori, à quo cogeba-
tur,exponendũ,pecuniam ipſam in villæ feudalis redemptio-
nem, & ad filij vix puberis vtilitatem ſenatuſque decreto ero-
gandam. Atque ideo detrimẽto per graui affectum minorem
fieri, ſi villæ facta redemptio non ſit. Ad quem modum diffici-
lis impetratio non fuerat, vt in quam cauſam deſtinata pecu-
nia erat, in eam erogaretur. Proinde culpæ eripi aduerſarius
nequit,à quo impetratio facta eius non eſt, quod facile impe-
tratu erat,neque mutat, ſi vana repulſionis ſuſpicione id ſe nõ
impetraſſe dicat.l. Sed & ſi per prætorem. §. hæc clauſula verſ.
Sed & nec ad eos.ff.ex quibus cau.maior.l.3.§.vſuras.Ibi ſiqui-
dem non poſtulauerit.ff.de contrar.iudic.tu.l.1.§.penult.ff.de
aqua quoti.& æſti.Roma.in conſ.332. numero ſecundo verſic.
tertio quia. Quid autem facilitatem impetrationis obſerua-
mus,immo enim tantundem admittendum,cum difficilis im-
petratio eſt,vt peti ſaltem aut narrari id oporteat, ſcriptum a-
pud nos legitur in conſ.64.in fi.
273 Ex Baldo reſponſio hæc iuuatur † in l. falſus num.trigeſimo
primo.C.de furtis. In culpa eum intelligi, qui alij ſoluere, quã
creditori cogitur, ſi illicito ſoluit. Non nihil enim ſuſtinen-
dum,immo quicquid ſalua honeſtate poteſt, ante ferendum,
& præſtandum, quàm alij ſolutio fiat. Cui dicto Alba adſcribit
in conſilio 3.numero 8.poſt med. Calca. huc accedit in conſil.
81.ante fi.verſi.præterea etiam poſito. Omni conatu à debito-
re reſiſtendum,ne alij ſoluat. Sed & appellationem ab eo ad
ſuperiorem interponendam,per tex.in l.ait prætor.§.permit-
titur.ff.de minor.Conſequens his fit, illud ſaltem à ſuperiore
petendum,vt ſenatui cauſam delegaret, decreto cuius ad vil-
lam redimendam cõſtituta pecunia erat. Decreti cuius ſi me-
moria habita apud ſuperiorem fuerat,quis adducatur, vt cre-
dat, tanti ſenatus inſtitutum rumpere in animo ſuperiorem
habiturum. Et obſeruandum, ad eum caſum Bald. & aliorum
dictum pertinere, quo ex ſolutione alij facta liberatio contin-
git. Quid hic dicendum,vbi contingere liberationẽ non oſtẽ-
dimus.
274 Tertio culpæ pars tenetur, quæ certiores † minoris cura-
torem alióſue, quorum intererat, præcepti id genus non fe-
cit,vt reuocationem eius curarent.l.qui abſentem.Ibiq; Bart.
ff.de procur.l.ſi fideiuſſor.§.ſi cum debitor.ff.manda.l.1. C. de
peri.& commo.rei vendi.l.emptor.l. authore laudato. l. ſi pa-
rentes. & l.empti actio.C. de actio.empti.ca.fin.de emptio. &
vendi. Apposite huc Caſtren.alijq; quadrant in l.de pupillo.§.
nunciationem col.2.circa prin.verſi.aduertendũ tamen,quod
licet.ff.de oper. noui nuncia. Cum nunciatione noui operis
domino abſente facta, à fabris opus perficitur, quod intereſt
ab eis dominum conſequi, qui opus ipſum demoliri iubetur,
quod nunciatione peractum ſpreta eſt. Id quia in culpa fue-
runt, cur certior ab eis nunciationis factus dominus non eſt.
Quam ſi cognitum habuerat, remedijs iuris vſus veriſimiliter
fuiſſet,vt remiſſio nunciationis fieret per text. in l. item quæ-
ritur.§.exercitu.ff.loca.iuncta l.licet.§.fin.ff.nau.caupo.ſtabu.
& l.ſi ſeruus.§.ſi fornicarius.ff.ad legem Aquil.Si culpæ ob de-
nunciationem prætermiſſam fabri tenẽtur, à quibus promiſ-
ſio vlla facta ob eam rem non eſt. Quid in debitore proban-
dum, qui quod debet, in villam impendere redimendam te-
netur. Eiuſdem generis eſt, quod Caſtrenſis ſcribit in l. fin. ff.
de ope.noui nuncia. Quod intereſt emptori à venditore præ-
ſtandum, qui nunciationem noui operis emptori ipſi non de-
nunciat,per tex.in l.1.§.1.ff.de actio.empti.
Culpa igitur in aduerſario circa ſolutiones, quas excuſat,
admiſſa,nihil eſt,quòd prætextu id genus vtatur reg.damnum
libro ſexto,cum alijs, quæ non inſcite neque parce ſcripta in
ſuperioribus ſunt, numero octuageſimo ſeptimo. Et quæ ad-
notata ſupra habemus numero ducẽteſimo ſexageſimo ſepti-
mo,& duob.ſeq.eius periculum eſſe,culpa cuius euenit. Quid
autem culpam reo aſcribimus,quod à ſuperiore præcepti re-
uocationem non poſtulauit, quod ſtudium omne non adhi-
buit, ne alijs ſolutio fieret, quod minoris adminiſtratoribus
275 denunciandum præceptum non curauit. Immo enim † doli
ob id tenetur, quod remedijs vſus memoratis non eſt Baldo
auctore in conſilio tricenteſimo nonageſimo quinto,pro do-
mino Dinaldo numero quarto, verſiculo quinto,quia ſaltem
libro ſecundo.Ibiq; in ſpecie denunciationis omiſſæ loquitur.
De quo dicto memoria habita apud nos eſt in cõſilio nonage-
ſimo ſeptimo,numero 7. Quo loci & ea ſpectant, quæ ſcripta
apud nos ſunt in conſilio 242. numero decimo octauo, & in
conſilio 192.numero quarto doli reum haberi, qui de iuribus
ſuis certiorem alium non facit. In eandem ſententiam & illud
eſt,in eum doli præſumptionem incumbere,qui id non facit,
quod fieri ab eo debet, vti ſcriptum habemus in cõſilio ſexto,
num. 96. in conſilio 115. numero ſecundo, in conſilio 172. nu-
mer. quinto. Quem dolum perſpicuum magis ex his facerem,
quæ de viris audita illuſtribus habemus. Sed enim ſimilem me
aduerſarij præſtarem,ſi probris cum eo cõtenderim ſuas quiſ-
que ſuperis pœnas daturus. Apud quos planiſſimum fiet, vtra
partium ab æquo,rectóue ſtet. Idq; & lector candidus, quod
ratio patitur,æſtimabit.
276 Argumentum illud, ex voluntate † actoris pecunias debi-
tas alijs ſolutas,diſſolutum in ſuperiorib. liquet, nu.198. Prin-
cipio enim conſenſum ipſum actor non admittit. ſecundo vbi
conſtare de eo poſſit,ad rem non attinere, ſiquidem ad pecu-
nias has nõ ſpectat ad villam redimendam deſtinatas, ſcriptu-
ram igitur conſenſus reus proferat,& quanti fieri is debeat, a-
pertiſſime oſtendetur. Tertio vbi in ſpecie pecuniam contro-
uerſam conſenſus reſpiceret,aduerſario nihilo magis profice-
re,d.nu. 198. declarauimus cum iuris ſolennia ea poſcat, quæ
in rebus minorum ſtabilibus opus alienandis ſunt. Quarto ad
rem omnino argumentum non attinere, expreſſius infra oſtẽ-
ditur,nu.283.
277 Non obſtat, moram aut culpam † aduerſario non aſcribi,
quod pecuniam memoratam ad villam redimendam non im-
penderit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0050-2

penderit, niſi ſi pacificum, pecuniam reliquam in numerato actori, agnatisve alijs fuiſſe, vnde impleri aut perfici redemptio poſſet. Multifariam enim argumentum hoc profligatur. Principio iuris præſumptione paratam pecuniam præſumi, cum ſoluendo quiſque cenſeatur. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & ho. l. ſi defunctus. C. arb. tutelæ. Auctent. præſente cum ibi. no. per doc. C. de fideiuſ. neceſſariam debitoris excuſſionem ante eſſe, quam ad fideiuſſorem creditor aggrediatur. Quo. n. excuſſio ſi idoneus aut in facultatibus eſſe non præſumitur. Idem ex Bal. demonſtratur in conſ. 338. primo allegatur li. 4. creditori onus probandi incumbere, bona ſtabilia à debitore non poſſideri, atq; ideo fugæ cum ſuſpectum eſſe. Expreſſius id, hoc eſt ſoluendo quē præſumi ex Ro. declaratur in cō. 163. nu. 4. Soc. iun. in con. 67. nu. 23. li. 1. vbi de Bal. & Rom. non meminit. Et quidem nō poteſt in ſpecie hæc reſponſio nō admitti. In qua non pluſquam aurei centum adijciendi in redemptionem erant. Qui non ægrè confici ex prouentibus poterāt. vt redditus patrui miſſos ex commenda Terdonæ, & beneficio alio Candioli faciam. Præſumptione iuris igitur cū actore faciente, aduerſarij erat, docere per actorem ſtetiſſe, quo minus redemptio fieret, cum ad manum aurei centū non eſſent. Eam enim præſumptionis vim ante oſtendimus nu. 115. vt probandi onere eum leuet, quo cum præſumptio ipſa facit.

Secundo ad arg. reſpondetur. tametſi doc. nonnullis viſum contra ſit, vt ſoluendo quis non præſumatur, vti apud Socinum legitur in l. 4. §. Cato. col. 12. in fin. verſic. tertio quia non videtur verum. Ibique Horman. nu. 78. poſt med. Diſtinguendo tamen controuerſia dirimitur, vt qui paupertatem cuius cauſatur, neceſſe eam probare habeat. Ex diuerſo qui diuitijs nititur, fidē facere earū cogatur, vt Iaſ. docet in d. l. ſi vero §. qui pro rei nu. 15. ff. qui ſat. cog. vnde cum inopiam ſcutorum centum non citra calumniam euidentem, pars obiectet, onus eū paupertatis huius probandæ ſequitur.

278 Tertio reſpondetur, ad tertij † ius exceptionem hanc pertinere, quod aureorum centum defectu villam ex parte dimidia reuendere emptores noluerint. At. n. excluſiuum iure ipſo intentionis actoris ius hoc tertij non eſt, niſi recuſatio emptorum doceatur, quod propter aureorum centum defectum reuendere detrectauerint. Vbicunque enim voluntas tertij ad excluſionem opus alterius eſt, De iure opponi tertij non licet. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. vendi. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. l. 2. ff. de excep. rei iud. l. cum ſeruum. C. de ſeruis fugi. l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C. de præſcrip. 30. vel. 40. an. Ideo emphiteotæ agenti exceptio de iure dominij directi nō obijcitur, quod iure ſuo ob canonē nō penſum emphiteota deciderit, Idq; ad dominū redierit. Quomodo & ſi maxima iure ipſo excluſio inducatut: Attamē quia declarationē voluntatis domini ea res poſtulat, ius id obijcere domini nō licet. d. l. 2. cū gl. ff. ſi ager vectig. Bar. in d. l. 2. nu. 1. ff. de excep. rei iud. & in conſi. 81. nu. 5. Soc. in con. 78. nu. 4. li. 4. Dec. in con. 144. col. pe. in fi. Iaſ. in l. 2. co. 2. in quinto nota. C. de iure emphyt. Ripa in Rub. ff. ſolu. ma. nu. 29. verſ. non obſtat, quod dos. Quocirca præſtandum ab aduerſario fuerat, quod ipſius erat, hoc eſt pecunia emptorib. offerenda, Quam ſi nō admiſerant, Tum vero teſtationem accipere de recuſatione debebat. Sed enim niſi diffugijs aduerſarius non nititur. Quę in aperto magis emicāt, quam vt demonſtrationis indigeant. Id quidem maximè quod pro affinitate, quæ actori cum emptoribus eſt, præſto reuēdere emptores vel aureis illis centum illico non numeratis, fuerant.

279 Quarto ex Alex. prædicta † iuuantur in conſi. 120. in fi. lib. 5. Riminal. in conſi. 381. nu. 20. lib. 2. quod dicitur, moræ debitorem non teneri, à quo in loco aliquo facienda ſolutio erat, niſi in loco ipſo fuiſſe creditor ſe doceat, cui ſolutio fieret. Locum ita habere, ſi oblatio aut conſignatio facta debiti ſit. Et quamuis ſententia hac vti ſimpliciter non ſoleam. Hic tamen non placere non poteſt quia ratio longè alia interuenit, cum paupertatis probandæ onus aduerſarium ſequatur. Cum voluntatem exploratum emptorum oporteret. Cum affinitas notiſſima maximè inter eos & actorem intercedat.

Conſequenter prædictis dicendum, vt robore contractus præſuppoſito, quod modis omnibus improbamus, quod actoris, de villa feudali non redempta intereſt, ab aduerſario præſtandum. Ad id plane, quod intereſt, fructus ſpectant, qui ex bonis percepti redemptis fuiſſent. Et quantiplurimi valuerūt.
280 Iure quippe certiſſimo † vtimur, quod intereſt in obligationibus facti ab eo præſtandum. Qui in mora faciendi fuit. l. ſi procurator. §. mandati. ff. manda. l. 1. cum ibi no. ff. de actio. empti. l. ſi ita quis. ff. de euictio. l. ſi quis ab ali. §. fi. ff. de re iud. l. ſtipulationes non diuiduntur verſic. Celſus. l. cum ſtipulatus ſim. §. fi. & l. ſi fundum. l. quotiens quis. ff. de verb. oblig. l. in ſtipulatione. 2. ff. rem ratam hab. Idque locum & in obligatione etiam facti negatiui habere, Tex. oſtendit in l. 2. §. itē ſi in facto. ff. de verb. obl. gl. in l. ſi ita quis. §. ea lege in ver. intereſt. eod. tit. De quo dictum habemus in l. 4. §. Cato in ſeptimo nota. circa prin. eod. tit. Id etiam ad intereſſe accedit, quanto pluris bona redimenda ſunt, termino ipſo excurſo, qui redimendi præſtitutus facultati eſt. niſi ſi exitu eius nō mouente, parati emptores reuendere ſint

Neque contrarium his eſt, quod in argumento alio oppo-
281 nitur, fruſtra † quod intereſt, pœna adiecta peti, quę vicem implementi ſuſtinet. neque vltra pœnam quicquam exigendum. Quoniam locum id in pœna conuentionali nō habet, quæ vice eius quod intereſt, adijcitur. In ea. n. ſi vltra intereſt, quam pœna habet, quod amplius intereſt, debetur. l. ſi duo. ff. ſi quis cautio. l. pręd. ff. de actio. emp. gl. Bal. & alij in l. fi. in gl. 2. in fi. ff. ſi quis in iusvoc. non ierit, Ro. in con. 510. nu. 19. in fi. Ang. à Periglis in d. §. Cato. num. 50. Ibiq; Galiau. nu. 98 Expreſſius idem Galiau. in d. l. 2. §. fi. num. 2. in fi. eo. ti. ff. de verb. oblig. Socin. in conſil. 253. col. pen. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 2. In re plane dubia loco eius, quod intereſt, promiſſam pœnam intelligi, Tex. probat in l. ſi quis à ſocio. Ibiq; Bar. ff. pro ſocio. & in l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Ioan. Andr. in reg. bona fides lib. 6. in Mercurial. Rom. in conſil. 193. & in d. conſ. 510. nu. 12. Pau. de Ca. in l. prædia nu. 4. ff. de actio. empt. Alexan. in con. 66. in nono dubio li. 7. Soc. in d. conſ. 253. col. pen. verſic. Sed pręmiſſis non obſtantibus lib. 2. Dec. in l. ex conuentione in primo nota. C. de pactis. Bologninus in d. §. Cato. num. 152. & ſeq. Ibique Ruin. nu. 21. Horman. num. 98. & num. 118. Crot. num. 83. verſi. præterea & tertio Galiau. in d. l. 2. §. item ſi in facto nu. 9. eo. tit. de verb. obl. Rebuff. in l. vn. nu. 572. in ſeptima ampliatione. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. Quam opi. veram Alcia. in d. §. Cato num. 53. haud dubie putat, vbicunq; in contractu vtili, aut valido pœna adijcitur. Ibi enim dici non poſſe, ob contemptum contractus, ſi ab eo diſcederetur adiectam pœnam intelligi. Si quidem contractū negligere aut deſerere nō licet, qui firmus ſit. Itaq; contractus firmitate admiſſa, quā omnino & rectiſſime pernegamus præſtationi eius, quod intereſt, ratione vlla ſubtrahi aduerſarius neqt. Sed. n. quorſum in re pſpicua argumentis vti, eiusne, quod intereſt, vice interpoſita pœna cēſeatur. quādo quidē quod intereſt promiſſum nominatim legitur. ſi verba ipſa contractus in clauſula illa percurrimus & obſeruamus, ſub obligatione omnium damnorū
282 expenſarum & intereſſe. Vnde locus † interpretationi aut cōiecturis in manifeſtis non eſt. le. quotiens. §. ſi duo. ff. de hęred. inſti. l. quod conſtitutum. Ibique Bart. ff. de militari teſta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. ſi alij. ff. de vſufr. lega. l. pediculi. §. argento. ff. de auro & arg. lega. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de indi. vidui. tollen. c. 2. de reg. iuris. Et iſtud eſt, quod dicitur, tacitum ſilere, vbi facta expreſſio eſt. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulga. cum alijs ſuperius collatis nu. 244. verſ. & iſtud vero eſt.

283 Non ab re autē de vigore † aut firmitate contractus circa intereſſe hoc villam non redemptam mentio facta à nobis eſt. Quoniam vicio ſeu nullitate contractus admiſſa, quæ notiſſima eſt, quorſum de obligatione facti & mora in eo commiſſa, Quorſum de pecunijs iuſſu ſuperioris alijs ſolutis diſceptare. Hæc. n. ad rem propoſitam omnino non attinent. Quatenus ex contractu ipſo non agitur, vt impleatur. verū nullitas ſeu vicium eius principaliter propoſitum, vt nullus vitioſusque contractus declaretur. Quo vicio interueniente, de alio ferri ſententia nequit, quam vt poſſeſſio bonorum cum fructibus perceptis, percipiendiſue reſtituatur. De quibus inferius diſſeremus, per ea, quæ dicta in ſuperiorib. ſunt nu. 214. & plurib. ſeq.

Iure

284 Iure † enim certiſſimo vtimur quotiens cõſiſtere contractus
non poteſt,ad irritum omnia deduci,quæcunq; comprehenſa
ſub eo ſunt.l.fi.ff.de conſt.pecu.glo. in l. ſi patronus. §. patro-
num ex aſſe.ff.ſi quid in frau.patro.Bald. in l. ſi abſentis nume.
31.in fi.C.ſi cer.pet.in l.in contractibus in princip.nume. 8. C.
de non num.pecun.Roma. in conſ. 171. pro deciſione num. 4.
& in conſ.246.clariſſime aſſeſſor num.2.vbi tex.&alios in ſen-
tentiam hanc vocat. Alexand.in conſ.81.num.9.in fin. & ſequ.
lib.3.Iaſ.in §.fuerat num.76.& pluribus ſeq. Inſtit. de actio.in
conſ.133.colum.fin.lib.4.Ruin.in conſ.70.num.15.lib.5.Goza-
di.in conſ. 28.num. 22.in fi.verſi.ſexto hoc ampliatur. Qua ra-
tione momenti nullius clauſula habetur in teſtamento poſte-
riori & ipſo vitioſo expreſſa,ceſſans & irritans, &c. Bart. in l.ſi
iure.ff.de lega.3.Bald.in leg.ſancimus col.1.C.de teſtam. Iaſ. in
conſ.213.colum.1.lib.2.& in conſ.8.colum.penult.lib.3. Et alia
non pauca, vitium plane ſeu nullitatem contractus apertiſſi-
me in ſuperioribus oſtendimus. Id eſt, ex errore & cauſis fal-
ſis, ex obreptione. Ex formæ iuxta decretorum, atque reſcri-
pti regij contemptu. Ad quam rem non leuiter & metum cõ-
ferre reuerentialem diximus,nu.254.

Argumentum vltimum, quòd à confeſſione actoris pẽdet,
euerſum ſupra non circa flagitium & turpitudinem opponen-
tis eſt,num.252.verſi.non obſtat, cauſas neceſſarias alienandi,
&c.& num.ſeq.

Hæc ſunt, quæ palam, ſummatimq; diſceptata ſemel atque
iterum ſunt. Primum, apud ſupremũ celſitudinis ducalis con-
ſilium. Deinde in conſpectu ſublimitatis ſuæ, procerumq; &
ordinis eius ampliſſimi. Cæterum locupletiore quæque per-
ſequi ſermone oportuit. Tametſi laboribus his tam duriſſi-
mis grauiſſimiſq; exhauriendis neque ætas ſatis, neque vires
ſufficiant. Iniuria ſe affici aduerſarius ait, cui pretij numeratio
non fiat. Sed .n. merito ſuo probe id patitur. Ex diuerſo enim
partis vitio diſpendium grauiſſimum gener agnoſcit, vtpote
ad verſuram faciendam propter aduerſarium ipſum patre co-
acto. Cognitumq́ue ſuperi habent, quibus modis pecunias
quas de parte acceperit. Quod ſi redemptam villam curaſſet,
ex commodis inde perceptis pecunia collecta haud tenuis fue
rat vnde incommodis alijs mederi permultis licuerat. Sed e-
nim modeſtiæ fines tranſiliendos non duxi. Satis erit, notiſſi-
mam vaſalli venditoris profuſionem nemini non fuiſſe, qui eo
vſi aut verſati cũ ipſo ſunt. Et quoquouerſum res ipſa ſpectet,
285 id vnum curæ † genero eſt, vt quod ei à maioribus feudũ con-
tigit, incolume iure non alio aduerſus emptorum auiditatem,
atque eccleſię bona diſtracta pontificium ius tuetur, vti decla-
ratum ſuperius eſt, nu. 171. Æquitate plane iuris naturalis aut
gentium pontificium ius niti proculdubio eſt. c. dilecti. Ibiq;
no.de iud. Inde fit, vt ad actionem pariendam pactum nudum
canonum iure proſit. ca.1. &c.qualiter de pactis. Id quia non
niſi ad conſenſum promittentis, qui à natura eſt, canones re-
ſpiciunt, vt legere apud poſteriores eſt in rub.ff. de verborum
obligat.

Apparet ex his vitijs aut nullitatibus, quas vocant, vndique
alienationem controuerſam ſcatere. Atq; ideo poſſeſſionem
bonorum reſtituendam, ſic quomodo confirmatum ſuperius
eſt, nu. 214. & pluribus ſeq. Non ſolum autem bonorum, ſed
286 & fructuum fieri † reſtitutionem oportet, vt in ſpecie contra-
ctus id genus de bonis minorum Dec.ſcribit in conſ.556.num.
6.in fin. Text.huc vltra eum, accedit in lege 2. C. ſi quis igno-
rans rem minor. Idem in bonis eccleſiæ rite minus alienatis
Dec.idem ſcribit in conſ.174. in fin. Atque vbi pecuniæ quic-
quam debitum aduerſario appareat. Id eſt, ſi in cauſas quas ini-
tio neceſſarias erogatum edoceat, diminutionem id ex fructi-
bus accipere Pariſ.ſcribit in conſ.100.numer.33.lib.1. Inde de-
poſiti etiam fœcunditas largitáſue iuuatur, cum ſorti aut capi-
ti ipſi cedere fructus oporteat. Immo amplius in fructibus nõ
paulo, quam in capite eſſe, planum, liquidatione fiet. Et quis
287 ad fructus quærendos † prodeſſe error iuris dicatur. l. ſed & ſi
l.§.ſcire.ff.de peti. hæred. Attamen probationem error is in
maſculo maiore expoſtulat, vt Bart. ibi docet. Idem gloſ.ſentit
in l. de fructibus.ff.de dona.inter vir.& vxor.& in l. quod vxor.
ff.de acquir.poſſ.Alex.in conſ.73.nu,11,lib.2.& in conſ.121. an-
te fin.lib.4.

Hoc amplius erroris huius probationem inutilem prorſus
exiſtimo. Namque idcirco fructuum ex eo impediri lucrum
non ſolere doctor.aiunt, quod & ſi bona in eo fides non ſit,
qui iuris errore ducitur, mala ab eo tamẽ fides abeſt. Ad quam
excludendam cauſa etiam iniuſta, qualis error iuris eſt, valet
glo.2.in l.plagij.C.ad l.Fauian.de plagiar. Alexand.in conſ.92.
colum.2.lib. 1. Et alia complura. Sed enim fidem hic malam,
dolumq́ue aduerſarij ex obreptione eius liquere, declaratum
ſuperius dilucide habemus nume.182.verſic. ſed enim fide igi-
288 tur † mala interueniente, fructus omnes reſtituendos nõ mo-
do perceptos, ſed & qui percipi potuerunt, non dubitatur.l.
domum.C.de rei vendi. Et in ſpecie tituli inutilis, excuſationi
poſſeſſori malæ fidei non eſſe, quominus fructus percipiẽdos
reſtituat, Fulgoſ.ſcribit in conſ.136.quia ex facto colum.2.poſt
med.in ſecundo dubio. Et in conſ.190.viſis col.fin. in ſecundo
dubio.per tex.in l.ſed & partus in princ.ff.quod metus cauſ. &
in l.1.C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſcal.lib.10. Ibique Fulg.
hoc ampliat, quamuis res diſtracta à fidei malæ poſſeſſore ſit.
Iuramentoq; in litem locum aduerſus eum eſſe. Cum amplia-
tione hac, vt fructus percipiendos re etiam alienata, fidei ma-
læ poſſeſſor reſtituat, Caſtren.etiam facit in conſ. 66. in cauſa,
quæ vertitur coram domino vicario domini epiſcopi Feltren-
ſis col.1.circa med.verſ.ex quibus etiam patet lib.2.

Quinetiam vbi fructuum percipiendorum ob titulum ex-
cuſari fidei malæ poſſeſſor poſſit, contra pupillum tamen aut
minorem id nõ obtinere, ex gl.oſtenditur in l.patri verſi. item
ex diuerſo in ver.cum fructibus.ff. de minor. Quam vti ſingu.
Rom.habet ſing.528. Tu habes tex.in l.ſi fundum & in conſil.
454.in re præſenti nu.28.verſic.cæterum dico. Cremenſ. ſing.
134. Qui in minore loquitur.

Diſſolutio ex prædictis ſponte ſua quæſtionis ſeu exceptio-
nis emanat, quæ in vectigali ſeu laudimijs, quæ vocant, cõtra-
ctus incurrit. Quibus reſtituẽdis actorem adſtrictum reus pu-
289 tat. Quomodo † acceſſoria hæc refundere actor debebit, qui
feudum ſuum temere, vitioſeq; emptum citra pretij vllius re-
ſtitutionem recte vendicat. An nõ pluſquam abſurda res fue-
rit, acceſſoria ab eo deberi, qui capiti aut ſorti ipſi inferendæ
non tenetur. Vnde qui obligationi principali eximitur, ab ac-
ceſſionibus etiam liberatus creditur gl. in c.accuſatus in verſi.
Iudicari de hæreti.lib.6.Bart.in l. Aurelius.§.Gaius circa fin.ff.
de lib.lega.Paul.de Caſt.in l.ſi de certa in prin.C.de tranſa. Iaſ.
in l.in fin.ff.de eo quod certo loco. Qua ratione in acceſſorio
intelligi delictum non poteſt, quod in principali non ſit.l.ſi
mulier.§.1.ff.rerum amo.l.ſi is qui.§.ſi tu Titium.Ibique Ang.
ff. de furtis.Barto.in conſ.199.Tudertinus in prin.Bal. in conſ.
497.de acceſſorio lib.1.in conſ. 410. in cauſa & quæſtione An-
tonij nu.4.circa fi.lib.2.Alex.in conſ.15.nu.15.lib.1. Eodẽ Bald.
ſpectat in conſ.9.in fi.& in conſ.16.in fi.libr.3. Acceſſorie eum
non teneri, qui principaliter non obligatur.

290 Secũdo ſecum pugnare aduerſarius † videtur. Qui ob cau-
ſas neceſſarias feudum alienatum ait, & laudimium repetit.
Namq; ſi neceſſaria alienatio fuit, ergo debitum laudimium
non erat, atque ideo indebite id præſtitum ab eo eſt Bar. in l.&
ideo per illum tex.ff.de condi.furti.Iaſon.in l.fi.col.12. q. 7. C.
de iure emphy.Boeri.in conſue.Bituri. in tit.de feudo.§.7.col.
3.in fin.fol.68.Brun.in conſ.44.nu.11.

Tertio extra cõtrouerſiam omnino res ponitur, vitijs tam
multis contractu infecto. Iuris quippe exploratiſſimi eſt, ob
291 contractum † nullum vectigal vllum non deberi.l.2. Ibiq; Bal.
C.de eunuch.l.ea quidem in fin. C. ſi mancip. ita fuerit aliena.
Quem text. in ſententiam hanc Bar.nominat in l.fin.§.fi. nu.1.
C.com.de lega. Et eadem l.§.ſed quia noſtra circa fin.Iaſ.idem
ſcribit. Et idem Iaſ.in l.ſi creditori in 7. nota.ff. de lega.1.in l.3.
§.Nerua nu.7.verſi.hinc eſt quod talis gabella. ff. de acquiren.
poſſ.& in l.non dubium in 5.not.C.de legibus Rom.huc acce-
dit in conſ.78.licet, Ibiq; Rom. hoc ampliat, etiã cum viribus
maximis cõtractus conſiſtit, vtrùm partis voluntate reſcindi-
tur. Cum qua ampliatione Boeri.facit.q.182.nu.39.in conſil.3.
cir.fi.in conſue.Bituri.de feudo.§.18.col.2.in fin.fol.73.ex ven-
ditione ſub pacto de reuendendo laudimium non deberi. Et
quamuis in reſciſſione quæ partium voluntate fit, controuer-
ſiam res patiatur, Attamen vbi firmitatem contractus nõ ha-
bet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0052-3

bet,vel per legem reſcinditur ab omni rem vacuam ambigui-
tate arbitror.

Secundum quæ, temeritati & culpæ ſuæ laudemij ſolutio-
nem aduerſarius referat reg.damnum lib. 6. Iniquiſſimum pla
ne fieret, ſtultitiam ſuam ad alienam iacturam recidere.l.nam
iniquiſſimum. ff. de iuris & facti igno. cum alijs ſupra relatis,
nu.87.91.& nu.266.

Poſtquam hac non fœliciter ſatis rē cedere aduerſarijs ſub-
oluit, remedio alio,quod præſentaneum arbitrantur,morbo
eorum auxilium afferendum, capitiſq; dolores ſedandos cen-
ſuerunt.Id eſt,vt hæreditarium ſimpliciter & abſolute, Noni
feudum dicerent,contra quam confeſſus P. & precibus prin-
cipi oblatis, & inſtrumento ipſo alienationis eſt. Idq; per in-
ueſtituram quādam ſub anno 1291.& die 28.Ianuarij. Qua ma-
gnifici Valfredus & Bonifacius à Plozaſcho inueſtiti fuerunt
de caſtro Noni, tam pro ſe quam pro eorum & cuiuſlibet eo-
rum hæredibus maſculis & fœminis in nobile, rectum & tan-
quam in antiquum feudum & paternum, Ita & taliter, quod
prædicti domini Valfredus & Bonifacius per ſe & hæredes ſu-
os & quemlibet eorundem, & vtriuſq; ſexus, dictum feudum
tanquam nouiter acquiſitum,& tanquam nobile, & antiquū,
atque paternum poſſideant,ſibique inuicem ſuccedant,& ſub
defenſione domini comitis ſupradicti. Et de eo faciant, quic-
quid facere voluerint, Iure ipſius feudi prædicti tamen ſaluo
dicto domino comiti & eius hęredibus quantum ad directum
dominium dicti caſtri & villæ, cum omnibus ſupradictis. De
qua inueſtitura Ioannes Verneti rogatus à Nono dicitur. Per
292 clauſulam enim & faciant † quicquid facere voluerint, dubi-
tandum non videtur facultatem alienandi permitti.c.1.de feu-
do non hab.propriam natu.feud. Alex.in conſ.189.nu.8.lib. 2.
cum alijs apud nos aggregatis in conſ.84.nu.10. Et a que ad vo
luntatem vltimam atq; inter viuos clauſulam illam trahi Bald.
ibi.no.circa princip.in verſ.dederit. Afflict.num.2.Bal.in con-
ſil.70. punctus teſtator num.4.lib.2. Alex.in d.conſ.189. nu. 8.
lib.2.Curt.ſen.in conſ.49.nu.72.in fi.Brun.in conſ. 38. num.3.
in conſ.ſeq.numer.6.poſt med.Curt.Iun.in conſil.4.numer.1.
in fin.

Neque inueſtituræ magni poſteriores faciendæ, Quibus de
feudo recto,antiquo,auito,&c.mentio fit. Quoniam inueſti-
turæ primæ omnium ſtandum, vulgo traditur.c.1.de vaſai.de-
cre.ætat.c.1.an agna.vel fil.c.1.de eo qui finem fecit agna.Bald.
in conſ.215.proponitur,quod inueſtituræ lib.2. Rom. in conſ.
1.circa fin. Et id genus innumera.

Sed enim flocci inueſtituram hanc faciendam multifariam
293 oſtenditur.Et primum quidem † monendi ſumus,domino in-
conſulto,impune feudum nō alienari. Toto tit.de proh. alien.
feu.per Freder.&de proh.alien.feudi per Lothar.c.quæ in ec-
cleſiarum de conſti. Idque ad cauſam etiam neceſſariam, pri-
màue ſpectare,declaratum ſuperius eſt,nu.30.locupletius nu.
69. Sed nec hypotheca in feudo conſtitui domini iniuſſu po-
teſt.c.1.in princ.Ibiq; gl.& doct.de proh.alie.feud. per Freder.
Alexan.in conſ.2.col.1.& ſeq.& in conſil.124.nu.8.lib.4. Aret.
in conſ.14.num.5.Soc.in conſ.19.num.12.lib.1.Iaſ.in l.fi.col.24.
nu.78.verſi.ſubdit etiam Sal.C.de iure emphyt. in §. item Ser-
uiana.114.Inſtit.de actio.& in conſ.123.col. pen. in fi.lib.4. de-
ciſio.Neapol.26.in princip. Quod & in hypotheca tacita ſeu à
lege introducta obtinet. Vnde ob dotem reſtituendam tacite
obligatum feudum nō cenſetur, quod expreſſim obligari pro
dote nequit.Soc.in d.conſ.19.nu.12.lib.1.Crot.in l. ſi conſtan-
te nu.92.& ſeq.in 1.lectu.ff.ſol.mat.& in altera lectu.num.136.
ob dotem reſtituendam permiſſam hypothecam non intelligi
Pariſ.etiam ſcribit in cōſ.18.in prin.lib.1. Inde fit, vt hypothe-
294 ca † bonorum generalis ad feudum non trahatur, ne id in ge-
nere velle quiſpiam cenſeatur,quod prohibitum in ſpecie eſt.
c.1.§.in generali,ſi de feudo fuerit conten.inter domi.& agna.
doct.in locis ante relatis.Pariſ.in conſ.7.nu.3.in conſ.12.nu.56.
lib.1. Quod ſi contra quam ius prohibet,facta alienatio ſit, ad
dominum,vt plerique putant,ſeu ad agnatos frequētiori doc.
numero feudum recidit,eoq; alienator caret Bal.in d. cōſ. 215.
ante fin.verſi.iterum dubitatur ſi pater lib.2.Iſer.in c.1.§. ſi va-
ſallus culpam circa princ. verſic. & nota quod dicit culpam. ſi
de feudo defuncti milit.conten. ſit inter domi. & agna. in c. 1.
verſ.& ſi libellus num.7.verſic. ſi vero.ex pacto & prouidentia
de aliena.feudi pater. Alexan.in conſ.30.nu.15.libr. 1. quod re-
petitum eſt in conſil.2.lib.5. Et alia infinita. Hoc amplius ſi do-
295 mini † permiſſu feudum alienatur,agnatis tamen noxia aliena
tio non eſt, quo minus alienatore ſublato, ad feudum aſpirēt.
c.1.de alie.feu.pater.Bal.in c.1.§.hoc quoque numer.16.verſic.
ſexta concluſio. de ſucceſſ. feud.in conſil. 303. quidam nobilis
circa princ.lib.1.Aluar.in c.1.§.denique nu.19.verſic.vigeſima
ſecunda concluſio, quæ fuit prima cauſ.benefi.amitten. Alex.
in conſ.106.viſo themate circa fi.lib.4.&in conſ.15.col.fi.lib.5.
Dec.in conſ.193.col.2.circa prin.in conſ.269.col.2.in cōſ. 390.
col.3.in princ.& conſ.395.col.1.

His ita prænarratis, obſeruandum niſi reſpectu domini di-
recti poteſtatem hāc feudi pro arbitrio diſponendi conceſſam
nō intelligi,hoc eſt,vt quod ad dominum ipſum attinet,quic-
quid lubitum erit,domino ipſo inconſulto, de feudo inueſtiri
faciant.Idque ex verbis non obſcuris & mente inueſtituræ ap-
paret. Per quam quod ad eos ſpectat, ad quos venturum feu-
dū eſſet, initio ipſo & in verbis expreſſum diſpoſitiuis eſt. Hoc
ipſo enim quod in feudum rectum, auitum & antiquum facta
conceſſio eſt,niſi ad agnatos maſculos non defertur.c.1.§. hoc
autem notandum,qui feu.dare poſſ.cum talibus ſexcentis.De
296 quo plenius infra num.334. Et quia † excluſæ fœminæ in ver-
bis his erant,adiectum nominatim de fœminis eſt. Quæ tamē
admiſſę nō niſi ordine ſucceſſiuo intelligūtur,cum maſculi de-
ſunt.c.1.§.quin etiam epiſcop.vel Abba.c.1.§.fi.de ſucceſ.feud.
c.1.in fin.prin. de eo qui ſibi vel hær. ſuis. vnde cum de regula
ipſa feudi,qua niſi agnati maſculi in eo nō ſuccedunt,exceptio
in gratiam fœminarum facta ſolummodo ſit, confirmata quā-
tum ad alios intelligitur, quibus in ius ſuccedere feudi non li-
cet.l.nam quod liquide in fin. ff. de penu lega.l. quæſitum. §.
idem reſpondit.ff.de fundo inſtr. l. 1. ff. de reg.caton.l.data. C.
de dona.c.quoniam.Ibique Abb. de coniugio lepro. c. domi-
nus. Ibique gloſſ.nota. 32. q. 7. Itaque cum initio ipſo inueſti-
turæ, atque in verbis eius diſpoſitiuis actum expreſſim ſit, vt
rectum, antiquúmue feudum ſit, & niſi ad fœminas maſculis
deficientibus, non veniat, neceſſario dicendum habemus, ſi
veræ nobis iuſtæque interpretationes arrident,clauſulam cir-
ca exitum & executoria ſubiectam & faciant quicquid velint,
ad dominum ipſum directum reſtringendam, vt quod ad eum
ſpectat,eo inuocato, atque inconſulto pro arbitrio diſponere
feudum liceat. Cæterum quod ad agnatos ipſos ſpectat,diſpo-
ſitioni iam factæ ſtandū,hoc eſt vt rectum feudum,auitū &an-
tiquū ſit. Atq; ideo in perniciem diſtrahi agnatorum nequeat.

Secundo in ſpecie de modo prouiſum ſuccedendi eſt,vt pro
feudi recti, auiti & antiqui natura ſucceſſio fiat, vt alteri alter
inueſtitus ſuccedat,vt fœminæ etiam ordine ſucceſſorio inui-
297 tentur.ob id verba † ſequētia,& faciant quicquid velint, pro-
duci ad id nō debent,in quo expreſſio & prouiſio facta ſpecia-
lis eſt.l.cum in teſtamento.§.fi.ff.de hær.inſti.l.cohæred.§. qui
patrem.Ibique Imola & Alexan.ff.de vulg.l. quod in rerum.§.
ſi quis poſt in fin.ff.de lega.1.l.vxorem.§.fœliciſſimo.l.qui vxo-
ris.§.qui legauerat. ff. de lega.3.l. Stichus nutricis & leg. ali-
menta.§.baſilicæ.ff.de alim.lega.l.doli clauſula & l. ſtipulatio-
nes commodiſſimum.ff.de verbor.oblig.l. cum quæſtio.C.de
lega.Bal.in l.1.C.de legitim.hæredi.Capra in conſil.154. nu. 11.
Alexand.in conſ.48.nu.7.lib.1.Soc.iun.in conſ.98.nu.31.lib.1.
& alia nō pauca. Quod cum ita ſit,clauſula illa ſequens ad per-
ſonam reſtringi domini directi debebit,vt conſenſum eius ex-
quiri in feudo diſponendo non oporteat, verum iniuſſu eius
diſponi pro arbitrio poſſit. Cæterum ad ſucceſſores feudi clau
ſulam porrigi ipſam non conuenit. Vtpote de quibus initio
ipſo cautū atq; expreſſum in ſpecie eſt. Quocirca ſenſus clau-
ſulæ huius erit, vt ob alienationem feudi domino ignorante
& eo clam factam,feudo alienator non careat, neque ad agna-
tos alios pœnæ nomine deuoluatur. Cæterum quod aliunde
ius, quàm ex cauſa alienationis agnatis competit, læſum id ob
clauſulam ipſam non creditur. Rurſus id clauſula ipſa efficit,
vt ſatis ſit de feudo alienando inter agnatos ipſos conuenire,
quorum intereſt, quamuis conſenſus domini nō interueniat.
Quo contempto, ad dominum rediturum fuerat, cum ab o-
mnibus peccatum agnatis ſit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0053-9

Tertio cum expreſſio de feudi ingenio, aut natura facta in
ſuperioribus ſit, vt rectum id, auitum & antiquum cenſeatur,
niſi fœminæ non admittantur, cum maſculi nõ ſuperant, clau-
298 ſulam † ſequentem, & faciant quicquid velint, ſecundum ſu-
periora reſtringi conuenit. Namq; ex ſequentibus priora re-
ſtringi, nouum non eſt. l. hæc actio. Ibique glo. & Bar. ff. de ca-
lumnia. l. ſi cum fundum. ff. de verb. ſign. Dyn. in conſ. 41. col. 1.
Bart. in conſ. 161. proponitur quod ſyndicus nu. 3. Imola in cõ-
ſil. 85. in princip. & in conſ. 243. Anchar. in conſ. 379. dubietas
col. 1. poſt med. verſic. nec obſtat, quod videantur corrigere.
Paul. de Caſt. in conſ. 417. quod dicti redditus col. 1. in fin. lib. 1.
Soc. in conſ. 93. col. 1. in fi. libr. 1. Idque locum verba etiam vul-
nerando, obtinere, Socin. ſcribit in l. 1. in fi. primi nota. ff. de re-
bus dub. ex Abb. in c. quintauallis de iureiurand. Si à ſequenti-
bus anteriora reſtringuntur, ratio validior facit, vt ex diuerſo
299 † per ſuperiora ſequentia reſtringantur. Siquidem poſterio-
ribus magis anteriora, quam econtrario influunt gl. & Bart. in
l. quiſquis. ff. de lega. 3. Bart. in l. Auia. ff. de condit. & demonſtr.
Bald. in l. quotiens. 2. in fi. C. de fideicom. Rom. ſing. 665. Mat-
theſila. nota. 151. nota ſingulare dictum Corn. in conſ. 242. col.
3. in fi. lib. 4. Iaſ. in conſ. 12. col. 2. & in conſ. 69. col. 2. lib. 3. Con-
ſequenter his dicendum, clauſulam ſequentem, & faciãt quic-
quid velint, ad ſuperiora reſtringendam, ne feudi naturæ im-
mutatio fiat, quominus rectum, auitum, &c. ſit. Atq; ideo niſi
ad conſenſum domini remittendum clauſulam ſequentem re-
ferendam non eſſe, & faciant quicquid velint.
300 Quarto in ſpecie ſequentium, vt † ſecundum præcedentia
reſtringantur, ex tex. id iuuatur in l. nam & poſteriores, Ibique
Bar. in caſu ſcito. ff. de ll. in l. vtrum. Ibiq; Bar. & Ang. ff. de peti-
tio. hær. in l. fin. §. cui dulcia. ff. de triti. vino oleoq; lega. Tradit
Ruin. in conſ. 203. nu. 10. l. 2. Gozad. in conſ. 51. nu. 12. vbi text. &
alios Gozad. confert. Et in verbis vniuerſalibus ſecũdum præ-
cedentia reſtringi ea debere, Cuma. ſcribit in conſ. 148. vene-
rabilis in primo dubio. Gemi. in conſ. 77. nu. 4. Hicque obſer-
uandum, ratione fortiore arg. hoc vrgere. Principio, cum tex.
citatur in d. l. fi. §. cui dulcia. Ibi enim ſecundum præcedentia
reſtrictio fit, quamuis correctio vlla voluntatis non interue-
niat. Quid hic dicendum, vbi citra mutationem volũtatis, cir-
ca feudum rectum, auitum & antiquum, facultas permitti alie
nandi non poteſt. Secundo cum tex. nominatur in d. l. nam &
poſteriores. Ibique Bart. ff. de ll. Ibi enim in diuerſis ſcripturis,
quæ poſterior eſt, ſecundum priorem declaratur & reſtringi-
tur. Quanto magis ius idem probãdum in ſcriptura eadẽ erit,
ne ex continenti ſe ipſum corrigere quis cenſeatur. l. nam ad
ea. ff. de cond. & dem.
Quinto ſi generaliter clauſulã intelligimus, & faciãt quic-
quid velint, contradictio euidens, inter ſuperiora & ſequentia
incurrit, vt rectum feudum, auitum & antiquum ſit, quod alie
nari in extraneos non poteſt, & quod alienabile ſit. Sed enim
301 iuris † incerti non eſt, reſtrictionem admittendam, ne contra-
rietas interueniat Bart. & alij in l. fi. §. idem quæſijt num. 3. ff. de
cond. indeb. & apud nos in conſ. 70. nu. 22. Quin etiam verba
vniuerſalia reſtringenda, ne correctio aut contrarietas indu-
catur, tex. probat in l. fi. in ver. omnes effectus. iunct. glo. C. de
dona. cauſa mortis. Inſt. de dona. in prin. Iuncta gl. tex. huc per-
tinet in l. inter omnes cum gl. ff. qui ſat. cogan. Idq; & in verbis
vniuerſalibus recipi negatiuis ſolet. l. 1. §. deniq; iunct. l. prohi-
bere. ſed ſi permiſerit & §. fi. l. ſi alius. §. belliſſime & §. ſeq. & l.
ſemper. §. hoc interdictũ. ff. quod vi aut clam. In d. l. 1. §. deniq;
negatiua vniuerſali tex. vtitur, exceptionem nullã contra eum
obijci, qui interdicto illo vtitur quod vi aut clam. At enim in
alijs exceptiones permittuntur, quæ expreſſæ in eis ſunt. Ita
per negatiuam vniuerſalem derogatũ exceptionibus non cre-
ditur, quæ ſub titulo comprehenſæ eodem ſunt, ne correctio
aut contrarietas in ll. tituli eiuſdem inducatur quamuis diuer-
ſæ aut ſeparatæ ſint, ob id reſtrictionem verba vniuerſalia ne-
gatiua, contrarietatis aut correctionis excludendæ cauſa, ad-
mittunt. Idq; & Bar. no. in d. l. 1. §. & parui nu. 2. & nu. 5. ff. quod
vi aut clam. Quem Alexan. ſequitur in conſ. 77. viſis dubitatio
nibus nu. 13. verſ. poſtremo non obſtat prouiſio lib. 3. cum alijs
apud Decium aſſcriptis in c. ex part. 2. num. 5. verſ. tertio fallit.
de offi. deleg. in conſ. 44. num. 1. in fi. Et in locis alibi non pau-
cis. Quod argumentum ratione validiore ad ſpeciem contro-
uerſam accommodatur, tripliciter rationem validiorem ob-
302 ſeruando. Primum, quod facilius † generalis ſermo, quam v-
niuerſalis reſtrictionem ſuſtinet Aret. in l. 1. col. 4. ante med.
verſ. præterea hoc non eſt neceſſe dicere, ff. de leg. 1. ex no. per
Bar. in l. ſi pluribus. ff. de lega. 2.
Secundo, quia fortiora verba vniuerſalia negatiua, quã af-
firmatiua ſunt gl. in l. hoc genus. ff. de cond. & demon. Oldr. in
conſ. 16. Ray. à Forli. inter conſ. Signorol. in conſ. 68. numer. 7.
Dec. in conſ. 3. nu. 4. in conſ. 364. col. fi. circa med. in conſi. 490.
num. 6. Tex. huc accedit in l. ſi ſic ſtipulatus. Ibiq; Iaſ. ff. de ver.
oblig.
Tertio, quod in ll. diuerſis & ſeparatis reſtrictio hæc verbo-
rum vniuerſalium negatiuorum admittitur. Itaque ſi in ver-
bis vniuerſalibus negatiuis & in ll. diuerſis & tempore diuer-
ſo editis ob contradictionem aut correctionem amouendam
reſtrictionem admittimus, Quanto magis locus reſtrictioni
eſſe in verbis vniuerſalibus affirmatiuis ſcripturæ eiuſdem, de-
bebit, ne pugnantia aut correctio euidens interueniat.
303 Quarto vis maior rationis † inualeſcit, ſi Bart. obſeruamus
in d. l. fi. §. idem quæſijt nu. 3. ff. de cond. indeb. Ibi enim clauſu-
lam illam, ſciens ſe ad infraſcripta non teneri, reſtringendam
putat, ne ad verba illa referatur, quæ patri ſuo Mæuius credi-
dit, ne contrarietas interueniat, quamuis verba alia non ſub-
ſint, ad quæ fieri relatio poſſit. Quãto magis reſtrictio admit-
tenda hic erit, vbi verba non deſunt, ad quæ citra repugnantiã
referri clauſula poſſit, & faciant quicquid velint, id eſt, ad con-
ſenſum domini, vt eo non exquiſito, pro arbitrio faciant, dum
habilia tamen aliunde interueniant.
304 Quinto ex Alex. reſponſio hæc contrarietatis † vitandæ iu-
uatur in conſ. 170. libr. 6. Ibi enim Blaſius quidam à Bernutijs
corpus quoddam prędij in ſolutum Bartholomęo & Antonio
de Coſtolis pro dote & libris centum ea lege dederat, vt ſi in
alium prędiũ id intra quinquennium trãſlatum, aut per ipſum
redemptum Blaſium non eſſet, quanti pluris, æſtimatione ab
eligendis facta, valeret, Blaſio id ipſi reſtitueretur. Deinde læ-
ſioni enormi & enormiſſimę renũciatur. Et ſi pluris prædium
ipſum eſſet, remiſſio eius facta à Blaſio eſt. Quærebatur, vtrũ
ex remiſſione id genus pacto derogatum ſuperiori eſſet, quo
quanti pluris prædium eſſet, reſtituendum Blaſio erat, moue-
bat, quod loco vltimo facta remiſſio quãti pluris prædium eſ-
ſet, à Blaſio fuerat, & læſioni enormiſſimæ renunciatum, iuxta
l. pacta nouiſſimã. C. de pactis. Reſponſum ab Alex. eſt, pacto
derogatum non intelligi. Id quia cõtrarietas aut correctio per
305 derogationem inducitur. Sed enim † ita interpretari ſcriptu-
ram conuenit, ne contrarietas interueniat, vbicunq; excluſio
fieri eius diſtinguendo, aut diuidẽdo poteſt. l. item videndum
in prin. & l. illud. ff. de petit. hær. §. quibus in 1. conſt. C. l. vn. C.
de inoffi. dot. & alia apud eum relata. Quod Alex. dictũ ex his
roboratur, quæ ſcripta apud nos ſunt in conſ. 70. nu. 15. & ſeq.
& in conſ. 144. nu. 14. diſpoſitioni ſpeciali per generalem dero-
gatum nunquam intelligi, quotiens vtraq; ſimul cohęrere aut
caſu aliquo procedere citra derogationem poteſt. Sed enim
clauſula hæc & faciant quicquid velint, intelligi & procedere
caſu omni citra derogationem feudi recti, auiti & antiqui po-
teſt, vt quotieſcunq; alienatio eius fiat, impune id facere quã-
tum ad dominũ directum liceat, ob id ad naturã feudi recti, a-
uiti & antiqui offendendam trahi clauſulã hanc ſequentẽ non
decet, & faciãt quicquid velint. Apposite huc Abb. accedit in
conſ. 4. nu. 7. ver. nec obſtat ſi dicatur lib. 2. per ea, quæ ſcripta
in codicillis ſunt, receſſum ab his nõ credi, quæ expreſſa in te-
ſtamento apparent per l. eum qui mutatam. ff. de proba. ſequi-
tur Dec. in conſ. 190. nu. 8. verſ. quinto quod teſtator. In eandẽ
ſentẽtiam Alex. ſcribit in conſ. 122. nu. 2. lib. 2. actui præceden-
ti nec per actum derogari, qui poſt interuallum ſequitur per l.
ſi binarũ. ff. de ſerui. vrba. præd. & l. ſi tibi liberum ſecũdum v-
num ſenſum. ff. de actio. empti. Quid in eadẽ hic ſcriptura &
ex continenti dicendum. d. l. nam ad ea. ff. de cond. & dem. A-
306 lienum ab his non † eſt, quod ſcriptũ apud nos legitur in con-
ſil. 26. nu. 7. & in conſ. 167. nu. 4. præcedentibus conuentioni-
bus per ſequentes derogatũ nõ aliter intelligi, niſi ſi neceſſitas
cogit, ſeu niſi ſi neceſſaria derogatio ſit. Enimuero nulla dero-

gandi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0054-4

gandi neceſſitas, quominus rectum, auitum & antiquum feudum ſit, & impune tamen quoad iacturam eius ſine conſenſu domini, alienatio eius fiat, ita vt niſi neceſſitatem cõſenſus ſui
307 remittere dominus non cogitet. Non inepte † huc Dec. applicatur in conſ. 195. col. 2. circa med. & col. ſeq. priori conuẽtioni per poſteriorem, nec ſi in verba cõcepta vniuerſalia ſit, derogari, dum ad concordiam modo reduci vtraq; poſſit. Idq; & à nobis confirmatur in d. conſ. 70. & in d. conſ. 144. Sed .n. cõcordiæ hic locus haud dubie eſt, vt rectum feudum ſit. Cæterũ vbi voluntate agnatorum alienatio eius fit, domino ẽt inuocato, id fiat. Rurſus ob id feudi iactura alienator non afficiatur, vt ad agnatos trãsferatur, quod domini iniuſſu facta alienatio dicatur. Quid enim ſi feudũ alienator redimat? Æq; vbi agnatis omnibus conſentientibus domino imprudente, feudum alienatur, rediturum id ob pactum id genus ad dominum non erit, qui illud ablaturus pacto remoto, fuerat.

308 Septimo proprius ſpeciem † hanc, ex Bal. argumentum hoc confirmatur, quod à contrarietate vitanda deducitur, in conſ. 465. hære. num. 5. lib. 5. Ibi enim in ſpecie clauſulæ controuerſæ loquitur 1. in confeſſione rei ad emphyteoſim patri & filio à prælato ita facta, vt præmorientis portio ad ſuperſtitem perueniat, ad habendum, tenendum & poſſidendum. Et quicquid ipſis patri & filio ac deſcendentibus eorum placuerit, faciendum. Deinde alienatio rei facta à patrẽ eſt, eaq; à domino com probata. Quærebatur, recte nec ne patre ſublato, per filium res auocaretur, clauſula illa mouebat, & quicquid placuerit faciendum, per quam alienandi facultas competit. Lis; illa Baldo definienda commiſſa. Qui pro filio ſentẽtiam dixit, recte emphyteoſim alienatam vendicari. Idque ex lege in conceſſione adiecta, vt præmorientis portio ad ſuperſtitem ambularet, neque clauſulam obſtare quicquid placuerit faciendum. Quoniam reſtringendam eam Bal. ait, ſaluis pactis & natura contractus, ne contrarietas incurrat. Quæ Bald. ſententia mirum ni controuerſiam dirimat, & iugulum eius petat, vt ſaluis ſuperioribus clauſula intelligatur, & faciant quicquid velint, quod videlicet ad dominum directum pertinet, dum feudum tamẽ rectum, auitum & antiquum in alijs maneat, ſic quomodo, vt tale id eſſet dictum ante nominatim eſt, eo videlicet excepto, vt maſculis non interuenientibus, ad fœminas ambularet, nõ etiam finem acciperet.

Si dixeris caſu diuerſo Bald. loqui, hoc eſt cum actum eſt, vt altero præmoriente, ad ſuperſtitem emphyteoſis perueniret. Reſpondetur, expreſſum & hic eſſet, inueſtitis ſublatis, ad eos feudum veniret, qui ad illud inuitati per feudum rectum, antiquum & auitum ſunt, hoc eſt, ad deſcendentes, vt infra teſtatũ dilucide habemus num. 334. Hoc ipſo enim quod rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemõtium, feudum eſſe partibus placuit, vtiq; & illud expreſſum intelligitur, vt niſi ad eos feudum non tranſeat, quos feudi ipſius recti, auiti, & antiqũi natura & bonæ patriæ Pedemõtium conſuetudines ad ſucceſſionem eius vocant. Expreſſum quippe id habetur, quicquid verborum natura fert, & ſub verbis comprehendi expreſſis poteſt, vt perinde res habeatur, atque ſi expreſſum ſit, vt niſi ſecundum naturam feudi recti, auiti & antiqui, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium ſucceſſio eius non fiat. Quo circa non tacite, at expreſſim ad feudum agnati inuitati, & ab eo excluſi extranei intelliguntur, vt Bar. docet in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe, nu. 1. in fi. ff. de lega. 1. & in l. vxorem. §. agri plagam nu. 2. ff. de leg. 3. vbi expreſſim id non tacite legatum putat, quod ex natura verborum deſcendit. Sequitur Iaſ. in l. 1. num. 72. verſi. confirmo per doctrinam. ff. de lega. 1. Idem ex text. probatur in l. prætor. §. 1. iuncta gl. in verſi. expreſſum. ff. de oper. noui nũçia. Quem tex. in ſententiam hanc Curt. ſen. nominat in conſ. 49. memoriæ, nu. 45. & nu. 65. in fi. Eodem Ancha. ſpectat. in conſ. 393. Viſa diligenter gratia col. 1. circa med. Expreſſum dici, quod tacite ex natura diſpoſitionis comprehenditur, ex Bart. in l. 1. ff. de vulg. Inde Anchar. ſubijcit, quotiens expreſſionem in perſonis, aut rebus lex expoſtulat, ſatis eſſe, ſi ex natura vel iure ipſo cõmuni expreſſio fit. Quid hic dicendum, vbi non modo natura ipſa feudi in genere, iuſq; ipſum commune feudorum, ſed & ipſa verborum natura & ſignificatio, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium, niſi deſcendentes non vocant. In eandem ſententiam Roma. ſcribit in conſ. 271. vis tota circa fi. Expreſſum intelligi, quod tacite in oratione concluditur per tex. in d. l. prætor. §. 1. cum gl. in ver. expreſſum. Inde etiam fit, vt ſubreptionis reſcriptum non accuſetur, in quo expreſſum id non eſt, quod ex actus natura colligitur, quamuis verba id non denotent, veluti cum ordinarij ius in exceptione tacetur. gl. & doc. in c. cum olim el. 1. de priuil. Car. in conſ. 92. num. 4. Cor. in conſ. 83. col. penul. lib. 4. Dec. in c. fi. nu. 6. in fi. verſ. & prædicta concluſio. de confirma. vtili vel inutili. in conſ. 113. col. 2. poſt med. & in conſ. 224. col. 2. in fi. Caſſador. deciſ. 1. de priuil. car. 240. Quid hic dicendum, vbi præter naturam feudi, verba etiam ipſa & propria eorum ſignificatio, rectum, auitum, antiquum, & ſecũdum bonas cõſuetudines patriæ Pedemontium, extraneis reſiſtunt. Et in ſignificatu verbi, expreſſum id vere dici, quod verbi ſignificatus habet, ſcite Ang. ſcribit in cõſ. 17. Comes Brandiſius nu. 6. verſic. vnum autem ſolum. Curt. ſen. in dict. conſ. 49. num. 45. verſ. & per illam clauſulam, & illa verba. & nu. 65. in fi. Gloſ. huc accedit in l. precibus. in glo. fi. verſic. item notant quidam. C. de impuber. Quid hic dicendum, vbi verba tot conueniunt, quæ ſingula extraneos explodunt. Et quidem quo tanta verborum adiectio, rectum, auitum, &c. niſi ſi effectum, naturámue eorum obſeruamus.

Non alienum ab his eſt, quod vulgo dictitant, expreſſum id intelligi, quod ex narratis ſequitur, neceſſe quippe non eſt, vt qui vnum exprimit, omnia enarret, quæ ex eo ſequuntur. c. nam concupiſcentiam de conſtitu. c. cum ſuper. de offi. delega. Tradit Freder. de Sen. in conſ. 158. reuerende pater. In eandem ſententiam Freder. idem ſcribit in conſ. 299. dominus Peruſij col. 2. circ. med. vno expreſſo, expreſſa omnia intelligi, quæcũque cõcluſa ſub eo ſunt, & ab eo pẽdent. per. tex. in l. 1. ff. quod metus cauſ. & in d. c. cum ſuper. Idem ex Bal. declaratur in l. vni. num. 10. in fi. C. de his, qui ante aper. tab. cum alijs apud nos relatis in conſ. 149. num. 11. in conſ. 257. nu. 6. in tracta. de antiq. temp. part. 1. nu. 86. ad Venetam impreſſionem. Hoc amplius in ſcriptis eſſe id creditur, quod ex verbis ſcriptis colligitur, aut ex eis ſequitur. Dec. in conſil. 68. col. 5. in prin. per text. in l. 1. §. ſin autem. & quod ibi Bar. ff. de hæred. inſti. vſque adeo porro expreſſum id dicitur, quod ex narratis colligitur, vt ad rem non attineat, tertij ius ad eum modum lædi. Quare vbi iuris alieni lædendi facultatem princeps habet, ſatis eſt, de volũtate principis, vt tertij ius lædat, ex his conſtare, quæ ex narratis ſequuntur aut colligi poſſunt, vt Pariſ. ſcribit in conſ. 1. numer. 72. lib. 2. ex Roſello ab eo relato. Idem Galiau. ſentit. in l. 1. in prin. nu. 26. ff. de lega. 1. vbi expreſſum id in materia etiam ſtricta exiſtimat, quod ab expreſſo ſequitur. Quid dicturi hic erimus, vbi nõ modo alienum incommodum non contingit, verum ſpecies fauorabilis verſatur: vt quo magis poſſit, incolume feudorum ius maneat.

Apparet ex his, ſatis ſuperq; ad palmarium, fundamentum hoc ſextum eſſe. In quo ex Bal. in ſpecie & nominatim dubitatio omnis reſecatur. Dum accurate ac animo ſincero modo Bal. mentem verbaq; ſpectemus, vel ſenſu communi prorſus autor deficit.

309 Septimo in argumentis † memoratis de contrarietate excludenda obſeruandum, id demum à doc. animaduerti, vtrum ratione aut modo aliquo excludi contrarietas poſſit, ſic quomodo in exemplis videre ante relatis eſt, & apud nos in d. conſil. 70. num. 15. & in d. conſ. 144. num. 14. Et in ſpecie inueſtituræ Caſtren. tradit in conſil. 311. circa id, quod primo quæritur, num. 2. lib. 2. Dec. in conſ. 168. poſt prin. in conſ. 195. nu. 3. verſi. & in verbis ſententiæ. Sed enim remoueri contrarietatem hic poſſe, ad conſenſum domini remittendum clauſulam applicando, & faciant quicquid velint, teſtatum ne quidem ſemel habemus. Rurſus obſeruãdum, curæ doctoribus in reſtrictione hac ob contrarietatem vitandam non eſſe, ad ea ne fieri reſtrictio poſſit, de quibus in diſpoſitione apparet, vti exemplis patet ſuperius commemoratis, & apud Bar. præſertim in d. l. fi. §. idem quæſijt nu. 3. Ibiq; alij. ff. de condi. indebit. Quid hic dicendum, vbi expreſſim id conſtat, ad quod fieri aut referri reſtrictio poteſt. Id eſt, ad conſenſum domini remittendum, vt

ſatis ſuperq; argũmentum hoc contradictionis cauẽdæ ad palmarium ferendum omnibus ſit quibuſcunque interpretationes placent, quæ à fonte ipſo naturæ & æquitatis manant, Animi affectibus poſitis.

310 Octauo vſque adeo interpretatio hæc † legibus & doct. ad
blanditur, vnde contrarietas aut correctio declinatur, vt tolerabilius ſit, verba offendere, quam contradictionẽ interpretando admittere. l. ſi vnica. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de elect. lib. 6. Bar. & alij in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. doct. in c. cum teſtib. Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 6. ff. de oper. noui nuncia. Dec. in conſ. 11. col. 2. in prin. verſ. vnde ſi diceremus. Et in verbis legis tradit Soc. in l. 1. nu. 6. in fi. ff. de leg. 1. Si offenſionem cõtrarietatis declinandæ cauſa, verba legis patiuntur: Quid in verbis inueſtituræ à notario nõ perinde erudito prolatis, cũ pro-
311 prie nec paulo † magis iuriſconſulti, imperatoreſúe loquãtur
Bar. in l. decem num. 6. Ibique Imola. num. 8. verſ. quandoque ſimpliciter. ff. de verbo. obliga. Imola in l. Titia. §. pen. eod. tit. Io. Hannibal in rub. ff. ſol. mat. nu. 64. num. 74. num. 344. in fi. & vberius num. 395. Caſſador. Dec. 3. colum. 3. in fi. de reſeruatio. fol. 84. In ſententia etiam verba vulneranda, ne contradictionem habeat, Geminia. ſcribit in conſ. 122. circa med. In verbis libelli idem Aret. ſcribit in conſ. 127. in cauſa dominæ Antoniæ nu. 1. Quid hic dicendum, vbi citra vllam verborum læſionẽ, ita intelligi clauſula hæc poteſt, & faciant inueſtiti quicquid velint, domino non pręmonito, dum incolume tamẽ pactum ſuperius maneat, hoc eſt vt rectum, auitum & antiquum feudum perſeueret.

Nono ſi generaliter clauſulam intelligimus, & faciãt quicquid velint, inepta & momẽti nullius verba tot fiunt, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium: cum alienabile & hæreditarium feudum ſimpliciter fiat. Ita niſi clauſula ipſa, & faciant quicquid velint, effectum nõ habebit. Sin autem ad modum memoratum, id eſt, ad conſenſum domini remittendum clauſulam ipſam accipimus & reſtringimus, vtilitatem ſuam habiturum vtrunq; erit. Rectum quippe auitum & antiquum feudum, & ſecundum bonas patriæ conſuetudines erit. Æque pro arbitrio id diſponere licebit quod ad dominum attinet, iniuſſu cuius alienari agnatis conſentientibus, poterit. quod ſi non conſentiant, iniuſſu domini alienari nihilominus poterit, quia feudo alienator cariturus ob id nõ erit, neq; pœnæ nomine ad agnatos deuoluetur, vnde niſi tanquam agnati & iure inueſtituræ, nõ etiam pœnæ aut alienationis cauſa, feudum non vendicabunt. At enim potiorem haberi interpretationẽ oportet. Vnde vigorem & firmitatem obtinere omnia poſſunt. Namq; ſi ver-
312 bum nullum vel † minimũ, imo nec ſyllabam intelligi ita con-
uenit, vt fruſtra fiat, vti non parce ſcriptum ante habemus, nu. 46. Quid in verbis tot, quæ ad naturam & ſubſtãtiam feudi adiecta demonſtrandam ſunt, vnde interpretatio diuerſa vti praua reijcienda, per quam infructuoſa verba tot fiunt. Prauum enim intellectum, ex quo ſterilia verba aut otioſa fiunt, Caſtren. putat in conſ. 175. caſus præſens valde dubitabilis col. 4. poſt med. verſ. & dum dicitur, argumentum à contrario ſenſu lib. 1. Hoc amplius, intellectum extraneum ſeu à ratione aberrantem magis eſt accommodari, quam vt inertia, aut momenti nullius verba fiant. Calca. in conſ. 12. nu. 7. in fi. & apud nos in conſ. 201. nu. 4. in fi. Quid in ſenſu hoc dicendum, qui tam amiciſſimus & verbis, & menti inueſtituræ apparet. Qui ad ipſam feudi naturam quadrat. Quo magis admiter, ſenſum alium aduocationi diuerſæ placere, fundamentíue quicquam locari in clauſula memorata poſſe.

Decimo illud ſaltem admiſſurum quemuis non dubitem, quin incertus aut ambiguus ſenſus clauſulæ huius, & faciant quicquid velint, ex ſuperioribus fiat, qui perſpicuus tamen factus vndique eſt. Sed enim in re dubia declarationi ſtandũ vaſſallorum videtur, quod genus eſſe feudum exiſtiment, à quib. venditio bonorum facta perinde vt de feudo recto eſt, in quo
313 decreti opus forma ſit. Promiſſori quippe † ſermonis obſcu-
ri, qui ex contractu naſcitur declarandi facultas datur. l. quicquid adſtringendæ. §. ſed ne rurſus. ff. de verb. obl. Matthesila. not. 162. nota quod vbicunq;. Sed enim feudum Noni rectum, antiquúmue eſſe, cum ante venditionem, tum in venditione ipſa confeſſus venditor vaſallus eſt. Quæ confeſſio ante vẽditionem per inueſtituras, conſignationes & recognitiones facta emptori ipſi noxia haud dubie eſt, ne melior conditio eius quam autoris fiat Bart. & alij in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. cum alijs apud nos comparatis in tract. de antiq. temp. part. 1. nu. 78. & in conſ. 29. nu. 1. Et in ſpecie recognitionis tradit Soc. in conſ. 50. nu. 8. & in conſ. 68. nu. 5. & ſeq. lib. 4. Ripa in l. ſi rem aliquam nu. 42. verſi. intellige, vt non probet. ff. de acqui. poſſ. De quo infra etiam nu. 329. & nu. 429.

Neque argumentum mouet, quo doctor ille in actis vtitur fraudẽ emptori factam, cui perſuaſum ſit, feudalia bona eſſe, quæ non ſint. Namque tenorem ſuum non obſcure argumentum his ineptiſſimis patronus ille tuetur. In quem argu. ipſum regeritur, fraudem enim cauſari aut circumuentionem aliquã emptor nequit, ſi qualia vendita bona ſunt, talia venditor aut feudi ſucceſſor defendit. Queri enim emptor non poteſt, bona ſe empturum quaſi feudalia, aut ex feudo recto non fuiſſe, quæ vti talia expreſſim empta ab eo ſunt. Vnde locus querimoniæ foret, ſi quaſi feudi recti, & in quo neceſſaria decretorũ forma ſit, comparaturus bona non fuerat. Quid autem in confeſſione inquirimus, facta necne ante venditionem aut in venditione ſit. Quandoquidem tantundem expreſſim confeſſus & aduerſarius ipſe emptor eſt.

314 Secundo ad argumentum reſpõdetur. Iuris † præſumptio-
nem cum genero facere, vt proprium feudum in dubio cenſeatur Bal. in l. 1. q. 31. ff. de rerum diuiſio. in l. 2. nu. 6. C. de iure emphyt. in l. liberti libertæq; nu. 31. verſic. quæritur de eo. C. de oper. liber. Alex. in conſ. 15. colum. fi. lib. 5. Pariſ. in conſ. 15. nu. 15. lib. 1. Quibus locis habetur, ſecundum naturam ſuam in dubio præſcriptum feudum intelligi. Atq; ideo rectum & proprium in dubio feudum iudicari. Rurſus præſumptio iuris actori fauet, quæ à confeſſione deducitur, Cui ſtandum in dubio eſſe, affatim monſtratum initio habemus numer. 11. Gemina igitur
315 præſumptione cum genero † faciente, Qui improprium, hæ-
reditarium ſimpliciter, atque alienabile feudum aſſerit, probationibus validioribus oſtendere neceſſe habet. Alex. in cõſil. 99. in fi. lib. 3. Iaſ. in l. ſciendum nu. 10. verſ. nota tamen ſtupendum dictum. ff. de verbo. oblig. Galiau. in l. centurio num. 305. & ſequ. ff. de vulg. cum alijs apud nos collectis in tracta. de antiq. temp. parte ſecunda num. 26. & infra num. 383. verſi. interuallo igitur. Et ſi præſumptio iuris ſimplex probationes validiores ex diuerſo poſcit, quid in præſumptione dicẽdum duplici erit, cum difficilius non paulo vinculum ſoluatur, quod duplex eſt. l. cum in adoptiuis in prin. Ibiq; Bal. C. de adoptio. §. ſi vero Inſti. eod. tit. Aucten. itaque. C. com. de ſucceſ. c. inter corporalia verſi. vnde cum non ſit. de tranſlatio. epiſ. c. ex tuarum de autori. & vſu pallij. c. 1. cum gl. de treuga & pace. c. non poteſt de præben. lib. 6. Et id genus non pauca. vnde erroneam confeſſionem memoratam probationibus validiſſimis & ſane quam pellucidis docere pars compellitur. Sed enim efficax, liquidáue probatio nõ conſtat, quæ ex clauſula memorata deducitur, & faciant quicquid facere voluerint, quatenus ex verbis ſuperioribus & in parte ſubſtantiali inueſtituræ aſſcriptis quibus in feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundũ mores bonos patriæ cõceſſio fit, poſteriorem illam clauſulam reſtringendam, ſatis ſuperq; teſtatum eſt.

316 Illud certe inficias quempiam † iturum non duximus, quin
bifariam intelligi clauſula illa poſſit, & faciant quicquid facere voluerint, hoc eſt, reſtrictiue & generaliter. Quo caſu non poteſt ambigua non intelligi. l. veteribus. Ibi glo. ff. de pactis. l. qui ex pluribus. ff. de verb. oblig. l. quotiens in ſtipulationibus eod. tit. iuncta l. quotiens idem ſermo. ff. de reg. iuris. Tex. huc pertinet in l. ita fidei. ff. de iure fiſci. no. Bald. in l. ſcire leges numer. 3. ff. de ll. in l. precibus num. 23. C. de impub. in conſil. 218. petita venia col. 1. poſt med. in conſ. 340. & præmitto colum. 2. lib. 3. Pau. de Caſt. in conſ. 195. viſis & conſideratis omnibus ſupradictis num. 2. lib. 1. Soc. in rub. ff. de rebus dub. & in l. in ambiguo in ſecundo no. eod. tit. vbi enim pluralitas, ibi obſcuritatem eſſe Bal. ait in l. hac conſultiſſima nu. 4. C. qui teſta. fac. poſſ. per text. in d. l. qui ex pluribus. ff. de verbor. obliga. Quod locum habere, etiam cum ſenſum certum à lege diſpoſitio aſſcepit, quæ intelligi multifariam poteſt, Areti. ſcribit in conſil. 84.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0056-6

ſil.84.diligenter ponderatis col.3.poſt med. verſi. & iſta ratio. per text.in l.eum qui calendis in prin.ff.de verb.obligat. Quid hic dicendum, vbi interpretationem certam ab vſu ipſo clauſula hic accepit, & faciant quicquid facere voluerint, vſu enim ipſo receptum, & proprium Noni feudum habeatur, atq; vti proprium obtineat. Quem vſum lege ipſa potiorem eſſe nemo ambigit.l.de quib.ff.de ll.§.ex non ſcripto. Ibiq; gl. Inſt.de iure natu. Itaq; cum ita vſu receptum, moribúſque ſit, vt proprium feudum æſtimetur. Ad eumque vſum confeſſiones accedant tam ante venditionem, quam ſub ea factæ, quis aduerſarium ferat, vt contra confeſſiones venire & ſuas & auctoris permittatur?

Vndecimo vbi ambiguitatis hærere quicquã poſſit, ex obſeruatione id ſublatum inſecuta eſt. Siquidem pro recto, auito & antiquo receptum feudum ſemper fuit, fœminæ ad id admiſſæ nunquam ſunt, cum maſculorum linea perſeueret. Ab
317 obſeruatione † plane inſecuta diſpoſitionis cuiusuis interpretationem faciendam proculdubio eſt. Quæ interpretationum probatiſſima habetur. l. ſi de interpretatione. & l. minime. ff. de ll.l.certi iuris.C.de iudic.c.cum dilectus de conſuet. Bar. in l.diuturna ver.item not.ff.de ll.in conſ.59.nu.6.vbi text.& alios profert. Cuma.in conſ.62.col.1. circa med.verſi.quinimmo cum proponatur.Fulg.in conſ.121.quidam.S.col. 2. circa med. Abb.in cap.1.num.14.de conſtitutio. Soc. in conſ.25. num. 25. verſi.decimo probatur lib.1.vbi tex. & alios in ſententiam hãc profert.Roman.his alluitur in conſ.520.num.2. Qualitatem contractus ex eo declarari, quod obſeruatum poſtea eſt, ſequitur Dec.in conſ.116.col. 1. circa fin. Æque licentiæ qualitatem ex vſu ſubſecuto declarari Bald.ſcribit in c.1.nu.3.quid iuris, ſi poſtea ali. vaſal. feud. recuper. Declaratio ſeu interpretatio hæc, quæ ab obſeruatione colligitur, idcirco primas tenet omniumq; optima habetur, quod ab effectu deſcendit, vt Albano.in conſil.59.num.9.in conſ.62.num.9.in conſ.64. nu. 31. Vſque adeo porro interpretatio hæc arridet, quam obſeruatio inducit, vt potior verbis habeatur, ſeu vt offendere verba liceat, potiuſquam ab interpretatione hac diſcedatur Soc.in conſ.209.num.4.ver.nono comprobo lib.2.in conſ.66. nu.11. verſic.quod etiam confirmatur lib.3.Soc.Iun.in conſ.25.num. 12.lib.2. Quid hic dicendum, vbi citra verborum moleſtiam, interpretationem hãc procedere, dictum ante habemus. Hoc amplius interpretationem hanc admittendam, quam obſeruatio præſtat, Tum quoq; doct.putant, cum rectam eam non eſſe apparet, vt Cuma.ſentit in d.conſ. 62. viſa copia col. 1. poſt med.verſi.quinimo cum proponatur. Abb.in dict.c.cum dilectus num.7.per illum tex.de conſue.Soc.in conſ.145. colum.2. verſic.& cum dicebatur, quod erat ineptus modus lib.1. Quid dicturi hic erimus, vbi rectiſſimam rationibus iuris, feudique naturæ ſane quam cõſentaneam interpretationem hanc eſſe, tam cumulatiſſime teſtatum in ſuperioribus habemus. Sed & in materia pœnali hoc genus admitti interpretatio ſolet, quã obſeruatio miniſtrat, verbi gratia pœna in eum ſtatuta eſt, qui vinum in locum de territorio alieno conducit, nunquid ad extraneum aut forenſem ſtatutum hoc pœnale trahatur. Ab vſu ipſo ſubſecuto ſtatutum declarandum, Cacialup.ſcribit in l. 1. num.155.in fin. verſic. Sed illis concluſionibus Bartol. & aliorum idem tenentium, &c. C. de ſum.trin. & fide cathol. Egregium enim rerum magiſtrum vſum eſſe, ex Cæſare in commẽtarijs, & Plinio iuniore in epiſtolis ait. & per text.in d.l. minime.& in Clemen.paſtoralis de re iud. Si in ſpecie pœnali ſperni interpretatio nõ ſolet quæ ab vſu inſecuto colligitur. Quid in ſpecie controuerſa dicendum, in qua feudi conſeruatio citra cuius iniuriam, vertitur. Ad hæc gratioſa vſque adeo interpretatio hæc videtur, quæ ab obſeruatione percipitur, vt præſcriptionem obſeruatio non poſcat, hoc eſt, tempore ita obſeruatum longiſſimo ſit, verum ſatis erit, ita quandoque vſu receptum Paul.de Caſt. in conſil. 347. quia circa donationem col.fin.lib.1.Alex.in conſ.107.num.21.verſi.nec requiritur lib. 2.Aret.in conſ.11.num. 5. verſi. Sed tamen ex ſuperabundanti. Soc.in conſ.111.num.4.verſic. ſed certe poſſumus dicere & nu. ſeq.lib.1.Corn.in conſ.188.col.fi.lib.4.Dec.in c.cum M. num. 7.verſic.& ex ſupradictis infertur, de conſtitutio. in c. at ſi clerici in prin.nu.25.in fi.de iudicijs. in conſ.48.col.2.in conſ.156. circa fi.in conſ.441.col.pen.circa fi. Natta in conſ.406. nu. 26. & apud nos in conſ.118.nu.2. Quid hic dicendum, vbi poſt feudum Noni introductum, ita ſemper obſeruatum eſt. Hoc amplius non modo ex obſeruatione particulari circa actum geſtũ, ſed generali regionis totius, interpretatio deſumitur Bal. in conſ.145.villa vel caſtrum in fin.lib.3.Signo.in conſ. 172. nu. 4.Pariſ.in conſ.7.num.40.& ſeq.in conſ.50.num.41.lib.3. Sed enim cõmunis patriæ totius obſeruatio interpretationi huic ablanditur, cum alienandi ius pro arbitrio in feudis non competat. Immo enim ante Yolant & Blanchæ ducũ decreta, nec pro dotibus, cauſiſúe alijs neceſſarijs ius feudi alienandi erat. Ita iure communi feudorum per omnia patria vtebatur. Quid hic dicendum, vbi ad conſuetudines ipſas patrię totius expreſſim relatio fit, atque vbi cum generali patriæ totius conſuetudine ſingularis ẽt in loco Noni vſus conſentit, qui ſatis vnus ad voluntatem declarandum eſt. l. nummis. ff. de lega.3.leg.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fundo inſtr.Signoro.in conſ.181.nu. 6.Corn.in conſ.105.col.4.verſi. & inſuper de more lib. 2. & apud nos in conſ.70.nu.12.& in conſ.77.nu.19.

318 Duodecimo reſtrictionem † verba generalia admittunt, vt ad ea tantummodo referantur, quæ naturæ contractus cõueniunt.leg.fundum.ff.de contrah.emptio.Innoc. in c.ex literis de iure patro.Bal.in l.à procuratore.C.mand.in rub. C. de cõtrah.empt.q.9.in l.fi.C.ſine cenſu vel reliq.cum alijs apud nos relatis in conſ.25.nu.2.& in conſ.258. num. 5. Idem Sigiſmund. probat in conſ. 24.num. 14. Ius idem verborum vniuerſalium eſſe, Bal.ſcribit in conſ.67. quia ex facto col. 1. poſt med. lib. 3. Calca.in conſ.1.nu.10.in fine ver.reſtat modo, vt reſpondeam. Soc.Iun.in conſ.148.num.39.libr.1. & quod ſcriptum inferius habemus num. 342. Sed enim feudi naturæ repugnat, vt in alienos aut extraneos transferatur. Ob id clauſula illa, & faciãt quicquid velint, ad conſenſum reſtringi domini debet, ne adhiberi eum neceſſe ſit, non etiam intelligi generaliter debet, vt agnatis etiam inuitis, atque in perniciem ipſorum ad alienos transferre feudum liceat, cum actum expreſſim ſit, vt rectum id, auitum, antiquum, & ſecundum bonas patriæ Pedemontium conſuetudines datum cenſeatur, Vnde ſi generaliter clauſulam illam intelligimus, vis tota clauſulæ illius in parte diſpoſitiua & principaliter inſertæ perimitur. Ipſaque feudi natura inſolidum intercidit. Admittenda igitur interpretatio
319 † erit, vnde quam minimum poteſt, feudi natura alteratur, & quam minimum poteſt, iuris communis feudorum correctio ſequitur. l.1. C. de inoffic.dot.leg. Sancimus. C. de teſta.l.fi.C.de nouatio.l.præcipimus in fin.de appella. expreſſius in §.tribus in Aucten.quibus modis natu.effi.ſui.§. fin. Ibique glo.fi.Aucten.de admin.offi.§.fi. ibi vt omnibus modis cõcordantiæ legum ſeruentur.in Aucten.de exhiben.reis.c.cum expediat de electio.lib.6.gl.magna & ordi.in aucten.quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.Eodem glo.ſpectat in l. fin. in verſic. duos pedes. ff. finium regun. promptos nos eſſe non decere, vt legem abrogemus. Scite huc Bal.quadrat in conſ.495.quædam domina Helena colum.1.in fi. lib. 5. non aliter correctionem admittendam, niſi ſi vel expreſſum ſit, vel repugnantia ineuitabilis neceſſario correctionem inducat. Sed enim non modo expreſſum non eſt, vt ad extraneos pro arbitrio transferre feudum liceat, verum contra nominatim in verbis illis cautum, vt rectum, auitum & antiquum feudum ſit, vt ſecundum bonas patriæ Pedemontium conſuetudines conceſſum intelligatur. Sed nec ob verba taxatiua geminata correctionem admitti iuris conuenit Alex.in conſil.130.in cauſa Strazarolorum num.8.verſic.nec obſt.quod dicatur lib.4.Dec.in l.1. num. 6. C. de bon. poſ. contra tab. & quod infra ſcriptum eſt, num.357. Quid hic dicendum, vbi verbum vllum taxatiuum ne quidem ſimplex inuenitur. Vbi naturæ feudi expreſſim verba conueniunt, vbi conſuetudo cum generalis patriæ totius, tũ ſingularis in loco Noni, interpretationẽ hanc probat.

Decimo tertio ex decreto domini ſententia hæc non mediocriter adiuuatur ratione fortiore argumentando. Per de-
320 cretum enim † verbum vniuerſale quibuſcunque in feudi cõceſſione adiectum cõtra naturam ſuam & vulgatiſſimam doct. ſententiam offenditur, ne alienabile aut hæreditarium ſimpliciter feudum inducatur, quod alicui pro ſe datum & hæredibus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0057-1

dibus ſuis quibuſcunq; eſt. Quamuis iure communi ad extra-
neos tunc feudum ambulet Bald.in cap.1.in princip. nu.19. de
proh.alie.feu.per Freder.in l.1.qu.34.& q.48.ff. de rerum diu.
in conſ.207.quæſtio eſt,ſpurius nu.1.in fi.lib.2.Alex.& Iaſ.in l.
Gallus.§.etiam ſi parente.ff.de lib.& po.Alexan. in conſ.7. nu.
8.lib.7.Soci.in conſ.19.nu.4. verſic. nec eſt neceſſarium libr.1.
in conſ.266.num.37.verſic.præterea Bal.lib.2.Corn. in conſil.
6.col.4.lib.1.Dec.in conſil.78.colum.pen. Bologni. in notulis
Io.de Ana in conſ.84.colum.3.Iaſ.in conſ.155.col.2.in fin.lib.2.
in conſ.17.col.3.lib.3.in conſ.115.col.8.in conſ.118.col.3. in fi.in
conſ.124.col.pen.poſt med.& in conſ.ſeq.col.6.lib.4. Ruin.in
conſil.3.num.8.in conſil.16.num.5.libr.1.in conſil.59.num.24.
lib.4.Gozad.in conſil.6.num.43.& ſequen.in conſil.8. numer.
25.in conſil.14.num.22.in conſ.27.nu.22.in conſ.59.num.15. &
in conſ.76.nu.3.Curt.Iun.in tract.feud.parte tertia. q. vltima.
in conſ.1.col.1.& ſeq.in conſ.48.nu.3.in conſ.60.nu. 9.in fi. &
in conſ.183.nu.4.in fin.Ripa.in l.ex facto.§. ſi quis ita nu. 16. ff.
ad Trebellia.in l.quæſitum.§.ſi quis cum tutor,nu.4. & ſeq. ff.
de priui.credi. Soc.Iun. in conſ.103.nu.28.in conſ.112. nu.3. in
conſ.114.nu.9.lib.2.Pariſ.in conſ.71.num.42. lib. 3. Ex decreto
hoc,rationeq; validiore ſpecies controuerſa dirimitur. Nam-
que ſi verba vniuerſalia cõtra probatiſſimam doct.ſententiam
offendi ſimpliciter decretum iubet,atq; ideo offẽſionem tum
etiam verba vniuerſalia patiuntur, cum verbis ipſis vniuerſa-
libus verba alia ſpecialia non repugnant. Quid in ſpecie pro-
poſita dicendum, in qua verba ſuperiora in parte diſpoſitiua
& principali adiecta, in feudum rectum, auitum, antiquum, &
ſecundum bonas conſuetudines Patriæ Pedemontium clau-
ſulæ ipſi euidentiſſime repugnant, & faciant quicquid facere
voluerint. Quod vnicum arg. ad palmarium ſatis rem iuſte ca-
ſteq; contemplantibus videtur.

Decimo quarto ex Oldra.nominatim quæſtio hæc explica-
tur in conſ.178. factum tale eſt, quidam nobilis. Qui in ſpecie
inueſtituræ huius caſtri Noni, à vicario comitis Sabaudiæ in
conceſſæ, de iure reſpondit. Atqui pro vero & rectiſſimo feu-
321 dum id eum habere, planiſſimũ ex eo fit. Quamuis in † eo no-
tari Oldra. ſoleat, quod vigorem in clauſula non admittit, qua
iure feudi antiqui quod nouum eſt, conceditur, ita vt pro an-
tiquo habeatur. De quo apud nos in tract.antiq. temp. part.5.
nu.13. Et cùm ſatis demõſtratio duplex ad rem eandem oſten-
dendam ſit.l.patronus.§.1.ff.de leg.3.l. forma. ff. de cenſibus.l.
hac conſultiſſima.C. qui teſta.fa.poſ.Bartol. in l. demonſtratio
falſa.§.1.q.7.ff.de condi.& demon.Bart.Alex. & alij in l. ſi quis
in fundi vocabulo.ff.de lega.1.Alex.in conſ.72.lib.3.in conſ.38.
lib.5.in conſ.107.lib.6.& in conſ.57.libr. 7. Demonſtrationes
hic plus quã duæ interueniunt, quæ inueſtituram eandem cõ-
trouerſam atq; eam arguunt, ſuper qua de iure reſponſum ab
Oldra.eſt. Nomen inueſtientis, inueſtitorum, res ipſa, de qua
facta inueſtitura eſt, Noni feudum videlicet inueſtiendi cauſa,
quæ à bello ibi enarrato deſcendit. Ita recte ſupputãtibus de-
monſtrationes quatuor interueniunt. Secundo qui diuerſam
inueſtituram controuerſam, atque illam aſſerit, ſuper qua cõ-
ſilium datum ab Oldr.eſt, illud quoque affirmat, de feudo eo-
dem, à perſona eadem vaſallos eoſdem iterum inueſtitos. Sed
enim iuri id & veriſimilitudini omnino refragatur, vt ijdẽ va-
ſalli à domino eodem de feudo etiam eodem bis inueſtiantur,
cum niſi mutatione aut morte domini ſeu vaſallorum renoua-
522 tio fieri inueſtiturarũ non ſoleat. Etenim cum † dominium v-
tile ſemel adeptus inueſtitus ſit, dominus fieri iterum non po-
teſt.l.ſi id quod.ff.de reſcin.vend.l.3.§.ex pluribus.ff. de acqui.
poſ.l.non vt ex pluribus.ff.de reg.iuris. Repetitam igitur inue-
ſtituram non recte dixerimus, quæ neceſſaria non eſſet.l. non
cogendum in fine.ff.de procura.leg.hæc ſtipulatio.§. diuus.ff.
vt lega.nom.cau. Id quidem maxime, quod citra ſumptum id
genus inueſtituræ non fiunt argumenta. leg. cum de indebito.
323 ff.de probat.cum alijs ante relatis.num.178. Rurſus cum † re-
petitio hæc inueſtiturarum fieri ab eiſdem dominis, vaſallis, &
de feudo eodem non ſoleat, facta præſumi non debet. l. fidei-
commiſſa.§.ſi ſeruo.Ibique Bal.ff.de lega.3.Alexan.in conſ.27.
circa fi.lib.2.& in conſ.75.num.13. verſic. oſtenditur etiam lib.
5.Dec.in conſil.399.numer. 8. Conſuetudinem etiam in præ-
ſumptione ſeu veriſimili, vt præſumi debeat, quod vſitatum
eſt, viceque contraria, Bal.obſeruat.in l.teſtium col. fin. verſi.
quarto dixi.C.de teſtibus cum alijs apud nos relatis in tract.de
antiq.temp.parte quarta, num.229. Quibus Salic. accedit in l.
neque natales in ſecunda oppoſi.C. de proba. Soci. iunior, in
conſ.48.nu.12.lib.2.quod plerunq;, aut communiter contin-
git, veriſimile id haberi & præſumi.ita vt probandi onus in ad-
uerſarium regerat. In eandem ſententiam Bald.ſcribit in l.ne-
que.1.num.1.in fi.C.de nuptijs. verum id præſumi, quod vſita-
tum eſt fieri. Ergo falſum præſumendum id erit, quod à con-
ſuetudine abhorret, à contrarijs argumentando, l.1.ff. de his
qui ſunt ſui vel alie.iur. Idque ex text. probatur in l. ſi quis ſub
conditione.Ibiq; gl.& Bal.ff.de cond. inſtit. in l. iubemus in fi.
C.de teſtam. & alia non pauca. Ad hæc pluralitas præſumi in-
ueſtiturarum non ſolet. Namq; ſi teſtamentorum pluralitas
non præſumitur.lege fina.Ibiq; Bal. in fin.C. de rebus credi. l.
omnium cum gloſ.in verſic.comprobatur.C.de teſtamen.Sal.
in l.2.circa med.C.de errore aduo.Alexan.& alij, in leg.2. Ibi-
que Dec.num.4.Iaſ.num.7.C.de bono.poſ. ſecund. tab. Alex.
in conſ.4.num.12. lib. 7. Longe minus pluralitas præſumenda
inueſtiturarum erit, cum teſtamenta plura ab eodem non ra-
ro fiant. Quod non ſimiliter circa inueſtituram contingit. Ita-
que præſumptione iuris & conſuetudine notiſſima pluralita-
tem inueſtiturarum de eadem re, inter eaſdem perſonas non
admittente, eandem inueſtituram controuerſam, atq; eam eſ-
ſe, de qua apud Oldra.non poſſumus non dicere. Conſequen-
ter rectum Noni feudum eſſe, Oldra.teſtim. in ſpecie declara-
tur.

324 Aliter etiam identitas hæc † demonſtratur, quod ſi plurali-
tatem inueſtiturarũ in vaſallis & dominis eiſdem admittimus,
ſacramenti quoque fidelitatis neceſſe erit iterationem indu-
cere. At enim fidei ſacramentum denuo ſubire vaſallus nõ co-
gitur Boic.& alij in c. veritatis de iureiur. Emanuel à Claris a-
quis, ſin.125.

Quid autem dicimus, ab eo inueſtituram non repetendam,
qui inueſtitus ſemel ſit. Quatenus nec in ſucceſſoribus eius
325 † neceſſaria æſtimatur, qui ſub inueſtitura comprehẽſi aucto-
ris defuncti ſunt Bal.in conſ.301.proponitur, quod Petrus nu.
6.in fi.lib.1.Paul.de Caſt. in conſ. 189. viſo inſtrumento cuiuſ-
dam inueſtituræ col.2.in prin.lib.2.Alex.in conſ.79.col.fi. lib.
1.Iaſ.in conſ.159.col. 3.in fi.ver. quod autem in caſu noſtro lib.
2.Bru.in conſ.44.nu.4.

326 Hoc amplius dico, ſatis † demonſtrationes duas ad inueſti-
turam eandem arguendam, quamuis falſæ aliæ inuenirentur.
d.l.ſi patronus.§.1.ff.de lega.3.Paul.de Caſt.& Alexan. in l.ſi in
nomine.C.de teſta.

Decimo quinto mirum ſatis facere non poſſum, inueſtitura
hac quempiam adniti. Quæ producenti contraria haud dubie
eſt, ſi inueſtituras & recognitiones poſteriores obſeruamus,
quibus niſi de feudo recto mentio non fit. Namque clauſulam
illam generaliter eſto accipi oporteat, & faciant quicquid fa-
cere voluerint. Verba ſuperiora deſiderari fac, in feudum re-
ctum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines
patriæ Pedemontium, ex quibus clauſulam ſequentem reſtrin
gendam oſtendimus, ne feudi naturam mutatam in ſucceſſio-
ne dicamus. Rectum nihilominus feudum Noni ex inueſtitu-
ris poſterioribus factum non poſſumus non admittere. Cuius
327 rei gratia † ſciendum, errore manifeſtario eos duci, quibus v-
ſum eſt, alienabile & hæreditarium feudũ ex inueſtitura prio-
re ſimpliciter eſſe, Atq; ideo inueſtituræ ipſi priori ſtandum,
neq; formam eius in perniciem mutari ſucceſſorum potuiſſe.
Dij boni, errorem tantum quis ferat. Etenim ſi alienabile &
hæreditarium feudum ſimpliciter ex prima inueſtiturarũ eſt.
Quomodo ius ſibi ex ea quæſitũ agnatus, fœmina aut ſucceſ-
ſor vllus contenderit. Quæſitum quippe ius diceretur, Si in
necem agnati, fœminæ, aut ſucceſſoris alterius alienare id non
liceat, ita vt ad eos peruenire omnino debeat. Cæterum ſi hæ-
reditarium aut alienabile ſimpliciter feudum eſt, ita vt ad ex-
traneum id ambulare quemuis poſſit. Quomodo ius cuiquam
in eo intelligi quæſitum poterit. Conſequenter quod dici-
tur inueſtituræ priori ſtandum, obtinere tunc oportet, cum ex
ea ius cui quæſitum apparet, quod eo lædi inuito non poteſt.
Aliter atq; cum ius cuiquam quæſitum non ſit, quia vocatus
quiſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0058-7

quiſquam non legitur, verum in arbitrio vaſalli poſitum feu-
dum eſt. Ibi enim poſterioribus inueſtituris, non priori ſtan-
dum nominatim Pernus ſcribit nota.quarto numer.42.& ſeq.
Ibique ridiculam eorum opinionem ait, quibus viſum contra
ſit, vt priori ſtari inueſtituræ debeat. Quo argumento pro Il-
luſtribus Noni regulis vſi ante ſumus, quam obuius mihi Per-
nus fieret. Sed enim teſtimonijs, pleriq; vel non ita grauibus,
potiuſquam rationibus, coactis ducuntur. Reſponſionis tan-
tulum ad arg. hoc ratione inuicta munitum, quam auidiſſime
expecto.

Sed enim ius agnatis & ſucceſſoribus in feudum quæſitum
eſto ſit, quod nequaquam admittimus, Ius ex inueſtitura hac
priore aduerſarius metiri nihilo magis poteſt. Rei cuius de-
mōnſtrandæ cauſa, ſciendum, feudum hoc Noni pro recto, a-
uito & antiquo à vaſallo venditore tam per inueſtituras, quam
328 conſignamenta, quæ vocant, recognitum. Ita vt inueſtituris &
recognitionibus liquet. Dubitandū plane † non eſt, quin feu-
di naturam in perniciem ſuam mutare aut alterare vaſallo li-
ceat. Doc. enim, qui alterationem hanc non admittunt, de in-
commodo ſucceſſorum loquuntur, ne eis noceat Bal. in l. vni.
nu.31.C.quan.non peten.par.Dec.in conſ.78.col.3.circa med.
in cōſ.139.col.2.poſt me. Quod ad vaſallum vero alienatorem
ſpectat, contra alienationem ſuam venire non permittitur. l.
poſt mortem in prin. Ibique gl.ff.de adoptio. l. vendicantem.
ff.de euict.cap.veniens de filijs preſby.ca.diuerſis fallacijs. Ibi-
que glo.in ver.non per te. de cleri. coniuga. Et in ſpecie feudi
tradit Alex.in conſ.60.nu.3. libr.3. vbi contra factum ſuum in
feudo quempiam non venire ait, cum niſi ratione iuris tertij
329 prohibitum factum nō ſit. Qua ratione igitur † alterationem
feudi in necem ſuam impugnare vaſallo ne licet, ita nec aduer
ſarijs Pau.& S. cauſam vel ſingularem à vaſallo ducentibus, ne
melior ſucceſſoris ſingularis quam auctoris eius conditio fiat.
l.ter.§.1.ff.ad Velleia.l.ſi ſuperatus. Ibiq; Bart.ff.de pignor. l. ſi
mater.§.fin.ff.de except.rei iudi.l.quod ipſis.ff.de reg. iuris. c.
ſaluberrimum.2.q.7.Bar.& alij in l.facta.§.ſi hæres.ff.ad Treb.
cum alijs apud nos relatis in tract.de antiq.temp.par.1. nu 78.
& in conſ.29.nu.1.Et in ſpecie recognitionis Soc. tradit in cō-
ſil.50.nu.18.& in conſ.68.nu.5.& ſeq.lib.4.Ripa. in l. ſi rem a-
liquam.nu.42.ff.de acqui.poſſ.Et quod Signorol.ſcribit in cō-
ſil.138.nu.3.& quod ſcriptum inferius eſt, nu.429. Hoc amplius
Gozadi.ſcribit in conſ.26.num.54.& ſeq. fas eſſe in perniciem
eorum feudum alterare, quibus ius quæſitū ex inueſtitura pri-
ma eſt, quotiens in alterando, ad feudi naturam remeatur. Ex
quo dicto ſolo extra controuerſiam res ponitur, cum ad feudi
naturam alteratio pertineat. Affirmandum tamen Gozad. di-
ctum ita ſimpliciter non cenſui. Satis tamen erit, opin. hanc
ex eo non vulgariter adiuuari.

Decimo ſexto aliter etiam inueſtitura controuerſa retor-
330 quetur. Namque ſi alienabile † feudum atque hæreditarium
ſimpliciter dicimus, vt licentia vaſallis ſit quicquid voluerint,
de eo faciendi. Pro arbitrio vaſalli diſpoſuerunt, & quod viſum
eis fuit, per inueſtituras poſteriores facerent, vt quod aliena-
bile feudum erat, in rectum & antiquum abiret. Ad quem mo
dum melior ſucceſſorum facta conditio eſt. Quia vbi ex prio-
re ius quæſitum inueſtitura non eſſet, id eis ex poſteriorib. cō-
petit. Itaque ſi deteriorem ſucceſſorum conditionem facere
alienando licebat, multo magis commodiorem. l. ſoluendo. ff.
de neg.geſt.Inſt.de autori. tutor.circa prin.cum alijs apud nos
relatis in conſ.206.in prin. Rurſus ſi in totum feudum alienare
ex inueſtitura priore conceditur, multo magis naturam eius
citra alienationem, alterare. l. iuris gētium.§.adeo.ff. de pactis.
reg. cui licet lib. 6.

Decimo ſeptimo extra controuerſiam res ex inueſtitura al-
tera ponitur de eodem inter eaſdem perſonas, de feudo codē,
per notarium alium conſcripta. In qua non ita generaliter cō-
331 cepta clauſula controuerſa eſt, & faciant quicquid facere † vo-
luerint. Verum verbis alijs ita reſtricta, Et iure feudi faciant,
quicquid facere voluerint ſine contradictione domini comi-
tis. Quorum verborum ſenſus perſpicuus videtur, vt niſi ad
conſenſum domini remittendum cogitatum non ſit, ita vt ſi-
ne contradictione eius facere pro arbitrio liceat. Quod ad
agnatos plane aut ſucceſſores attinet, pro arbitrio faciendi da
ta facultas non eſt, verum vt iure id feudi fiat. Id eſt, prout iure
permiſſum feudi eſt. Quæ verba interpretationem hāc omni-
no admittunt, verbis etiam ſuperioribus remotis, in feudum,
rectum, auitum & antiquum, & ſecundum bonas conſuetudi-
nes patriæ Pedemontium, ſi quidem ad naturam feudi inter-
pretatio hæc quadrat, & per eam iuri cōmuni feudorū diffici-
lius derogatur, per ea, quæ ſcripta ante ſunt numer.318. & ſeq.
Quid hic dicendum, vbi verba illa interueniunt, in feudum
rectum, &c. vtrum fruſtra in verbis tam clariſſimis contro-
uerſia ſit. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de le-
gat.3.

Decimo octauo impedimenta duo in feudo alienando in-
terueniunt. Vnum ex parte domini, ne eo inuito aut inuoca-
to, alienatio fiat, vt ſcriptum ante habemus numero 293. Al-
terum ex parte agnatorum, in quorum perniciem feudi li-
centia alienandi vſque adeo non eſt, vt ne quidem domino
volente fraudi eis alienatio ſit, ſic quomodo teſtatum in ſupe-
rioribus habemus numer.21.& numer.295. Ex his duobus im-
pedimentis non niſi vnum ſublatum, & niſi vnum amouere
partes noluiſſe, non obſcure liquet. Id eſt, quod in conſenſu
domini conſiſtit, vt ſine contradictione eius impune feudum
alienetur. Quod autem ad agnatos ſpectat non tam id aufer-
re, quam integrum manere in verbis illis ſenſerunt. Et iure
feudi faciant, &c. id eſt, prout feudi mos aut natura patitur.
332 Remotionem igitur impedimenti † vnius ad alterum trahi
non conuenit, vt etiam in agnatorum necem diſtrahere feu-
dum liceat. leg. ſi domus. ff. de ſeru. vrba. præd. l. ſi mihi in prin-
cip.ff. de ſerui. ruſt. præd. l. nec is. §. fin. Ibique Iaſ. in primo no-
ta.ff.de acquirenda hæreditate. l.1.§. Sed videndum. ff. de ſuc-
ceſ.edict. Hoc amplius, clauſulam non obſtantibus in verba
pluratiua conceptam non niſi ad impedimentum vnum tra-
hendam. Bald. putat in l. ſi non lex Ælia Sentia per illum tex. ff.
de hæred.inſtit. Idem Bald. in l.1.nu.22.verſi. vnum etiam ſcias.
C.de furtis. in l.1.C.de ſeruit. Paul. de Caſt. in l. humanum in 1.
not.C.de ll. in l.fin.C. ſi contra ius vel vtil.pub. in auct. hoc in-
ter liberos.C.de teſta.Dec. in conſ.602. in ſeptimo dubio. Iaſ.
in l.fi.nu.30.circa fin.ff.de conſtit.princip. Et in locis alibi doc.
333 non paucis. Scite huc Ang. † accedit in conſ.177. in facto pro-
ponitur, quod Balthaſari poſt med. Remiſſionem neceſſitatis
appellandi, quam emptori venditor facit, ad ius querelæ, aut
de nullitate dicendi non trahi. Quod dictum per quam appo-
ſite huc quadrat, vt cuiuis neceſſitas remiſſa conſenſus domi-
ni exquirendi intelligatur, neceſſitas tamen ſublata in cōſenſu
eorum non ſit, ad quos feudum rectum venturum, auitum &
antiquum eſt ſecundum bonos patriæ Pedemontium conſue-
tudines.

Decimo nono permiſſio & prohibitio hic cōcurrunt, Per-
miſſio in clauſula controuerſa, & faciant quicquid velint. Pro-
hibitio in clauſula, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum
334 mores laudatos patriæ Pedemontium. Namq; ſi rectum, † a-
uitum & antiquum feudum dicimus, vtique id transferri in a-
lienos nequit. verum ad deſcendentes demum ambulat. capit.
1.§.his vero deficientibus. & verſic. Si enim Titij auus de ſuc-
ceſ.fratrum.cap.1.de benefi.fratrum.cap.1.§.cum autem. Ibiq;
doc. qui feu. dare poſ.gloſ.& doct.in l.ex facto.§.fin.ff. ad Tre-
bel.Pau.de Caſt. in conſ. 11. Super primo quæſito in quantum
quæritur col.2.circa med.lib.2. Et ſcite magis infra nume.354.
verſic. Sed enim prohibitio & altera in verbis illis ineſt, & iu-
re feudi faciant. Quoniam ſi iure feudi perfici diſpoſitionem
oportet, extraneos ab eo arceri proculdubio eſt, cū niſi deſcē-
dentes non inuitentur. In hoc igitur permiſſionis & prohibi-
tionis congreſſu, potiorem prohibitionis cauſam eſſe non du
bitatur Bal.& poſteriores in l.ſi Ruffinus.C.de teſtam.mil. De
quo vberius infra nu.367. Quod argumentum ratione validio
re bifariam hic vrget. Principio, quod triplex hic prohibitio
interuenit, Prima in verbis illis rectum, auitum, &c. Secūda in
clauſula ſecundum mores probatos patriæ Pedemontiū. Ter-
335 tia in verbis illis, & iure feudi, &c. Quæ prohibitio † tertiū re-
petita potentior quā ſimplex non paulo eſt. l. baliſta. ff. ad Tre-
bel.cum alijs ſupra enu.nu.315. verſi. quid in præſumptione di-
cendum. Et in ſpecie prohibitionis repetitæ fortiorem eam
ſimplici eſſe & egregius tolli, ex tex. oſtenditur in §. ſanctiſſi-

mas in auctẽn. de aliena. & emphy. glo. in cap. verum in gloſ. fi. de condi. apposi. Bartol. Imola & alijs in l. filius familias. §. diui. in ſecunda opposi. ff. de lega. 1. Alex. in conſ. 93. colum. fin. libr. 7. Areti. in conſ. 22. colum. 1. Corſet. ſingu. 253. vbicunque concurrit. Dec. in conſ. 193. col. 1. Soc. iun. in conſ. 48. num. 8. lib. 1. & in conſ. 31. numer. 72. lib. 2. Vnde ſi fortior permiſſione prohibitio vel ſimplex eſt. Quid in prohibitione probandum triplici erit? Ratio altera fortior hic pugnat. Quoniam permiſſione validior prohibitio habetur, quamuis momenti nullius permiſſio fiat, cum à prohibitione vincatur. Quid dicturi hic erimus, vbi vtraq; in caſu ſuo effectum habere diſpoſitio poteſt, permiſſiua & prohibitiua? Locus enim permiſſioni quãtum ad dominum directum erit, vt ſine contradictione eius, alienare feudum liceat. Æque locum & effectum prohibitio habebit ne in alienos, deſcendentibus aut agnatis inuitis, feudum cõferatur. Ad quem modum neutra diſpoſitio alteri derogat, contradictio nulla incurrit, iuris feudorum derogatio excluditur. Inutilia verba tot, cum myſterioque aſſcripta non fiunt, in feudum rectum, auitum, antiquum, ſecundum bonos mores patriæ Pedemontium, & iure feudi. per ea, quæ prolixius ſcripta ante ſunt nu. 301. vſque ad nu. 313.

Vigeſimo iuri ſuo niſi in conſenſu remittendo derogatum eſſe dominus noluit. In alijs plane ſaluum, id eſt, cautum eſt. Qua ratione igitur ius ſuum lædi niſi in conſenſu cedendo noluit, & ſaluũ expreſſim in alijs fecit. Ita credibile eſt, vt in verbis illis, & iure feudi faciant, &c. Saluum eorum præſtare ius cogitauerit, ad quos peruenire feudum ſolet, quod rectum, auitum, & antiquum eſt. Idq; nõ iure ſcripto feudorum ſolummodo, verum etiam ex optimis patriæ Pedemontium mori-
336 bus. Ad quem modum pars vna ſcripturæ † aut inueſtituræ ab alia declaratur, vt ad reſeruationem iuris agnatorum & verba illa pertineant, & iure feudi. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. l. quemadmodum. §. hæc verba. Ibique Bal. ff. ad l. Aquil. l. vtrum. Ibique Bar. & Ang. ff. de petitio. hæredi. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. l. qui non militabat. §. Lucius. ff. de hæredi. inſtit. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & l. qui filiabus. ff. de lega. 1. l. legatorum. §. 1. ff. de lega. atque locum & in ſcriptura alia tempore diuerſo facta habere, inferius oſtenditur. num. 358. Quanto magis ius idem probandum in ſcriptura eadem erit.

337 Vigeſimo primo verba illa † iure feudi, tantundem atq; illa valent, & ex cauſa feudi. l. 3. in princip. ff. de vſufruct. Ibi legati iure, id eſt, titulo aut ex cauſa legati. l. procuratoris. §. per hanc. Ibi iure pignoris. ff. de tributoria. l. fin. in fin. ibi iure pignoris rem retinuit. ff. qui potior. in pigno. ha. l. e. ſi vero. §. 1. Ibi quod iure patronatus aſſequitur. ff. ſolut. matr. Pro eo igitur res videtur atque ſi expreſſum ſit, faciant quicquid velint ex cauſa aut ſecundum cauſam feudi, prout cauſa aut conditio ipſius feudi patitur, quod rectum conceſſum, auitum, antiquum, & ſecundum bonos patriæ mores eſt.

Vigeſimo ſecundo perſpicua partium mens ex verbis illis fit, ſine contradictione prædicti domini comitis, & hæredum ſuorum. Apparet enim ex verbis his, niſi ad conſenſum domini remittendum, cogitatum non eſſe, vt quibus caſibus feudi alienatio fieret, impune id domino inconſulto, perficeretur.
338 Proinde † ad id reſtringi verba oportet, de quo cogitatum à partibus conſtat. l. ſi quis ita. §. pen. ff. de teſta. tu. Bald. in conſ. 159. ſuper eo, quod quæritur num. 5. in fi. verſi. item non obſtat ſi dicatur lib. 3. Alexand. in conſil. 76. viſo themate. col. 1. circa med. lib. 4. Idq; locum & in verbis præciſis habere, Caſtrenſ. ſcribit in conſ. 332. viſo teſtamento Michaelis col. 1. circa med. lib. 1. At enim verba hic vlla præciſa nõ ſunt, quod alienari feudum omnino debeat.

Vigeſimo tertio ſi mens ea domino inueſtienti, & inueſtitis fuiſſet, vt ſine contradictione etiam agnatorum aut deſcendẽ-
339 tium licentia feudi alienandi eſſet, ſicut id † expreſſum in domino directo eſt, vt ſine contradictione eius alienatio fieret, Ita in deſcendentibus expreſſum aut agnatis fuerat. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. 1. l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. c. inter corporalia de tranſla. epiſ. hoc ipſo igitur quod verbum de contradictione factum in agnatis non eſt, de iure eorum non minuendo partes ſenſiſſe præſumptũ eſt dicere, regula huc pertinet, de qua in l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procura.

Vigeſimo quarto ſi interpretationẽ diuerſam agnoſcimus, vt pro libidine paſſimq; alienari feudum permittatur, nõ modo verba illa fruſtra fiunt, in feudum rectum, auitum, antiquũ, & ſecundum receptos patriæ Pedemontium mores, verum &
340 illa, Et iure feudi. Sed enim † eliminandam & propullandam omnino hoc genus interpretationem, vnde verba tot in parte principali & cum myſterio inſerta ſterileſcunt, vanaq; fiunt, ſatis ſuperque teſtatum ante habemus numer. 46. & num. 312. In quo argumento obſeruandum, vbi controuerſiam res hæc haberet, atque eiuſmodi eſſet, vt interpretationem pati inueſtiti debeant, quod modis omnibus ſancteq; pernegamus, Attamen locum interpretationi huic non eſſe, vbicunque frugi expertia verba fierent. Ibi enim ius recipi id non ſolet, de quo in l. veteribus. ff. de pactis. vt gl. magna ibi docet. & in l. lege in glo. fi. ff. loca. Fely. inter conſil. Ruini in conſ. 206. num. 2. lib. 1. Calca. in conſ. 12. num. 7. in fin. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verb. obli. Rubeus Alexandri. in l. non ſolum. §. morte num. 283. ff. de operis noui nuncia. Quod locum habet, etiam cum operari quidem verba poſſunt, verum efficax
341 actus ad actionem non eſt. Quapropter promitto † verbum in ſcriptura relatum, quod ad pollicitationem, pactum nudũ, & ſtipulationem competit. l. ſciendum. §. 1. ff. de ædil. edict. ad ſtipulationem in dubio trahitur, & cõtra promiſſorem interpretatur, vt actionem pariat. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. §. ſi ſcriptum inſti. de inutil. ſtipula. Atqui inutile promitto verbum non fit, ſi ad pactum nudum refertur, cum excipiendi & retinendi ius producat. l. iuriſgentium. §. igitur nud. ff. de pactis. Ita contra promiſſorem in gratiam actoris & contra d. l. veteribus interpretatio fit, ne infructuoſum quantum ad actionem promitto verbum fiat. Ita ex Areti. percipitur in d. l. ſciendum num. 5. verſi. poſſemus tamen dicere. ff. de verb. obl. Galliau. in rub. eod. tit. nu. 43. & ſeq. Quid hic dicendum, vbi ex argumentis tam plurimis, tamq; fortiſſimis manifeſtiſſimũ fit in fauorem agnatorum aut deſcendentium interpretationem adhibendam.

Vigeſimo quinto, ambiguã rem eſſe fac, quam nitidiſſimam atque corruſcam vndique in gratiam agnatorum oſtendimus.
342 In re tamen † dubia vtilem gratioſamq; agnatis & deſcendentibus admitti interpretationem conuenit, quamuis imputandum alias eis videatur, pro quibus interpoſitum pactum eſt d. l. veteribus, quatenus naturæ & qualitati feudi interpretatio hæc arridet, quod extraneos non ſequitur. Ita tex. in d. l. veteribus. gloſ. declarat in d. l. in lege glo. fi. ff. loca. Ad quam ſentẽtiam ea conferunt, quæ de natura actus ſcripta ante ſunt num. 314. & nu. 319.

Vigeſimo ſexto vſque adeo interpretationi inimica lex eſt, vnde infrugifera verba fiunt, vt ad ius ea remittendum aut renunciandum producat, potius quam euaneſcant. Qua ratio-
343 ne † ad fideicommiſſum credendum verba diuiſionis generalia proſunt, vbicunque ad ius referri aliud nequeunt. Bar. & alij in l. qui Romæ. §. duo fratres in ſexta q. ff. de verb. oblig. Ibique Crot. num. 128. Ripa. nu. 79. Bal. in conſ. 440. factum ponitur eſſe tale col. 2. circa med. verſi. item ſunt hic illa verba lib. 3. Alex. in conſ. 11. num. 13. verſi. ad prædicta benefacit lib. 2. & in conſ. 102. num. 5. in fi. lib. 6. Dec. in conſ. 287. circa fi. Ruin. in conſ. 89. num. 8. poſt prin. lib. 1. in conſ. 119. num. 18. in conſ. 144. num. 19. in conſ. 152. num. 8. libr. 2. Soc. Iun. in conſ. 116. nu. 50. & num. 74. lib. 1. Pariſ. in conſ. 71. numer. 14. lib. 3. Sed & ad
344 † legitimam remittendam verba generalia valere, quotiens in iure alio prodeſſe nequeunt, Capra ſcribit in conſ. 165. nu. 22. Soc. in conſ. 150. num. 12. verſic. pondero etiam ſecundo libr. 1. Dec. in conſ. 389. circa fin. Si ad remittendum & renunciandum verba valent, & ad renunciationem trahuntur, ne inutilia fiant. Quanto magis ad ius feudi referenda ſecundum naturam ſuam conſeruandam erunt, ne otioſa & frigida maneãt. Quandoquidem fauorabilior conſeruandi quam renuncian-
345 di cauſa ſit. Ius quippe ſuum conſeruare, non † etiam renunciare in dubio quis creditur. l. cum de indebito. ff. de probatio. cum alijs apud Decium collectis in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro

quo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0060-7

quo nu.12.in fi.ff.quod quiſque iuris.in l.1.nu.19.in fi.C.de pactis in conſ.352.col.pen.in conſ.402.nu.3.in conſ.460.nu. 6.in conſ.495.nu.19.& in conſ.625.nu. 6. In quam ſententiam non pauca accumularem,ſi bono hic cui eſſent.Huc etiã ſpectant, quæ ſcripta ſupra habemus nu.50.

346 Vigeſimo ſeptimo ex Bal.interpretatio † hæc & ratione fortiore iuuatur in l.Liberti nu.28.in fi.C.de oper.liber.Cum iura filia cedit,quæ in hæreditate paterna habet.Si iuris quicquã in ea non competit,ceſſa iura intelligi,quæ ob dotem maternã repetẽdam habet,ne inepta,nulláue ceſſio fiat,ſequitur Marſ. in repeti.rub.de fideiuſſ.nu. 234. Ecce in renunciatione verba vulnerari,& paterna pro maternis accipi, ne irrita renũciatio fiat.Quid in cõſeruatione admittendum,in qua verborum læſio illa non verſatur. Immo enim conſeruationi naturæ feudi quam accommodatiſſime verba applicãtur. Quis igitur laturus erit,vt ab effectu omni vacua verba illa iaceant,& iure feudi,&c. vltra verba tot alia ſuperiora, in feudum rectũ, auitum & antiquum,& ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium.

347 Vigeſimo octauo ex text.opinio hæc & † ratione etiam fortiore confirmatur in l.Proculus. Ibiq; gloſſ.ff. de vſufruct. vbi cum vſumfructum ædium ita teſtator legat, ne altius eas tollere legatario liceat, quamuis illa prohibitio altius tollendi, ad diminutionem aut reſtrictionem facultatis pertineat, augmentum tamen,atq; ideo effectum contrarium parit, vt legata proprietas cenſeatur,ne inanis alias prohibitio fiat.Quis enim dubitat,ius altius tollendi fructuario non eſſe. Itaque effectus vnius, id eſt, diminuendi cauſa introductum, effectum contrarium parit, potius quam vigore ſuo actus careat. Quid hic dicendum,vbi ex virtute aut momẽto verborum, effectus vllus contrarius non ſequitur. Imo enim ſecundum effectum & cauſam ſuam verba intelligentur. Quoniam niſi ad conſenſum domini remittendum adiecta clauſula non eſt, & faciant quicquid velint. Quod vero ad agnatos pertinet,ius eorũ aut naturam feudi minuere, in animo dominus non habuit. Imo enim ſaluum id facere ex verbis illis ſenſit, & iure feudi faciant. Atque ex verbis ſuperioribus, in feudum rectum, auitum, &c.

Vigeſimo nono obſeruandum,clauſulam illam,in rectum, auitum,antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemõtium in parte principali & diſpoſitiua inueſtituræ adſcriptam.Clauſulam vero,& faciant quicquid velint, in exitu ferme & inter executoria ſubiectam.Proinde rationem magis
348 † clauſulæ habendam,quæ in parte principali poſita & diſpoſitiua apparet.Clem.1.in fin.de præben.Bart.in l.1.circa fi.ff.de offic.procura.Cæſar.Ant.de But.& Imola in ca. quoniam Abbas col.fi.ff.de offi.deleg.Rom.in conſ.498.nu.19.verſ. quinta ratio.Alex.in l.& quia num.16.ff.de iuriſ.om.iud. Quem text. vna ſimul interpretatus cum l.more eſt.Dec.in capit.relatum, numer.4.de offi.delega.in conſil.38.colum. 5. circa fin. verſic. confirmatur hoc quia illa verba.in conſ.90.col. 2. circa fi. verſic.2.quia iſta vltima reformatio.Iaſ.in leg.ius autem ciuile nu. 8.ff.de iuſti.& iure.& in l.ex pupillari,num.4.ff.de vulg.Atque in ſpecie clauſulæ & quibus dederit,rationem eius non habẽdam,quotiens inter executoria refertur,Dec. ſcribit in conſi. 193.colum.4.verſiculo ſecundo reſpondetur.Quod argumentum ratione efficatiore non paulo hic vrget. Siquidem ad naturam rei alterandam clauſula non valet,quæ adſcripta executore eſt. Quamuis verba vlla non interueniant, quæ ad ipſam rei naturam conſeruandam ſpectant. Quid dicendum hic erit, vbi verba tot, tamque clariſſima & in parte ipſa præcipua inueſtituræ conſtant, quæ naturæ feudi ipſius retinendæ cauſa expreſſa ſunt.In feudum rectum,auitum,antiquũ, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium.Atq; vbi inter acceſſoria omnino clauſulam hanc controuerſam, & faciant quicquid velint, inſertam non eſſe quiſpiam cõtendat, illud ſaltem non admittere non poterit, in parte longe potiore & præcipua magis verba illa adiecta, in feudum rectum, &c. Quo circa perabſurda res fuerit, per id, quod æque principale non eſt, derogationem eius induci, quod principalius ſit. §. ſi tamen alienam purpuram Inſti.de rerum diuiſio.

Trigeſimo certiſſima atque apertiſſima verba inueſtituræ quantum ad naturam eius in ſuccedendo & alienando ſunt, vt rectum id, auitum, antiquum, & probatis patriæ morib. conſentaneum intelligatur.Clauſula plane, & faciãt quicquid velint, ſine cõtradictione domini comitis & hæredum ſuorum, non niſi ratione contradictionis domini comitis certa apparet, vtpote in qua læſione iuris deſcendentium agnatorúmue
349 mentio non fit,ea de re † pluſquam abſurdum fuerit, per voluntatem incertam, ei, quæ certa ſit derogari.l.non quemadmodum.ff.de iud.l.cum Titio.ff.ad legem Falcid.l.ſi ſtipulatus in prin.ff.de fideiuſ.c.niſi de renuncia.c.illud de cler. ægrotan. c. iuuenis cum ibi no. de ſponſal.c.iudicantẽ.30.qu.5. c. ſi quis poſitus in fi.de pœnit.diſ.7. Et quod certũ eſt, in dubio admittendum,ex text.oſtenditur in c.Deus omnipotens. 2. q. 1. in c. nullus de pœniten. diſt. 6. Et in ſpecie probationis, eam præualere,quæ certior ſit ex text. probatur.in l. fi. C. de edict.diui Adria.tollen.cap.præterea,& c. in noſtra de teſtib. c. ſi teſtes. 4.q.3.Bal.& alij in l.de rebus nu.2.C.de dona.ante nup. Soc.in conſ.270.nu.2.in fi.& ſeq.lib.2. Caccialup.in con. poſt reſpõſa Card.nu.39.verſi. inſuper certitudo.Iaſ.in l.1.nu.4.verſiculo ſecundo ſingulariter limit.ff.ſolut.mat. Atq; expreſſim magis, ex Inno.& alijs ſententia hęc declaratur in c.auditis de præſcr. probationem,quæ in ſpecie fit probationi antecellere,quæ in genere præſtatur. Id quia certior & liquida magis probatio eſt,quæ in ſpecie adhibetur, obſcuritatem genere inducente vti ſatis ſcriptum in ſuperioribus habemus nu. 97. Idq; locum
350 & in confeſſione † habere,quæ in genere fit, vt quaſi incerta & obſcura confitenti non obſit,Bald.ſcribit in conſ.98. Betonius de Couo.lib.1.quod iteratum eſt in conſ.383.lib.5. cum alijs apud nos collectis in conſ.157.nu.9.& ſeq.Quibus Ioan.de Ana.accedit.in conſ.17.col.1.in fi.Fel. in cap. inter cæteras nu. 7.& ſeq.de re iudi. Alba.in conſ.14.nu.3.Cum Inno.in d.c. auditis. Alexan.conſentit in conſ.88.numer. 6. verſic.quinto etiam videtur,in conſ.150.num.22.in fi. verſi. præterea iſte teſtis lib.5. Areti.in conſ.83.quia multa.col.pen.circa med.verſi.aduertat etiam iudex ad vnum.Soc.in conſ.96.col.pen.verſi.tertio quia teſtes lib.1.& in conſ.54.num.14.lib.4.Bal.Nouel.in l. 1.nu.65.ff.ſol.mat.Dec.in conſ.302.col.6. Ruin. in conſ. 13. nu. 14.in fin.lib.4.& apud nos in conſ.94.nu.3. Itaq; cum in ſpecie & nominatim expreſſum legatur, vt rectum, auitum, antiquũ, & moribus patriæ conſentientis feudũ ſit. Quis adduci eo poterit, vt credat, ex verbis illis & faciãt quicquid velint, ſine cõtradictione præfati domini comitis, quæ ad contradictionem domini ſpectant, & quæ incerta & obſcura quantũ ad incommodum agnatorum ſunt, feudi derogatum naturæ intelligi. Quod argumentum ſucceſſoribus in feudo mirifice opitulatur,cõtrouerſiamq; cunctam diſſoluit, verbis etiam detractis & iure feudi faciant &c. Quibus interuenientibus,mirum, ni à dubitatione omni vacua res niteat. Inualeſcit argumentum
351 † hoc quod fidei plus teſtibus duobus habetur, qui in ſpecie loquuntur, quam pluribus qui in genere teſtificantur Nicola. de Nea.in l.turpia.ff.de lega.1.Iaſ.in conſ.178.col.1. circa med. lib.2.Curt.in tract.teſtium conclu.8.Gozad.in conſ.13. nu. 57. Soc.Iun.in conſ 88.nu.19.lib.2. Quid hic dicendum,vbi argumenta plura in ſpecie interueniunt,quæ ad feudi naturam cõſeruandam ſpectant, quæ in verbis illis non obſcure emicant, rectum, auitum, antiquum, ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium. Sed & in clauſula ipſa, cõtrouerſa, qua pars nititur, probatio in ſpecie vertitur, quæ deſiderio partis ſignificantiſſime refragatur. Et iure feudi,&c. Aduerſarijs plane nihil in ſpecie præter remotionem cõſenſus domini adminiculatur in verbis illis, ſine contradictione præfati domini comitis & hæredum ſuorum.

Apparet etiam ex pluralitate hac argumentorum,quæ cum ſucceſſoribus in feudo faciunt potentiorem eorum probatio-
352 nem eſſe. Similiter † vt potentiorem probationem maior teſtium numerus,æqualiter ab alijs admiſſa, efficit. l.3. §. eiuſdẽ. ff.de teſtib.c.in noſtra eo tit.Bart.in l.ſi duo nu.4.ver. quãdoq; vterq; probauit.ff.vti poſſid.Alex.in cõſ.57.nu.11.lib.7. Quod enim plus eſt vincere ſemper ſoleat Bal. in conſ. 380. tres ſunt caſus nu.3.lib.5.Inde fit, vt teſtes duo vni præſtent quacunque præditus poteſtate ſit.cap.cum à nobis.c.licet ex quadam,&c. licet vniuerſis de teſtibus.Deci.in conſ. 284.colum. 4. & quod de vin-

de vinculo duplici dicitur Auctẽn.itaque.C.comm. de ſucceſ.
cum alijs ſupra comportatis,num.315. verſic. quid in præſum-
ptione,nume.335. Et probationem infirmiorem à potentiore
elidi,ex text.oſtenditur in l.ob carmen.§.ſi teſtes. ff. de teſtib.
Bald.in conſ.390.tam profunde col,1.lib. 2. Rom.in conſ. 156.
honorande domine circa fi. Potentior plane probatio ſucceſ-
ſorum in feudo,non modo ex pluralitate argumentorum, ſed
& ex eo oſtenditur,quod rationi magis congruit Bald. in l.qui
accuſare nu.4.in fi.C.de eden.& in l.teſtium col.fi.verſi. tertio
dico.C.de teſtib.Veronen.in conſ.60.nũm.4. An non rationi
proprius,feudum iuriſdictionis,comitatus præcipue, in gen-
te & familia vaſallorum permanere, quam ad alienos ambulã-
do, intercidere. Quinetiam diuiſionem in feudo comitatus
ob dignitatem eius ius non recipit. c.1.§. præterea ducatus de
prohi.alie.feudi per Frede.Abb.in conſ.3.nu.2.poſt med.lib.2.
Bald.huc ſpectat in auctẽn. habita num. 33. C. ne filius pro pa-
tre.potentius priuilegium haberi, in quo ratio maior contin-
git. Sequitur Dec.in c.in præſentia nu.51.circa fi. de probatio.
Hoc amplius Alex.ſcribit in conſ.27.in fi.lib.2.Teſtes paucio-
res præferri, quorum dicta rationi magis conſentiunt. Idem
Curtius Sen.probat in conſ.72.nu.7.poſt med.verſic.vel quan
do teſtes in pauciori numero, Quid hic admittendum, vbi ar-
gumenta longe plura ratione maiore nituntur. Potẽtior item
probatio & interpretatio hæc habetur, quia feudi naturæ fa-
uet.d.l.ob carmen.§.ſi teſtes. Secundum quæ, non poteſt for-
tior probatio & interpretatio non haberi,quæ ad feudum cõ-
ſeruandum, & alienationem eius prohibendam reſpicit. Ex
Bart.ſententia hęc iuuatur in Extrauagan. ad reprimendum in
ver.non obſtantibus col.2. Potentius priuilegium intelligi,in
quo vtilitas maior apparet.Idem Dec.probat in d.c.in præſen-
tia num.51.ante fi.in conſ.3.nu.6.in conſ. 44. ante fi. & in con-
ſil.147.col.fin. in prin. Maiorem porro vtilitatem in feudo in-
ter agnatos conſeruando,quam in permiſſione alienandi ver-
ſari,quis dubitet. Inde dicitur, vtilem reipublicæ ſcripturam
aut diſpoſitionem eſſe,qua in familia bona cuſtodiuntur.l.1.§.
antepenul. Ibi publice enim intereſt,partus non ſubijci,vt or-
dinum dignitas familiarumq; ſalua ſit.ff. de ventre inſpi. Bald.
in d.Auctẽn.habita,num.10.in fin.C.ne filius pro patre. Scite
Ang.in conſil.68. Martinus Ioannes num.4.Paul. de Caſtr. in
conſ.421.quod iſta mater colum.3.lib.1.& in conſil.83.præſens
caſus col.1.lib.2.Alex.in conſ.36.nu.7.verſi.& præſertim, quia
ſecundum eos.in conſ. 134.num.3. & in conſ.144.num.6.lib.6.
Soc.in conſ.128.num.5.lib.4.Dec.in conſ.372.num.8. Qua ra-
353 tione potior † agnatorum, quam cognatorum conditio apud
veteres erat.§.cæterum verſic.qua de cauſa Inſti.de legit.agna.
ſucceſ.§.item vetuſtas inſtitut.de hære.quæ ab inte.defer. An-
char.in conſ.152.plura ſunt dubia, nu.2.poſt med. Et quamuis
contra cognatos fauoris receptus apud Iuſtinianum non ſit,
perinde quaſi iuri naturæ obſtet.l.fin.C.de lib. præter. Atta-
men contra extraneos rationem ſummã habet, ne ad alienos
vel obſcuros & infimos feuda abeant.l.fin.C.de teſta.mili.Im-
mo ne liberis extranei anteſtent, cõditionem in fideicõmiſſis
ſubaudiendam lex cenſuit, de qua in l.cum auus.ff. de condit.
& demonſt.in l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtitut.& ſub-
354 ſtit.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Hoc amplius † verborum
offenſionẽ lex agnoſcit, potiuſquam poſteritati extranei præ-
uertantur.l.ſi is qui.22.§.item ſi pater.ff.de reb.dub.ſecundum
gloſ.ſenſum calculo frequentiore receptum. Idque Ruino vi-
ſum in conſ.188.num.6.lib.2.& in conſ.139.num.20.lib.3. Sed
enim deſcendẽtium in feudo cauſa ſemper vertitur. Ad quod
non aliter agnati admittuntur,qui ex latere nouiſſimo defun-
cto coniunguntur, niſi in linea deſcendentium eius ſint, qui
inueſtitus primum ſeu caput aut origo feudi eſt.c.1.§. cum au-
tem.Ibique doct.qui feudum dare poſſ.ca.1.§.1.de ſucceſ.feud.
verſi.his vero deficientibus. & verſi. ſi enim Titij auus.de ſuc-
ceſ.fratrum.alias.de gradi ſucceſ.in feud. c.1.de benefi. fra. vbi
fratri frater in feudo non ſuccedit,quod quęſitum à fratre eſt,
ſi frater repellitur, ergo & qui ab eo deſcendunt. d.c.1.§. hoc
autem notandum,qui feu.dare poſſ.cum alijs apud Iaſ. relatis.
in l.Gallus.§.nunc de lege nu.12.verſi. tertio adde. ff. de lib. &
poſthu.De quo etiam ſupra nu.334.

Idque vt neceſſe ſit, ab auctore primo feudi eum exiſtere,
qui feudum aſpirat, ex tex.omnium ſignificantiſſimo declara-
tur in c.1.in fin.Ibiq; Afflict. nu.12.in vltimo nota. ſi vaſal. feu.
priue.cui defera.Idem Afflict. ſcribit deciſ.293.At alia nõ pau-
355 ca. Neceſſarios † item nedum deſcendentes extraneis tex. an-
teponit in l. antepenul. ff.de pactis.in l.1.ff. de priuil. credi. In
beneficijs item conferendis,coniunctis ius alienos poſtponit.
l.in eccleſijs.C.de epiſ.& cler.c.nullus inuitus.61. di. ca. nemi-
nem.80. di.gloſ.in capit.ſi proponente de reſcrip. regula can-
cella.15. Sed & in eleemoſynis erogandis deteriorem alieno-
rum eſſe conditionem conuenit.l.2.in fi. Ibique Io. à Pla.C.de
anno.ciuil.lib.11.Ancha.in conſ.436. in his dubijs. Quis igitur
interpretationem diuerſam perferat,vnde ad infimates & hu-
miliore loco natos feudum veniat.

Sentẽtia hac aggeribus hic legitimis,tamq; munitiſſimis &
firmiſſimis roborata, reliqui aliud non ſuperat, quam vt ad-
uerſaria propulſemus, quibus fuſis in tranquillo ſint omnia.
Itaque argumentum prius non mouet,de quo nu.292.&quod
ex tex.pendet in d.capit. de feudo non haben. propriam natu.
feu.alienabile feudum ex clauſula intelligi, & faciãt quicquid
facere voluerint,ſimiliter vt ex clauſula,& quibus dederit.In-
ter eaſque clauſulas differentiæ quicquam non videri, ſubla-
tum enim argumentum hoc eſt ſuperioribus, atque per argu-
mentum vnum ſupra triginta apparet. Quæ omnia ad confu-
tationem argumenti memorati ſpectant. Quod in textu præ-
dicto conſiſtit. Ex quibus argumentis triginta & vno apparet,
cauſam multo aliam inueſtituræ & clauſulæ controuerſæ, at-
que Tex. eſſe in d. c. 1. In quo verba aſſcripta illa non ſunt, in
feudum rectum, auitum, antiquum,& ſecundum bonas con-
ſuetudines patriæ Pedemontium. Vnde quod alienabile feu-
dum ex clauſula illa fiat, & quibus dederit, abſurdi quicquam
non conſequitur. Abſurda plane non pauca in ſpecie contro-
uerſa ſequi, ſi alienabile & hæreditarium ſimpliciter feudum
dicimus, verbis pluribus teſtatum in ſuperioribus habemus.
Quid enim abſurdius, quam verba tot in parte præcipua ſcri-
pturæ,& non ſine myſterio inſerta,mortua prorſus iacere, ab
omnique vacua effectu eſſe. Contradictionem & correctio-
nem voluntatis diſponentium ex continenti induci.

Secundo in d.c.1.de feudo non haben.propriam na. feu. re-
ſtricta ad contradictionem domini, ſeu reſpectu eius adiecta
verba illa non ſimiliter vt hic ſunt.Vbi reſpectu conſenſus do-
mini remittendi,clauſula expreſſa eſt, & faciant quicquid ve-
lint, ſine contradictione præfati domini comitis & hæredum
356 ſuorum. Proinde verba † reſtringi hæc oportet, vt quo prola-
ta reſpectu ſunt, intelligantur.l. item eorum in princ. ff. quod
cuiuſque vniuer. nom.l.ſi quis domum.§.quid tamen.ff.de lo-
ca.l.profectitia.§.pen.ff.de iur.dot.l.mulier.§.fi.l.debitor.§. fi.
l.reſtituta.ff.ad Treb.l.ſi à me.ff.ad l.Fal.l.3.§.2.Ibi ſed & ſiqui-
dem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negotia adminiſtret. ff.
iudi.ſolui.l.inteſtat. ff. de legiti.tutor. §. quod autem Inſtit.de
legit.agn.tu.§.fi.Inſti.de codi.c.1.§.ſi quis per triginta. in verſi.
Vt feudum,ſi de feudo fuerit content. inter domi.& agn.Soc.
in conſ.92.num.23.lib.3.Dec.in capit. 1. in 13. nota. de poſtula.
prælat.in c. ſi pro debilitate nu.6.circa fi.de offi.deleg.in conſ.
283.col.1.circa med. Huc & illud confert, ad id feudi alteratio-
nem reſtringendam,in quo facta eſt,d.cap.1.Roman. in conſil.
70.num.2.Alexan.in conſil.30.in fin.lib.1. quod repetitum eſt
in conſ.2.num.14.lib.5.Soc.in l.Gallus.§. etiam ſi parente, nu.
6.poſt princ.ff.de lib.& poſt.Dec.in conſ.53.colum.2. verſic.&
quia vt ſupra in conſ.185.num.5.& alia complura. Reſtringen-
da igitur alteratio ad conſenſum domini remittendum erit, in
quo facta legitur.

Tertio reſpondetur,de perſonis in d.c.1. de feudo non hab.
propriam nat. feudi. mentionem in genere fieri, ad quas feu-
dum transferri ſimpliciter poſſit, & quibus dederit. In ſpecie
plane controuerſa, niſi de conſenſu domini remittendo me-
moria non habetur. Quod autem ad eos attinet,in quos tranſ-
latio fiat, vtrum permiſſum id ſimpliciter ſit, ita vt conſenſus
etiam remiſſus agnatorum dicatur,verbum factum nõ eſt. Ob
id cum actum prius ſit,vt rectum,auitum,&c. feudum ſit, à na
tura recedi feudi non debet, per ea, quæ locupletius dicta in
357 ſuperioribus ſunt,num.318. & ſequ. Neque à iure † & natura
feudi diſcedi per tacitos & ſubauditos ſenſus oportet gloſſ. &
doct.

doct.in capit.cupientes.§.quod ſi per viginti in verſic.petere.&in ver.priuatos.de elect.lib.6.Fulg.in l.vt liberis num. 5.per glo.ibi.C.de colla.Areti.in conſil.27.num.4.Soc.in l.Marcellus.§.1.col.1.in fi.ff.ad Treb.in conſ.122.num.3.lib.3.in conſ.35.nu.6.lib.4.Iaſ.in l.ſi arrogator nu. 51.ver. Sed non eſſet tutum reſponſum.ff.de adoptio.in Aucten.nouiſſima nu.68.C.de inoffi.teſta.in l.ſicut certi num.5. C. de teſta. milit. Inde fit,vt ad correctionem dictio taxatiua nõ proſit. Id quia ſenſus eius excluſiuus tacitus eſt Bartol.in l. 1. §.cum Titio. ff. de adimp.leg. Areti.in d.conſ.27.nu. 4.& quod ſcriptum ſupra eſt num. 319. in fin.Immo enim econtrario contrarietatis aut correctionis excludendæ cauſa permitti ſubauditio ſolet glo.in cap. Attaldus.8.q.3.Abb.in c.gratum nu.2.de offi. delega.Rim. in conſi. 70.nu.11.lib.1.

358 Quarto reſpondetur, per inueſtituras † alias poſteriores clauſulam hanc declarari,ne alteratio feudi facta præterquam in conſenſu domini remittendo cenſeatur. Quibus inueſtituris mentio feudi recti & antiqui citra alienandi facta poteſtatem eſt.Ita in clauſula, & quibus dederit, Dec. reſpondet in d. conſ.193.col.4. verſi. & hoc multum confirmatur. Et ſcripturam vnam per aliam declarari, ex text. oſtenditur in c. auditis. Ibiq; Bal.col.1.in fin. ver. in tex.ibi ſi per illa.de præſcr.Alex.in conſ.52.nu. 23.lib.4.Barb.inter conſ. Alex.in conſ.94.col.1.lib. 3.Soc.in conſ.27.col. 1.lib.4.Gal.in conſ.79.nu.3.Dec.in conſ. 190.col.3.Soci.Iunior.in conſ.49.num.23.lib.2. De quo etiam dictum ſupra habemus nu.336.

359 Quinto reſpondetur,nihili † clauſulam fieri, & quibus dederit, vbicunque pro deſcendentibus aut agnatis feudum acquiritur. Quia ad deſcendentes agnatóſue facultatem reſtringi alienandi oportet. Gozad.in conſil.84.nu.13.in fi.verſ.ſexto & fortius. Sed enim ſi rectum,auitum,antiquum, & ad patriæ mores conſentaneum feudum eſſe,diſponentibus placuit, vtique non pro deſcendentibus concedi id non potuiſſe,declaratum ſupra ſatis eſt, numero 334.& numero 354. verſicul. Sed enim.

Sexto ad tex.memoratum reſpondetur,ipſum retorquẽdo.
In fin.enim expreſſum eſt,vigoris vllius clauſulam illam nõ eſ-
ſe,& faciant quicquid velint,ſeu & quibus dederit,vbicunque
ex verbis alijs inueſtituræ reſtrictio clauſulæ facta id genus ap-
360 paret,veluti ſi adiectum ſit,& quibus † in feudum dederit.Sed
enim reſtrictionem hic factam multifariam conſtat.Principio
in verbis illis,in feudum rectum,auitum,&c. Secundo per ver
ba illa,ſecundum bonas conſuetudines patrię Pedemontium.
Tertio in verbis illis,& iure feudi. Quarto ſub verbis illis,ſine
contradictione præfati domini comitis, & hæredum ſuorum,
reſpectu quorum clauſulam hanc adiectam oſtendimus,& fa-
ciant quicquid,&c. Atq; ideo ad reſpectum,quo prolata ſunt,
verba reſtringenda.

361 Septimo ex Bald. reſponſio † hæc ſexta iuuatur in l.liberti. nu.33.C.de ope.liber.Cum feudum vaſallo & cui ius dabit,cõceſſum eſt, niſi puram & meram feudi naturam verbis his exprimi, quoniam ad ſus verba pacti aut conceſſionis ſpectant. ſequitur Afflict.in d.c. 1. nu.1. in fi.de feud. non hab.propriam nat.feu. Atqui ad ius hic relatio fit, & iure feudi faciant,&c. Id eſt,ſecũdum ius feudi,& prout natura eius fert, ſic quomodo enarratum in ſuperioribus habemus,nu.331.& nu.337. Declarationi huic vltra Affli. Signorol. etiam abblanditur in cõſ. 10.nu.1.in fin.

Octauo ratione validiore tex.reijcimus in d.c. 1. in fi. de feudo non haben. propriam nat. feudi. Ibi enim feudi alteratio ſilet,cum dictum eſt, & cui in feudum dederit. At enim ratio fortior alterationi contràdicit, cum ad ius expreſſim relatio fit,& faciant iure feudi. In qua reſponſione & ratione validiore obſeruandum, non modo iuris, ſed & feudi etiam mentionem fieri.Et iure feudi faciant,&c.l.baliſta.ff.ad Trebel.

362 Nono ex Curtio poſteriore † reſponſio hæc confirmatur in conſ.130.nu.7.pro non ſcripta clauſula haberi & quibus dederit,legitime verbo ſubiecto, & quibus legitime dederit. Idem Campeg.probat in conſ.11.col.2.poſt med. verſic. ſecundo ex hoc inter conſil. Bruni. vbi locum textui non putat in d. cap.1. cum vaſallo feudi conceſſio fit, & cauſam ab eo legitimam habenti. Quid porro intereſt,vtrum dicatur, & cui legitime dederit,vel cauſam ab eo legitimam habenti,an iure feudi faciant,&c.

363 Decimo demonſtratũ ſupra habemus † nu.337. Idem Verba iſta,& iure feudi faciant,&c.atq; illa valere, & ex cauſa feudi faciant,&c. vnde ex text.ipſo in d.cap.1. in fin. controuerſia explicari cuncta videtur. Quatenus locum tex.nõ habet, cum ita conceſſio fit, & cui in feudum dederis. Quæ verba ad cauſam aut titulum haud dubie pertinent,id eſt,cui ex cauſa feudi dederis.

Vndecimo aliter etiam tex.retorquetur.Quoniam reſponſionibus omnibus tacentibus,de quibus ſupra,ſi alienabile atque hæreditarium feudum ſimpliciter facimus, qua ratione ex toto transferri in extraneos poterat, longe magis natura eius alterari,vt ex improprio proprium fieret.Sic quomodo inueſtituræ docent, quæ inſecutæ poſtea ſunt, per ea quæ dicta in ſuperioribus habemus,nu.328.& duob.ſeq.

Apparet ex his,rationem non modo diuerſam clauſulæ cõtrouerſæ ſub inueſtitura memorata comprehenſæ, atq; illius eſſe,de qua in d.cap.1.de feud.non haben.propriam nat.feudi, ſed & contrarium text.in d.c.1.aduerſarijs reſiſtere.

Ex confutatione argumenti huius, diſſolutum & alterum liquet, inueſtituræ priori ſtandum. Quoniam vt id admittamus,ad rem tamen non attinet.Siquidem vtilis aduerſarijs inueſtitura ipſa non eſt, per quam alterationem vllam inductam feudi nõ eſſe, ſatis ſuperq; teſtatum in ſuperioribus habemus. Vnde cum rectum, verum & proprium feudum quantum ad ſucceſſionem maſculis interuenientibus ſit,nihil eſt, quod inueſtitura memorata aduerſarij nitantur.

364 Secundo improprium,alienabile,atq; † hæreditarium ſimpliciter eſto feudum Noni ſit,aduerſarijs id tamen oneroſum, nedum lucroſum oſtendimus. Quandoquidem ſi pro arbitrio feudi ius diſponendi fuit,facta diſpoſitio inueſtituris non paucis legitur. Quibus ad naturam ſuam redactum feudum eſt. In qua re meliorem ſucceſſorum factam conditionem eſſe teſtatum ante habemus nu.330.Et qua ratione inueſtituris & recognitionibus hoc genus venditor ipſe obſtrepere vaſallus non permitteretur,ſi inter viuos eſſet, ita nec contra eos quid dicere ſucceſſoribus eius ſingularibus licere demonſtratum ſupra eſt,nu.329. Et infra etiam id iuuatur nu.429.

365 Locum prædicta eo facilius † habent, quod ad naturam ſuam propius feudum recidit. le. pen.ff. de iuſt.& iure. l. ſi vnus. §.pactus ne petere verſic.quod & in ſpecie. ff. de pactis. l. filio quem pater.ff.de lib.& poſthu.glo. in ca. cum Vintonienſis in ver.tertia de electio.c.ab exordio.25.diſt. & illud Boetij in tertio de philoſophia, cõſilia repetunt proprios quæque recurſus, redituque ſuo ſingula gaudent. De quo Soci.meminit in conſ.35.num.6. lib. 1. Inde ſcriptum Imola reliquit in conſ.52. in fi.facile renunciationem induci,vbicunque ad naturam res ſuam recidit.Alienandi item prohibitio ad eam non trahitur, Vnde naturæ res ſuæ reſtituitur Signorol.in conſ.20.nu.7. verſicul.tertio ſic. Æque teſtamentũ poſterius non ſolenne priori derogat, quotiẽs naturæ ſuæ aut iuri cõmuni poſterius conſentit.l.2.ff.de iniuſto teſtam. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem.C. qui teſtam.fa.poſſ.Ruin.in conſ.106.num.8,in fi. lib.1. De quo vberius apud Doct.in d.§.ſi quis autem. Et quod Boeri.ſcribit in conſil. 42.num. 7.& ſeq. locum iuri retractus non eſſe, vbicunque ad priorem res dominum reuertitur. Atque in ſpecie feudi Ruin.ſcribit in conſ.2.num.8. lib. 1. iniuſſu domini in eum feudum denuo transferri qui inueſtitus olim fuerat. Sed accommodate magis atque in feudi ſpecie huc quadrat,quod ſcriptum ante eſt nu. 329. ver. hoc amplius. & infra nu.370.& ſeq.

366 Si dixeris,inter has clauſulas diuerſas † ſeu varie conceptas ad modum memoratum enucleatas contrarietatem intercedere. Ob id nihil eſſe, quod vni magis quam alteri filius aut agnatus fidat. Reſpondetur, ſi contrarias inueſtituras in clauſula hac facimus,nihili clauſulas ipſas faciendas. Atque opem ab eis fruſtra aduerſarios expectare.l. vbi repugnantia. Ibique Dec.nu.5.ff.de reg.iur.l. ſcripturæ. C. de fide inſtr. c. imputari eo.tit.Bal.in l.optimam nu.12.C.de contrahen.& committen. ſtipula.Alex.in l.1.in prin.ff.de operis noui nuncia.Soc.iun. in conſ.2.nu.11.lib.2.

Seçun-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0063-4

367 Secundo reſpondetur, contradictione † inter clauſulas has
admiſſa, potiorem negatiuam aut prohibitoriam eſſe, qua in
alienos tranſmittere feudum non licet Bal. & alij in l. ſi Ruffi-
nus. C. de teſta. mili. Dec. in conſ. 44. col. fi. in conſ. 147. colum.
pen. circa fi. in conſ. 567. nu. 3. in conſ. 581. nu. 7. in fi. & in conſ.
617. col. 1. circa med. Negationem porro aut prohibitionem
in clauſula hac verſari, & iure feudi faciant, &c. proculdubio
eſt, vtpote per quam niſi pro iure aut natura feudi alienare id
non conceditur.

368 Tertio in contrarijs potius † id habendum, quod ſpeciale
magis eſt Bal. in Auctén. habita num. 33. C. ne filius pro patre.
& in l. hac conſultiſſima in prin. num. 1. verſ. tu vero conſidera.
C. qui teſta. fa. poſſ. Dec. in conſ. 3. num. 6. in conſ. 18. nu. 1. in fi.
& in d. conſ. 147. col. fi. Iaſ. in l. Titiæ textores nu. 27. ff. de lega.
1. & in d. l. ſi Ruffinus nu. 3. C. de teſta. mili. Ratio eadem præ-
ſumptionum eſt, quæ inuicem pugnant, vt potior ſpecialis ha-
beatur, & ſpecie in vtraque interueniente, quæ ſpecialis ma-
gis eſt anteſtat. l. cum de indebito. Ibique Bart. ff. de proba. l. ſi
qui adulteri, Ibique doct. C. de adul. l. mater. Ibiq; Ang. & Sal.
C. de calumnia. Signorol. in conſ. 67. numer. 2. circa med. & in
conſ. 210. num. 5. Bal. in l. ſiue poſſidetis col. 1. C. de prob. Anch.
in conſ. 305. dubium, de quo ſupra. poſt princ. & nu. 2. Ruin. in
conſ. 100. num. 4. circa fi. lib. 3. Sed enim in ſpecie clauſula lo-
quitur, & iure feudi faciãt, &c. in ſpecie enim declaratur, quo-
modo diſponi feudum poſſit, id eſt, dum iure feudi modo id fi-
at. Rurſus in ſpecie declaratur, quomodo intelligi clauſula
hæc debeat, id eſt, ratione conſenſus domini remittendi, vt ſi-
ne contradictione facere eius liceat. Quæ in ſpecie demõſtra-
tio facta in inueſtitura alia non ſimiliter eſt.

369 Quarto inter inſtrumẽta duo, quæ † ſecum diſſidẽt, fidem
id habet, quod adminiculis maioribus iuuatur Bald. in l. opti-
mam nu. 12. C. de contra. & committen. ſtip. Alex. in conſ. 190.
num. 22. lib. 6. Sed enim adminiculis maioribus adiuuatur, in
quo niſi feudi iure alienare id non licet. Maius quippe admi-
niculum habetur, quod iuri communi & naturę feudi conſen-
tit. Potẽtius enim id habetur, quod fauorabilius eſt. l. verum.
§. fi. ff. de mino. l. ſi hominem. §. quotiens. ff. depoſ. l. interdum.
ff. qui potior. in pig. ha. l. ſi pupillus. ff. ad l. Falci. l. Arrianus. ff.
de actio. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Bald. Ang. & a-
lij in l. Titiæ textores. Ibique Iaſ. nu. 26. in fin. ff. de lega. 1. Dec.
in d. c. in præſentia num. 51. circa fi. verſi. ſimiliter potentius di-
370 citur, de probat. Iaſ. in d. l. ſi Ruffinus num. 2. Sed enim † fauo-
rabilior iuris communis feudorum obſeruatio, quam diſceſ-
ſus ab eo æſtimatur. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret verſi. quod &
in ſpecie. ff. de pactis. l. non ſtatim. cum ibi no. ff. de pecu. l. 2. C.
de noxa. c. cum dilectus de conſue. c. ab exordio. 35. diſt. gloſ. in
Clem. 51. de beneficio de pręben. Cald. in conſ. 7. de reſcript. in
conſ. 22. de præben. Anchar. in conſ. 131. ad excluſionem. Rom.
in conſ. 237. clarum eſt. Et latiſſime verba interpretanda, quo-
tiens ita interpretando ad ius commune reditur Abb. ſcribit
in d. c. cum dilectus nu. 6. de conſue. Roma. in conſ. 318. quæri-
tur nu. 5. Soci. in conſ. 38. nu. 5. verſi. ſexto & vltimo lib. 1. Dec.
371 in c. cauſam quæ nu. 5. in fin. de reſcriptio. Ea ratione † exten-
ſio permitti in correctorijs ſolet, quotiens extendendo, ius
ipſum commune renouatur gloſ. in c. ſtatutum in verſi. nume-
randum de præben. lib. 6. in c. 1. in verſi. beneficia & in gl. ſequ.
iuncto tex. de rerum permut. eod. lib. cum alijs apud Iaſ. accu-
mulatis. in dict. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret in quarto no. in l.
properandum in prin. nu. 27. C. de iudic. Ruin. in conſ. 195. nu.
10. lib. 1. Appoſite huc quadrat, quod ſcriptum ante habemus
nu. 329. verſi. hoc amplius. & nu. 365. Secundum adminiculum
& ipſum validiſſimũ in verbis illis ſubeſt, in feudum rectum,
auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ
Pedemontium, quæ nihil alias fierent, niſi interpretationem
recipimus, qua feudi alienatio prohibetur. Tertium admini-
culum ab obſeruatione ſecuta deſumitur, quia pro feudo re-
cto, obſeruatum, auito & antiquo ſemper eſt. Quam obſerua-
tionem interpretationem optimam demonſtratum in ſupe-
rioribus habemus, num. 317.

372 Quinto in ſcripturarum certamine † fidem præuerti eius
conuenit, quæ veriſimilior eſt, aut veriſimiliora habet. Qua
ratione fidem maiorem teſtes pauciores habent, qui veriſimi-
lia magis dicunt. l. ob. carmen. §. fi. ff. de teſtibus. c. in noſtra eo.
tit. & apud nos in conſ. 6. nu. 65. & in conſilio 195. num. 10. In-
de etiam fit, vt potiores teſtes habeantur, qui negatiuam pro-
ferunt, ſi veriſimilior ſit gloſ. in c. clerici. 81. diſt. cum alijs apud
Soc. Iunior. relatis in conſ. 183. nu. 13. lib. 2. Suſpecti enim teſtes
habentur, qui diſſimilia veri aſſerunt Abba. in c. quia veriſimi-
le circa fin. de præſumptio. cum alijs apud nos relatis in conſi-
lio 28. in prin. in conſ. 115. num. 12. & in conſ. 171. nu. 6. Quocir-
373 ca † teſtibus plene teſtificantibus fidem tunc non adhibere
iudex permittitur Bal. & Ang. in l. Lucius. ff. de infam. Fel. in c.
auditis num. 23. de præſcriptio. Curtius Iunior in conſi. 17. nu.
6. Cauſam eandem inſtrumenti eſſe, ne fidem habeat, ſi rem
veri non ſimilem habet Bal. ſcribit in l. ſcripturæ nu. 6. C. de fi-
de inſtrum. cum alijs apud nos collectis in conſil. 134. num. 38.
Hoc ita admiſſo, vt in ſcripturis pugnantibus ea anteſtet, quæ
374 veriſimiliora loquitur, veriſimilius id † exiſtimatur, quod cũ
iure communi & rei natura conſentit Innoc. in d. c. auditis nu.
4. verſi. ſolutio ſi teſtes. Ibique Ant. num. 15. latius Fel. num. 23.
de præſcript. Aret. in conſ. 44. in fin. Sed enim iuri communi
haud dubie inueſtitura adblanditur, qua niſi iure feudi diſpo-
ſitio permiſſa eius nõ eſt. Ob id nihili fieri inueſtituram aliam
oportet, quæ diſſimilis huic eſſet. Quamuis diſſimilitudinis
375 quicquam non intercedat. Atque in ſpecie inueſtituræ † in-
terpretandæ, meliorem interpretationem iudicari, quæ ſecũ-
dum commune feudorum ius ſit, Alex. tradit in conſil. 26. nu-
mero quinto verſi. debet ergo libro quinto. Brun. in conſi. 80.
num. 3. Sigiſmun. in conſ. 1. nu. 129. Soc. Iunior in conſ. 103. nu.
4. libr. 2. Quid hic dicendum, vbi perſpicua partium mens lu-
cet, vt iuri feudorum feudum contrarium controuerſum non
eſſet, in verbis illis rectum, auitum, antiquum, & ſecundũ bo-
nas conſuetudines patriæ Pedemontium.

376 Sexto in ſcripturarum † concertatione electio eius agno-
ſcenda, in qua vtilitas maior vertitur Bar. in extrauag. ad repri-
mendum in verſic. non obſtantib. col. 2. cum alijs ante relatis,
nu. 352. ver. ex Bar. ſententia hæc iuuatur, &c. Sed enim vtilita-
tem locupletiorem non paulo ſub inueſtitura contineri, qua
niſi ſecundum ius feudi permiſſa alienatio eius non eſt, diluci-
de teſtatum in d. nu. 352. habemus.

377 Septimo ex Bellame. ſententia hæc † iuuatur. Deciſi. 372. ſi
producantur. Cum tẽſtamenta duo eiuſdem teſtatoris eodem
die per notarium eundem conſcripta proferuntur, Quorũ al-
tero ſub conditione, pure altero eidem relictum legatum ſit:
Teſtamento ſtandum, in quo cõditio adſcripta legato eſt. Se-
quitur Boeri. q. 252. nu. 6. verſi. & idem quando ab vno. Quod
dictum ratione fortiore hic confert, ne à iure communi diſ-
ceſſum feudorum intelligatur.

Octauo fruſtra diſceptationis huius ſaxum voluitur. Quan-
do quidem nulla inter inueſtituras has contradictio vertitur.
Siquidem nec per inueſtituram alienari feudum cõceditur. In
qua clauſula expreſſa ſimpliciter legitur, & faciant quicquid
velint, verbis illis detractis, & iure feudi. Sic quomodo ſupe-
rius teſtatum argumentis ſeptem ſupra decem habemus, quæ
ad clauſulam illam profligandam ſpectant, & faciant quicquid
velint, ſine verbis illis, & iure feudi. Sed & ex argumentis in
clauſula illa exponenda factis, & iure feudi, &c. non pauca in-
ueniuntur, quæ ad clauſulam alteram conducunt, & faciant
quicquid velint, verbis illis amputatis, & iure feudi, &c. In du-
bio item contrarietatem excludendam, ſatis ſuperque ſcriptũ
in ſuperioribus eſt, nu. 301. & plurib. ſeq.

Satis in his dictum de inueſtitura habemus ſub anno 1291.
378 dieq; 28. Ianuarij conſcripta. In qua † modeſtiam meam apud
eos eſſe compertam volui, qui iudicij acta percurrerunt. Qui-
bus non modo plus nimio aduerſarij ſibi placent, Sed & doli
incuſare generum videntur, perinde quaſi ſciens, prudenſúe
hoc genus tectam inueſtituram habuerit. Quam genero ipſi
vtilem eſſe, non obſcurum ex ſuperioribus ſit. Tametſi dolo,
arteúe quid facere, neque generi minoris, neque gentis eius
illuſtris ſit. Sed enim iuriſconſultorum talis rationibuſq;, non
dictis acutioribus, linguæúe licentia controuerſias peragi iu-
diciales oportet. Ad extremum ſi quæ acta aut conſtituta à ſe-
natu excellentiſſio contra S. leguntur, mirum ni flocci facta
inueſtitura controuerſa arguatur ſub anno 1291.

Sed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0064-0

Sed quæſtio hic in lite incurrit, quam à S. gener patitur.
Poſtquam diſpendijs non leuibus in iudicio factis, non perin-
de, vt ſperabat, S. ipſi iudicij alea ceſſit, & quam per delegatum
ſentētiam euicerat, in melius reformatam per appellationem
cognouit, à remedio alio opem petijt, hoc eſt, ob cauſas initio
neceſſarias æs conflatum alienum propoſuit. De quo iudici-
um hoc illatum genero eſt. Videndum, morbo ne eius mede-
ri remedio hoc recens adhibito poſſit. In qua re primum o-
mnium obſeruandum ſumptuum omnium aduerſarium con-
demnandum, quicunque facti in diem hunc ſunt. Cuius rei
gratia ſciendum, factum hic alienum quantum ad generum in
ius vocatum verſari, & quod ipſo impubere contractum cum
patre dicitur. Quo caſu cum ignorantiam excuſare maior per-
mittatur. l. qui in alterius. ff. de reg. iuris. In reo impubere tunc
379 † dici poteſt, etiam quæ vidiſſet, ignoraſſe. l. nam etſi in fi. ff. de
aliena. iudic. mu. cau. fac. l. cum prætor. §. penult. Ibi quia iudi-
cio carent. ff. de iud. l. pupillus. Ibi neq; enim ſcire, neq; diſcer
nere talis ætas poteſt non magis quàm furioſus. ff. de acqu. hæ-
red. l. 2. circa fi. C. de falſa mone. §. præterea Inſti. quibus nō eſt
per. facere teſt. c. ſunt qui opes. 17. q. 4. c. eos de conſecra. diſt.
4. gl. in c. 1. in ver. plenum. de regul. li. 6. vnde cum culpæ quic-
quam pati reus minor nequeat, ſi feudum quod poteſt & de-
bet, eccleſiæ exemplo tuetur. Et obiectum initio ſit, locū de-
cretis non eſſe, quib. feudi alienatio permiſſa niſi propter cau-
ſas neceſſarias non eſt, in culpa manifeſtaria aduerſarius fuit,
qui ſub ipſum initium cauſas ipſas neceſſitatis non propoſuit.
380 Vnde cum moram † tam longam, tamque diſpēdioſam liti fe-
cerit, damno eum affici impenſarum oportuit, quas proceſſus
retardati doc. vocitant, non ignoret. C. de fructi. & lit. expen.
Cyn. in l. vni. C. vt quę deſunt aduo. Fel. in c. accedēs. 2. col. pen.
circa fi. ver. Sed contra concluſionem, vt lite nō conteſta. & in
c. exceptionem nu. 48. ver. ſubdit Bal. de exceptio. Iaſ. in l. pro-
perandum. §. ſin autem alterutra nu. 28. in fi. C. de iudi. Marſi.
381 in l. patre nu. 85. ff. de quæſt. in praxi. §. oportune nu. 91. & in §.
diligenter nu. 203. Doli enim † ſuſpicionem ob moram hanc
ceſſator ſubit Ant. de But. in c. licet cauſam nu. 23. de probatio.
cum alijs apud nos relatis in conſ. 75. nu. 9. Neq; argumēto lo-
cus hic eſt, à lite generū non deſtitiſſe, poſtquam edita capitu-
la vidit. Quomodo fides de re hac, hoc eſt, de neceſſitate cau-
ſarum facta vlla non eſt, neq; haberi eam aduerſarij aſſertioni
oportet. l. nullus. ff. de teſti. l. omnibus. C. eo. tit. c. in omni ne-
gotio eo. tit. Id quidem maxime, quod factū alienum fere pro-
ſequitur, vtpote litis aut actionis redemptor. quęſtum nō per-
inde vberem ex mercimonio id genus facturus. Vnde quod di-
citur, culpæ ei verti, qui productione facta, litem nō deſeruit,
ad productionem inſtrumēti pertinet, quod exceptionem aut
impugnationem non patitur. Cęterū perquam abſurdum fue-
rit, cogi quempiam, vt aſſertioni litigatoris credat, & capitula
eius, quorum inſcientiſſimus eſt, confeſſione doceat. Hic qui-
382 dem in primis, vbi à vero omnino capitula abhorrere, imper-
tinentiſſimaq; eſſe, mox oſtēdemus. Immo enim culpæ † actor
omnino tenetur, qui temere in iudicium deſcendit. Et quem
initio ipſo & ante omnia ius ſuum explorare accuratius opor-
tuit. Quocirca rationis non videtur, incuriam & temeritatem
ſuam oneroſam reo fieri. l. eum quem temere. ff. de iud. cum a-
lijs apud Firmanum reconditis in pœna ſua Bertachiniana, in
ver. expenſarum condemnatio nu. 24. & nu. 57. Temeritatem
culpæ adſcribi, ex Iaſ. probatur in l. videam⁹ in prin. col. 1. poſt
med. ff. de in litem iuran.

Conſequenter his dicendum, ſumptus litis totius in diem
vſq; capitulorum factos ab actore omnino præſtandos, ne pro
libidine vagari incommodo alieno nec exiguo liceat. Quæ res
cum rationem, tum æquitatem maximam habet. Sumptuum
etiam damno mulctandum aduerſarium oportet, quod paga-
nica bona peruicacius cōtendit, quæ feudalia eſſe vel inueſti-
turis, recognitionibuſq; ſolis perſpicuum inferius fit nu. 425.
& pluribus ſeq.

Secundo in capitulis his obſeruandum, impoſſibilem pro-
383 bationem eorum, vt proponitur, videri, † neceſſitatem enim
æris alieni faciendi, à ſumptibus litis ob feudum tuendum, ad-
uerſarius metitur. Atqui annis octo nomina hæc debitorum
facta poſtea dicuntur, quàm finem lis accepit. In qua victores
Noni reguli, impendijs ipſis litis exactis, fuerunt. Vnde defen
di non poteſt, iudicij illius cauſa poſt interuallum tam longum
pecunias creditas. l. ſi ventri. §. eorum. Ibiq; Bar. in prin. & Ri-
pa. nu. 10. ff. de priuil. credi. vbi ex temporis breuitate in cau-
ſam quam actum quid præſumitur. Eodem Bartol. ſpectat in l.
poſt contractum nu. 8. verſic. 5. præſumitur. ff. de donat. Alex.
in conſ. 43. nu. 2. poſt med. lib. 1. in conſ. 25. nu. 9. in fi. & nu. tri-
bus ſequ. lib. 2. in conſ. 90. col. fi. lib. 3. Huc & illud accedit, ex
vicinitate ſcripturarum declarationem & pręſumptionem in-
duci. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. Ang. in conſil. 261. the-
ma prædictum col. 3. tantundem in vicinitate temporum di-
cendum, à rebus ad tempus argumentādo. l. miles ita. §. 1. ff. de
militari teſta. Qua ratione igitur ex vicinitate temporum con-
iectura deſumitur, ita econtrario, ex temporum diſtātia & in-
teruallo contrariam percipi coniecturam oportet, ab oppoſi-
tis argumentando. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. & ſi
contra. ff. de vulg. l. fi. ff. de lega. 3. interuallo igitur tam longo
interpoſito, iuris præſumptio partis aſſertioni omnino repu-
gnat ne reſpectu aut ob cauſam dictæ litis accepta pecunia di-
catur. Quod cum ita ſit, niſi ex probationibus euidentiſſimis,
teſtibuſq; omni exceptione maioribus contrarium doceri nō
conceditur. Id eſt, vt expreſſim declaratum ſit, in cauſam illam
litis pecuniam creditam per ea, quæ ſcripta habemus in tract.
de antiq. temp. par. 2. nu. 26. & in conſ. 129. in fi. & ſupra nu. 315.
Quibus Deci. accedit in conſ. 195. col. 3. poſt med. in conſ. 342.
col. 2. circa med. & in conſ. ſequ. col. 2. Sed nec fides aſſertioni
habenda ipſius debitoris aut mutuum accipientis eſſet, in cau
ſam memoratā pecuniam ſe accipere, ne in poteſtate eius fiat,
ſucceſſorum in feudum ius lædere, in cauſam per decreta per-
miſſam pecuniam ſe accipere confitendo. l. qui teſtamentum.
ff. de proba. l. ſi forte. Ibiq; Bart. ff. de Caſtren. pecul. cum alijs
ſuperius enarratis nu. 24. & plurib. ſeq. nu. 187. & num. 246. Id
quidem in primis, iuris præſumptione tam vehementiſſima
384 aſſertioni reſiſtente. Quo caſu † cum veriſimilis prorſus non
ſit, fidem nec in ſpecie alias permiſſa confeſſio facit neq; con-
fitenti officit Dec. in l. cum te. 2. nu. 7. C. de tranſact. & in conſ.
596. nu. 10. Pariſ. in cōſ. vlt. nu. 23. lib. 1. & in conſ. 153. nu. 31. verſ.
& benefacit lib. 4. & apud nos in conſ. 134. nu. 38. & in conſ. 175.
nu. 6. Et quæ ſcripta ante in teſtibus & inſtrumentis habemus
nu. 373. fidem eis non haberi, quotiens à veriſimili diſtant. In
qua re etiam obſeruandum, maximam litis impenſam Pariſijs
factam, cuius nomine ſatis fratri patrueli per acceptilationem
factū, cum pecuniam domino Claudio deberet, ita vti inſtru-
mento publico palam fit, quod productum prius contra P. eſt,
à ſomnijs cuius cōmentum hoc ſub ipſum litis euentum exco-
gitatum eſt, cum deſperabilem morbum eius perſpiceret. At
enim quo veriſimilia minus hæc ſunt eo ſuſpectum calumniæ
magis vna ſimul cum P. ipſo ſe præſtat, quem aureorum circi-
ter quinq; millia in eam litem inſumpta aſſerere non puduit.

385 Accedit ad hæc, cum his † aſſertionem & teſtificationem id
genus pugnare, quæ fieri vulgo aſſolent. Quoniam poſt annos
octo, quam finita lis, & impēſarum eius facta recuperatio eſt,
pecuniā mutuari quiſpiam nō ſolet, vnde nomina debitorum
ob litem facta diſſoluat. Immo enim inepta id genere aſſertio
teſtificatióue apparet. Proinde veriſimile prorſus exiſtimari id
nequit, quod ſolitum nō eſt, vti ſcriptū ante habemus nu. 323.
ibiq; & falſi ab inſolito ſuſpicionem oriri ſubiectum. De quo
etiam apud nos in conſ. 145. nu. 14. Rurſus credibile non eſt, ſi
per tempus litis & in ſumptus eius credita ab alijs pecunia fue
rat, in annos eos octo exactionem eius ſuſtinuiſſe. l. cum de in-
debito. ff. de prob. Præterea creditorū id genus neceſſaria de-
claratio eſſet, à quib. credita tūc pecunia ſit, cum lis ipſa exer-
cetur, cum facti id ſit, quod probationē deſiderat. l. con. ff. de
cura. furio. l. 1. C. de manda. princ. l. aſſeueratio. C. de non num.
pecun. & alia complura. de quib. ſupra nu. 116.

386 Perſonæ item conditio † ad veriſimilitudinem inducēdam
valet glo. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. Ang. in d.
conſ. 261. col. 3. At enim notiſſimum defuncti debitoris inge-
nium ad profuſionem procliue. Quocirca animi magis quam
neceſſitatis cauſa pecuniam eum curaſſe credibile eſt. Iam ve-
ri id diſſimile habetur, quo cum rationabilis iudicis motus nō
concurrit Bal. in l. teſtium nu. 20. C. de teſtib. & in l. ſcripturæ,

F nu. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0065-6

nu.5.C.de fide inſtru.Fel.in c.auditis nu.23.in fin.de præſcript. Enimuero quis iudex moueatur, vt credat, ob litē ante annos octo, vt narratur, tranſactam, & ſumptus eius victorib. reſtitutos, æs ipſum alienum conflatum. Præter quam præſumptionem, & alias interuenire declaratum eſt.

Ratione & alia euidente capitulorum partis ineptitudo & probationum eius fruſtratio fit, etiam ſi pleniſſimæ alioquin apparerent. Quoniam nō niſi ob debita neceſſaria feudi alienationem permiſſam dilucide atq; cumulatiſſimè mōſtratum in ſuperiorib. habemus nu.32.& plurimis ſeq. Atq; præter iam ſcripta, obuius mihi non incommode, neq; inauſpicato factus Aret. eſt qui opinioni huic nominatim fauet in l.is poteſt circa fi.ff.de acqu.hæred. Vbi voluntarium hæredem ait, qui à cauſa ſeu aditione voluntaria originem ducit quamuis poſt aditionem neceſſarius fiat, neceſſariumq; hæredem negat, qui originem ab aditione volūtaria habet. Sic initio ipſo neceſſitatem exquirit, neq; ad rem neceſſitatem attinere, quæ ex cauſa aut origine voluntaria deſcendit. Quo Aret. d. Alcia. vtitur in l.2. §.ex his nu.17.ff.de verb.obl. Idq; ex his etiam in ſpecie confirmatur, quæ ſcripta apud nos ſunt in conſ.131. nu.14. Vbi etiam initium in debito neceſſario voluntarióue dijudicādo ſpectādum diximus, neq; quicquā facere, quod neceſſarium poſtea fiat, vel quod neceſſariū in defuncto erat, voluntarium in hærede videatur cui liberum eſt, hæreditatem an non adeat. Idq; ex Ancharano in conſ.26.in quæſtione ſupradicta viſis ſubtiliter col.2.in 2.dubio Caſtren.in conſ.35.videtur dicendū, quod vtrunq; legatum col. 2. circa med.verſi. Sed ad hoc reſpondetur lib.2.& alia, de quibus ibi.

Idem in ſpecie ex Decio probatur in c. cum ſit Romana in tertio nota.de appella. Vbi neceſſariam cauſam ait, quæ vitari & remoueri non poteſt. Quoniam remouēdi poteſtate admiſſa, ſi remotio non fit, volens quis neceſſitatem patitur. Sed .n. cum initio ipſo neceſſitas non ſubeſt, vtique vitari & remoueri poteſt, ab obligationibus aut nominibus debitorum abſtinendo. In eandem ſententiam Alcia.ſcribit in d. l. 2. ex his nu. 17.ff.de verb.oblig. ex neceſſitate factum non dici, quod modo alio explicari commode poteſt. Cui ſententiæ tex.ſeruit in l.nepos Proculo.ff.de ver.ſign. Quod arg.ratione validiore opinionem hāc iuuat. Namq; ſi ratio neceſſitatis non habetur, cui aliunde conſuli commode poteſt, quanto magis nihili facienda neceſſitas erit, in quam vltro quis ſe coniecerit, cū initio ipſo nulla eſſet. Sed enim quorſum doct. teſtimonijs rem confirmare, quam perſpicuam facere tex. videtur in l. fideicōmiſſa.§. ſi rem. ff. de leg.3. qui neceſſariā alienationē declarat, quæ neceſſitate vrgente fit. Ita initio ipſo neceſſitatem exigit. Aliter porro neceſſaria nulla non erit, ſi poſt eam factam neceſſitatem obſeruamus.l.ſicut.C.de actio.& oblig. In eandem ſententiam tex.ſcitiſſimus accedit in c. 2. Ibiq; Dec. in quarto not.de teſtib. Qui ineuitabilem neceſſitatem poſtulat.

Hoc ita admiſſo, vt niſi ex cauſa debiti neceſſarij obligari aut diſtrahi feudū nequeat, cōſequens fit, cauſæ ipſius neceſſitatis expreſſionem in debitis contrahendis in ſpecie & nominatim faciendam, neque ſatis eſſe, cauſam ipſam vere conſtare aut ſubeſſe, quotiens à regula iuris diſceditur, vt in iudice Innocen.ſcribit in c.præterea poſt prin.verſi.Si autem in citatorio.de dila.Bal.in l.1.§.vſus in fin.ff.de procura.Roma.in conſi. 324.num.5.aduſque conſilij finem.in conſ. 483. dubitatur primo nu.14.verſic.Secundo reſpondeo.& in conſ.49. nu. 3. verſiculo.quod ſi dicatur.Deci.in c.conſuluit.1. num. 5. de appella.in conſ.8.col.1.Iaſ.in l.fin.num.4.C.de procura. Crotus in l. filiusfamilias.§.diui numer.104.& ſequen.ff.de legat.1.Capel. Toloſa.quæſt.441.Aufrer.in d.deciſ.q.vltima col.2. Si cauſam exprimi à iudice oportet, quo cum iuris præſumptio facit.l. Herennius.§.Caia.ff.de euictio.l.2.ver.quod non arbitramur. C.de offic.ciuil.iudi.l.generaliter.§.ſi iudex.C.de rebus credi. c.in noſtra de procura.c. in præſentia de renunc.c.accepimus. Ibi non credimus. Ibique Ioan.And.& alij.de ætat.& qualitat. Bald.in l.tale pactum.§.qui prouocauit num.3.verſiculo quinto ſic.ff.de pactis. Quanto magis ius idem admittendum contra priuatum erit. At quem priuatum, contractum cuius vacuum à ſuſpicione non eſſe, acta teſtantur. Idem ex Bar.probatur in l.Lucius in fi.ff.de infam. vbi cum fidem teſtibus ob cauſam quam iudex non habet, cauſam illam commemorandam conſuluit, nec rationem alias in ſyndicatu iudex reddat. ſequitur Dec.in Rubr.de iudic.col.2.in fi.verſ.ſecundo reſpondent. in ſecunda lectura.

Quid autem in iudice laboramus cauſam ab eo exprimendam, quotiens contra iuris regulam quid tentat, ita vt ſatis nō ſit, cauſam ipſam vere ſubeſſe. Immo enim tantundem & in pontifice maximo contra ius quid faciēte probandum, vt cauſam & ipſe exprimere debeat, quamobrē à iure diſcedat, veluti cum gratiam Canonis cui facit, aut diſpenſat, neque ad rem attinere, cauſam diſpenſandi vere interuenire, Oldrad. ſcribit in conſ.326.quod articuli num.5.& in conſ.ſeq.in prin. Sequitur Roma.in d.conſ.483.num.14.licet ſub numero alio Oldradum in con.vno tantummodo nomine. Et idem Roma.tradit in conſ.499.nu.3.verſic.quod ſi dicatur.Dec.in d. c. conſuluit. 1.col.2.de appella. Et in conſ. 8. circa princ.Roma. etiam in d. conſ.483. Crotus ſequitur in d.§.diuinum.105.verſi.ex quibus verbis infert.Fel.huc ſpectat in c. quæ in eccleſiarum num. 18. verſi.limita tertio de conſti.

Secundo principaliter neceſſitatē hanc cauſæ in ſpecie exprimendæ, vltra tot docto.teſtimonia, ratione atq; æquitate naturali oſtēdimus, quæ à defenſione percipitur. In qua re explicanda, cauſam ipſam indagare oportet, quapropter neceſſitas hæc introducta cauſæ nominatim exprimēde ſit. Quæ cauſa non alia eſt, niſi vt defendēdi facultatem cauſa expreſſa, aduerſarius habeat. Conſulendi tum enim ius erit, impugnandā nec ne cauſam illam, & falſi eam conuincendam putet. Quæ deliberandi facultas nō perinde erit, cauſæ expreſſione in ſpecie nō facta. Quæ ratio ex Capel.colligitur.d.deciſ.441.ex Abba.in c.ad noſtram ante fi. de appella. vbi cum appellatio à definitiua præterquam in caſibus aut ex cauſis quibuſdam prohibetur. Qui appellationem ab ea interponit, cauſam exprimere & ipſam certam ideo debet, quo planum fiat, in caſu ne interpoſita permiſſo ſit. Atque ideo vt defendendi, & contra probādi facultatem appellatus habeat. Eadem ratione introductum, vt libellum edi certum oporteat, ne ſi incertus admittitur, defendendi & deliberādi copia reo adimatur.l.1. in prin. Ibiq; Caſtren. Alex. & Iaſ.ff.de eden. In principe etiam, qui ex cauſa quid agit, quod cauſa illa remota, non permittitur, cauſam & ipſam certam apertamq; ab eo exprimendam Pariſien. ſcribit in conſ.68.nu.225. lib. 4. Cauſæ ſatis expreſſionem non eſſe, quæ in genere fit, quotiēs niſi ex cauſa qua iuſta fieri quid nequit, dilucide ēt monſtratum in ſuperiorib. habemus, num. 176. Idem Pariſ.probat in conſ.12.nu.162.lib.2. Quid hic dicēdum, vbi ne quidem in genere expreſſio vlla facta cauſarū legitur, propter quas pecunia rogata mutuo fuerit.

Tertio ſpeciem hanc propius, ex Sali. dirimi quæſtio hæc videtur in l.fi.nu.4. C.de iud. Cum regulariter appellatio prohibita à ſententia arbitri ſit, & eo demum caſu permiſſa, quo compromittendi neceſſitas ſtatuto iniungitur, non aliter locum appellationi eſſe, niſi ſi cauſa neceſſitatis expreſſa in compromiſſo ſit, quod propter ſtatutum ipſum factum compromiſſum ſit, cum nihil prohibeat, ſtatuti etiam coactione remota, arbitros eligi. Quare conſequens non ſit, neceſſario compromiſſum fieri per ſtatutum debet, ergo niſi ſtatuti metu factum cōpromiſſum eſt. Cui ſententiæ Alex.ſubſcribit in l.1.nu. 49.in fi.ff.ſol.mat.in l.ſi quis maior num.2. C. de tranſact. Fel. in c.fi.in fi.de re iudi.Zuchar.in Rubri. C. de pactis nu. centeſimo nono. Et quamuis cōtrouerſiam id in compromiſſo hoc genus patiatur, in quo partis intereſſe non dicitur, ſi appellatio interponitur, & per eam iniquitas ſententiæ refellitur.l. Gracchus.C.de adul.c.dilectus de offic.legat. Attamen in ſpecie controuerſa veriſſimum id, ęquiſſimúmue puto, vt expreſſio cauſarum fieri neceſſitatis debeat, propter quas mutui nomine pecunia accipitur, quoad hoc vt ex ea alienare feudum liceat, ne aliter Interpretantibus, non feneſtra, ſed ianua lata vaſallis patefiat, vnde fraudē in feudo ſucceſſores ſentiāt. Perfacile quippe vaſallis erit, ad eum modū ſucceſſorum ius lędere, pro arbitrio nomina debitorū faciendo, cum variæ neceſſitatis fingi cauſæ poſſint. Et iſtud vero eſt, quod Bald. ſcribit in conſilio tricenteſimo quadrageſimo tertio, examinanda ſunt columna prima circa medium verſiculo ſed notandum eſt lib.

primo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0066-1

primo fingendas neceſſitates non eſſe. Quod Bald. dictũ quam appoſitiſſime huc quadrat, vbi poſt annos octo, quam dijudicata lis cum ſubditis eſt, ob cauſam litis illius pecuniam creditam aduerſarius ait.

Tertio demonſtrandum in ſuperioribus habemus numero centeſimo nonageſimo quarto facultatem hãc ob debita neceſſaria feudi alienandi, ad limites neceſſitatis reſtringendam. At enim proh ſuperi, Quomodo modus aut terminꝰ vllus cõſtitui aut dijudicari in neceſſitatibus poterit, Quarũ expreſſio prorſus facta vlla non eſt neque in ſpecie, neque in genere. An non deteriorem admodum hunc agnatorum cauſam facere conceditur, ſi id genus probationes neceſſitatum in obſcuro, contra omnem veriſimilitudinem nõ abijcimus. Equidem artem faciliorem ad ius agnatorum eludendum hac ipſa haud vllam exiſtimem. Diſſimiliter atque, ſi cauſarum expreſſio, atque ipſa certa & liquida ſit. Ibi enim non difficile erit, aut cedere aut contendere, cõtra rem habere expreſſius, dilucidiúſue oſtendendo. Inde nõ ab re probationem in ſpecie expoſtulari, & flocci probationem faciendam, quæ in genere præſtatur, teſtatum in ſuperioribus habemus nu. 349. & numeris tribus ſequentibus. Et nu. 428. Hoc amplius nu. 350. ius idem cõfeſſionis eſſe oſtendimus, quæ in genere fit. Id quia incertitudo à genere oritur, ſic quomodo ſcriptum ante legitur nu. 97. Incertam plane probationem abijci palam eſt. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tu. cum alijs in locis prædictis enarratis.

Quarto obſeruandum, vbi inter viuos Claudius debitor eſſet, Atq; in cauſas initio neceſſarias debita contracta affirmaret, fidem nihilo magis aſſertio eius haberet, cum in re prohibita confeſſio adhibeatur. leg. qui teſtamentum. ff. de probat. cum alijs ſupra relatis num. 28. 146. & pluribus ſeq. & nu. 187. & num. 400. in fin. Atque vbi in ſpecie prohibita confeſſio nõ cadat, fides tamen eidem habenda perinde quaſi veri diſſimili non eſſet, ſiquidem nec confitenti ipſi noxiam tum eſſe, ſatis declaratum ante eſt, nu. 384. Ibique veri ipſa diſſimilitudo explicata. Quanto minus aſſertio mouere aduerſarij debebit, qui ignarus prorſus eorum eſt, quæcunque inter creditores acta & debitorem Claudium ſunt. Cum nec hæres ipſe defuncti animum declarat. l. Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. fin. ff. de rei vendica. leg. inter ſtipulantem. §. 1. cum gloſſ. Ibique Bart. & alij. ff. de verb. oblig. Bart. in leg. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & in l. ita ſtipulatus in octaua oppoſi. 1. partis. num. 8. ff. de verbo. oblig. Ex his argumentum hoc adiuuatur, quæ in ſuperioribus ſcripta circa ineptitudinem capitulorum P. ſunt num. 128. & pluribus ſeq. Et num. maxime 144. & num. 160. Vbi oſtendimus de rebus & neceſſitatibus vaniſſimis penitúſq; incognitis capitula à P. ipſo non citra calumniam & euidentem aduocati eius lapſum, inconſulte plus ſatis edita. P. enim impulſu atq; inſtigatu capitula & hæc excuſſa ab aduerſario S. ſunt. Affinitatem quippe in re hac capitularia vtriuſque iudicia habent P. & S. Gratioſoſque adeo ſe arbitrantur & deprædicant, vt vel ad ipſa veritatis iuſtitiæq; fundamenta cõuellenda valere ſe putent. Proinde coloris tantulũ ſatis, quem arti prætexant. Inde iudicij illius iniuria. Sed enim aconito omni medica præſentanea quæ ſenatus optimi atque religioſiſſimi antipathia occurrit.

Quinto cauſas ipſas neceſſitatis in ſpecie ſingulas enarratas in cõtractibus ipſis fac, Quorum nomine iudicium hoc exercetur, Ad rem id nihilomagis attinet. Quandoquidem probationibus contrarijs & quidem per inſtrumenta publica falſi id genus aſſertio conuincitur. Namq; cum bonam ſumptuum partem, qui in lite facti cum ſubditis ſunt, proſecutio exhauſerit, quæ facta Lutetiæ eſt, aureos tamen ducentos rata debitoris portio nõ excedit, qui ipſi per acceptilationem aut quitationem, quam vocant, pecuniæ Claudio debitæ ſoluti ſunt, ſic quomodo ſcriptura publica docet, quæ in iudicio alio contra P. etiam prolata eſt, vnde ſatis hoc ad commenta partis elidenda fuerit, cum ſententiam ſubditi paſſi litis diſpendia reſtituerint. Quid hic dicẽdum, vbi dotes de vxore ſecunda, & pecunias ob villam feudalem Claudius accepit cognatis venditam, vt villam precioſiorem taceam P. ipſi vitioſe adeo diſtractam. Quę omnia ſi ex fide bona obſeruamus, mirum ni vulgatiſſimam venditoríſue profuſionem confitemur, Tantum abeſt, vt neceſſitate qua vrgente, æris quicquam contractum alienũ ſit. Quo fit, vt à vero prorſus aduerſarij capitula abhorreant, quatenus neceſſitatis cauſas exprimunt.

Sexto quo magis in mentem ſententiæ venit, quæ Vercellis lata inter nobiles ab aduocatis eſt die 16. Iunij 1557. ſi recte memini, Eo magis atque magis contrariam eam & P. & S. inuenio. Idque ratione validiore rem excutiendo. Ibi enim mala venditoris valetudo in manifeſto erat, venditiones vllæ non præibit, vnde collecta pecunia in neceſſitates ſubleuandas diceretur. Agnato ibi licet vlterioris gradus, feudum venditum. At enim agnato id propiori per ſenatum cum fructibus poſt litem perceptis adiudicatum. An non rationem maiorem non paulo ſpecies controuerſa habet. In qua morbo alio niſi pecuniæ curandæ debitor non tentabatur. In qua nomina tot alia debitorum cõtracta inſtrumentum ipſum venditionis P. factæ oſtendit, vbi & cognatis venditoris alienatio alia villæ feudalis peracta. Apparet ex his tolerandam prorſus id genus probationem non eſſe ſub obſcuro & incerto penitus eiectam, quatenus expreſſio cauſarum opus in ſpecie & nominatim erat, quarum poſtea probatio fieret, ne vti diximus, copiã alias defendendi ſubtractam cum circa ſubſtantiam ipſam, tum circa modum neceſſitatum dicamus, quarum fines egredi non licere & ciuilis & naturalis ratio præcipit. Tolerabilius partis deſiderium foret, vbi expreſſione cauſarum nominatim non facta, defenſionis præſtandæ negotium durius, grauiúſue nõ fieret. Secundum quæ, nõ iure extremo, at eo, quod à fonte ipſo naturæ manat, cauſam hic agi, palam fit. Cui ſententiæ & illud ſeruit, quod ſcriptum apud Alexand. eſt in conſil. 182. col. fin. lib. 2. Cauſam, quæ in obligatione exquiritur, certam, intelligibilem, aptam, potentem, & cohærentem exprimendam. Quod idem & Marſilius probat in l. 1. §. præterea num. 93. ff. de quæſtio. Sed enim cauſæ hic expreſſio in ſpecie facta vllius non eſt, tantum abeſt vt certæ, intelligibilis, aptæ, potentis aut cohærentis facta dici probatio poſſit. Certa enim diceretur, quæ demonſtrationibus certis nominatim declaretur, vt habetur in leg. certum. ff. ſi cert. petatur. in leg. certum. ff. de confeſſ. Sed enim niſi in genere ob lites, cauſa in capitulis non enarratur. Cum aliter certitudo opus ſit. Tantum in teſtimonijs, aduocationibus, ſportulis, &c. Quo modus certus ſumptuum & res certæ appareant, in quas facti ſumptus ſunt. Tametſi otioſa horum diſceptatio ſit. Quatenus ſub inſtrumentis ipſis debitorum neceſſariam hanc expreſſionem diximus. Sed nec fidem tunc expreſſioni habendam oſtendimus, niſi ſi probationibus legitimis confirmetur, per d. leg. qui teſtamentum. ff. de probat. & alia, de quibus ante num. 24. & pluribus ſequen. numer. 187. & num. 246. Aptam item, potentem, intelligibilem, & quæ cum re cohæreat aut perſuaderi poteſt, cauſam nõ eſſe, inſtrumenta venditionum, & nomina tot alia debitorum, venditoris & debitoris conditio, profuſi videlicet, euidentiſſime indicant.

Ad extremum, illud certe inficias iturum quempiam non arbitrer, probatione cauſarum neceſſitatis opus in ſpecie eſſe, cum à regula iuris feudorum diſcedatur. Etenim ſi expreſſionem in ſpecie docto. tunc exigere vſq; adeo docuimus, vt ſatis non ſit, cauſas vere interueniſſe atque ideo de cauſis ipſis ex probationibus poſtea conſtare. Quanto facilius admittẽdum id erit, in ſpecie cauſarum id genus probationes præſtandas. Enimuero probationi præſumptiuæ locus tunc non eſt, cum in ſpecie probatio exquiritur. lege Lucius. ff. de condit. & demon. Pariſ. in conſ. 104. num. 8. lib. 4. Atqui quid probationis aliud aduerſarius præſtat, niſi præſumptionem quandam vaniſſimam à veri prorſus ſimilitudine alienam, cui iuris nõ præſumptiones modo ſed & probationes ipſaſque inſtrumentarias reſiſtere oſtendimus.

Confirmatum item in ſuperioribus habemus nu. 349. præſumptiones & probationes quo certas & ſpeciales magis, eo potiores haberi. Sed enim in ſpecie reus oſtendit, ſumptus litis Pariſijs factos per acceptilationem fratri patrueli à Claudio reſtitutos. Impenſas in lite factas à ſubditis victis redditas. Dotes de vxore ſecunda habitas. Bona diſtracta, nomina debitorum facta. Quamuis non niſi ex parte in ſumptus Claudius ipſi conferret. Nõ eo hæc dico, quod in eam cauſam opus pe-

cuniæ tot &nomina debitorum eſſent. Sed quo expreſſior aduerſariorum calumnia fiat S. plane non niſi præſumptionibus quibuſdam commentitijs improbatis à veri prorſus ſimilitudine alienis ſubniti certat.

Appoſitiſſime ad prædicta conducit, quod dici in eo ſolet, qui cum beneficium vnum, pluráue obtinet, aliud contra ius poſtulat, in ſpecie ab eo beneficia quæ habet exprimenda. Quare ſi beneficium curatum tenet, ſatis ad expreſſioné eius clauſula non eſt, vt neglectui animarum cura non habeatur, quamuis niſi ad beneficium curatum id genus verba non ſpectent Clement.2.de offic.ordin.Clemen. 1. de præben. Oldra. in conſil.81.quod proceſſus numer.3.& ſeq. Geminia. in conſil.89.nume. 5. Abb. in capitulo ad aures numer.6.de reſcript. Quod recipi tum etiam ſolet, cum motu proprio conceſſio fit, vt auctor Rebuf. eſt in tractat.nomina.in 11.quæſt. nonæ q. princip.pagi.39. In eandem ſententiam Anchar. ſcribit in cõſilio 404.tria dubia.numer.8.in fin.verſic.pro hoc facit, quod no.Specul. inhabilitatem perſonæ in ſpecie exprimendam, vt rata diſpenſatio ſuper ea habeatur. Idem in diſpenſatione generaliter Roman.probat in conſil.272.commiſſio. Et alia non pauca. Si in diſpenſatione, quæ oneroſa tertio non eſt, expreſſionem ſpecialem ob id ſolum ius exigit, quod iuri contradicit, atq; ideo odioſa habetur, quid hic dicendum, vbi vltra iuris feudorum offenſionem agnatorum & ſucceſſorum in feudo ius læditur ex inueſtituris maiorum acquiſitum. Alienum ab his Ruini dictum non credo in conſ.98.nu.16.verſic. & per hoc patet reſponſum lib.4. Quib. caſibus fidem aſſertio principis de cauſa habet quæ expreſſa ab eo ſit, id ita obtinere, ſi in ſpecie cauſam exprimit, aliter atq; ſi in genere, quoniam ſi expreſſio ſatis generalis ſit, facultas cõtra probandi parti adimitur. Ita ratione defenſionis nõ tollendæ Ruin.impellitur, quæ ratio ante animaduerſa à nobis eſt. Huc & ea ſpectant, quæ ſcripta apud nos ſunt in conſ.29.nu.3.& in conſ.48.nu.2. Quibus caſibus fides verbis enunciatiuis habetur, recipi id ita ſolere, ſi in ſpecie quid enunciatur. De quo ſcriptum etiam & vberius habemus in tract.de antiq.temp.par.1.nu.80. & par.2. nu.4.verſic.ſed contrarium.

Oportune non minus & illud his aſſuitur, quod ſcriptum apud Freder. à Senis eſt in conſil. 233. caſus talis eſt, monaſterijs colum.2.ante med. Ad reſcriptum ſeu priuilegium lædendum mentionem generalem non valere, at ſpeciali opus expreſſione eſſe per text.in capitulo ſecũdo de dolo & contum. in capitulo ſecundo in fin.de prębend. & in capitulo bonæ de confirmatio.vtili vel inutili. Nonne ratione validiore pro ſententia hac dictum Freder.certat. Siquidem non reſcripti aut priuilegij, at iuris feudorum & contractus, qui ex inueſtituris maiorum procedit, offenſio hic verſatur, vt alienum defuncti æs diſſoluere ſucceſſor in feudo debeat. Ratio item maior hic vrget, quod ne quidem in genere expreſſum eſt, ob cauſas neceſſarias pecunias curari. Atq; in iure tertij lædendo ſpeciali opus expreſſione eſſe, Text.declarat in capitulo quamuis. Ibi niſi expreſſe dixerimus. Ibique Lap. & Geminia.& in capitulo ſi propter tua debita de reſcript.lib. 6. Inde fit, vt ad ius tertij lædendum clauſula generalis anteferri non valeat, capitulo penult.de præben.lib.6.capit.pen.de conceſ.præben.eod.lib. Curt.ſen.in conſ.49.num. 15. circa fi. verſic. Sic vbicunque.& num.94.circa med.verſic. & iſtud etiam eſt de iure communi. Si expreſſio ſpecialis ad ius tertij lædendum eo etiam caſu opus in ſuperiore, quæ lædendi poteſtas competit vt in beneficialibus, quid hic in feudi iure minuendo dicemus quod à poteſtate vaſalli niſi ob cauſas initio neceſſarias non pendet, vt in ſpecie conſtare non modo de neceſſitatibus ipſis, ſed & de modo aut quantitate pecuniæ oporteat, quã neceſſitates ipſæ expoſtulant, cum limites egredi neceſſitatum nõ liceat, Vt dictum ante habemus num.94. Idque ex Socin.demonſtratur in conſil. 295. num. 6. in ſecundo dubio maxime verſicul.tertio, quia donatio lib.2.vbi cum propter merita donatio fit, in ſpecie ea declaranda aut enarranda ideo ait, quod cum vltra merita donare non liceat, & ſimplex in exceſſu habeatur, de viribus eius cõſtare aliter non poterit, admodum ne facta meritorum ſit, quam ſi in ſpecie enarratio meritorum fiat. Conſilio & opinioni Soci.Deci.ſubſcribit in conſil.366.num.10.& ſequen.

Ruin.in conſ.173.num.12.lib.1.Pariſ.in conſ.73.nu.63.lib.1. Satis inſpectio hæc ad S. cauſam perimendam eſt. Id quidem in primis, quod ſi ſumptus litis per acta ſingula percurrimus, numerumq; participum Noni, & pecunias ſpectamus, quas fratri patrueli ob ſumptus ipſos acceptas debitor fecit, & alias, quas ſubditi victi refuderunt, mirúmni ex ſomnijs meris commentum hoc excogitatum capitulorum eſt. Conſequens fit, pecunijs etiam poſthabitis, quas nõ exiguas ad Claudiũ ipſum perueniſſe aliunde conſtat, ex dotibus ſecundæ vxoris, & alienatione bonorum, in tuto rei cauſam videri.

Tertio principaliter in capitulis his animaduertendum, ad
rem omnino nec probatione eorum impleta, pertinere. Prin-
387 cipio enim monendi ſumus, de iure † hic offerendi certari.
Quod creditori poſteriori contra priorem ita datur, vt in locũ
eius debito perſoluto ſuccedat iuxta l.potior.§.ſi paratus l.cre
ditor.§.ſi primus.verſi.vnde.ff.qui potior.in pign.ha.l.1. Ibiq;
Bart.C.eo.tit.l.1.§.1. C. ſi antiq.credi.pign.vend.Bald.in l. vni.
num.5.verſic.item ſcias.C.de priuil.dot.& in conſ.84.præmit-
tendum eſt ad euidentiam, quod quando conſtante matrimo-
nio nu.4.libr.3. Ius hoc offerendi creditori demum hypothe-
cario datur. Creditor plane, cui hypotheca abeſt, fruſtra cre-
ditori priori pecuniam offert, vt in vicem eius reponatur. Ete-
nim ſi hypothecam creditor poſterior non habet, quomodo
388 actionem † cum priore creditore exercebit, realé enim infer-
re non poteſt, quæ ſine hypotheca non competit. Perſonalem
plane creditor prior pignoriſq; poſſeſſor ne tum quidem pati-
tur, cum rei ipſius cauſa obligatio cõtracta perſonalis eſt, quæ
ad creditorem ipſum, eundemq; ſucceſſorem ſingularem per-
uenit.l.quædam.§.nihil intereſt.ff.de eden.l.fideicommiſſum.
§.tractatum.ff.de iudi.l.fin.§.fi.ff.de contra.empt.l.2.in fi.ff.de
hæred.vel actio.vend.l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dot.l.1.§.ſi
hæres.ff.ad Treb.l.1.C.ſi cert.pet. Idque locum habet, quam-
389 uis † doli nomine reſcindi contractus poſſit. Namque ſi alie-
nata res ab emptore ſit, qui dolo fecit, in ſucceſſorem ſingula-
rem nihilomagis actio datur.l.dolus.C. de reſcin.vendi. Ruin.
in conſ.32.nu.9. lib. 1. Atque in ſpecie, creditori ius offerendi
non eſſe, qui hypothecam non habet, ex tex. oſtenditur in l. 1.
C.ſi antiq.credi.Idem ex text.probatur in l.fin.C.de bonis au-
ctori.iud.poſſid. Vbi miſſione in poſſeſſionem in gratiam cre-
ditoris facta, niſi creditoris chirographarij ius per creditores
alios chirographarios non læditur. Aliter igitur atq; ſi in gra-
tiam hypothecarij creditoris facta miſſio eſt. Eodem text. ſpe-
ctat in l.nulla.C.de ſolutionibus. Idem ex Bal. confirmatur in
l.Ariſto.circa princ.verſic. ex lectura antiqua.ff. quæ res pign.
oblig.poſ.in conſ.40.maritus num.7.lib.1.& in d.conſ.84. nu-
mer.4.lib.3.Caſtren.in l.ſi res obligata num. 6. Ibique Iaſ. nu.
42. ff. de legat.1. Quibus in locis habetur offerendi ius ei nõ
dari, qui hypothecam non habet, quotiens ad vtilitatem
ſuam offert, vt in locũ ipſe creditoris prioris ſuccedat, cui obla
tio fit. Ad commodum ſolummodo debitoris offerendi ius
hypothecam non habenti permitti hoc eſt vt hypothecã prio
ris diſſoluat, debitoremq; liberet, pro eo offerendo iuxt.l.ſol-
uendo.ff.de neg.geſt. Cæterum liberatione debitoris in bonis
hypothecę ſuppoſitis iam facta, inſolutum puta à debitore vel
iudice datis, locũ offerendi iuri non niſi in gratiam creditoris
eſſe, qui hypothecam habet. Idem ex deciſione Neapolitana
declaratur.202.nu.4.poſt prin.ver.facit, nam tex. in nouis cap.
Neguſan.in tract.de pign.in tertio membro quintę partis col.
3.in fi.ver.2.principaliter limitat.

His ita prænarratis, offerendi ius contra antiquiorem cre-
ditorem, cui facta ſolutio eſt, creditori poſteriori non conce-
di, qui hypothecam non habet. Conſequens fit, ſine actione
vlla ad ius hoc offerendi S.aduerſarium deſcendiſſe, quatenus
feudalia bona ſunt inſolutum D. Hectori data. Quoniam hy-
pothecã in bonis feudalibus S.ipſe creditor poſterior non ha-
390 bet. Namq; & ſi maxime † bona omnia hypothecæ ſuppoſita
à debitore ſunt, ad feudum tamen non trahitur, cuius permiſ-
ſa alienatio non eſt, vti ſcriptum in ſuperioribus habemus, nu.
293.& ſeq.

Hoc amplius, ſi feudi mẽtio expreſſim facta ſub hypotheca ſit. Idq; nominatim hypothecæ deſtinatum, clauſula hypothecæ ita concepta, ſub obligatione omnium bonorum etiã feu-

dalium

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0068-3

dalium hypothecæ ius feudo, nihilo magis aduerſario compe-
tere. Siquidem firmitatis quicquam hypotheca id genus non
habet domini iniuſſu facta. c.1.in princ. de prohi. alie. feu. per
Freder. cum alijs ſupra comparatis.d.n.293.

Neque mutat, domino inconſulto recto feudum Noni per
inueſtituram priorem alienari. Ibi ſine contradictione præfa-
ti domini comitis & hæredum ſuorum. Quoniam receſſum ab
ea inueſtitura, eamq; in ea parte alteratam & alterari potuiſſe,
inueſtituris ſequentibus & ipſis multiplicibus euidenter li-
quet, & dilucide etiam demonſtratum in ſuperioribus habe-
mus. Iuſſumq; aut cõſenſum domini in alienationibus neceſ-
ſarijs ſemper interueniſſe, proculdubio eſt. Vel conſenſus id
genus reſeruationem contractus habent, ſaluo & reſeruato
beneplacito domini, &c.

391 Secundo reſpõdetur, robur † hypotheca aut alienatio eſto
feudi habeat domino imprudente facta, vires tamen in perni-
ciem ſucceſſorum agnatorúmue deeſſe ſcriptum in ſuperiori-
bus habemus nu.21.204.& nu.295. Itaq; quod ad ius D. Hecto
ris attinet, hypotheca vlla niti S. aduerſari⁹ nequit. Qua dem-
pta fruſtra ad ius offerendi aſpirat.

Tertio reſpondetur, ad cauſam decreti ex æuo poſtea editi
clauſulam illam non pertinere, ſine cõtradictione præfati do-
mini comitis & hæredum ſuorum. Locum enim clauſula ha-
bet, vbicunq; habilia alias interueniunt, id eſt, conſenſu agna-
torum adhibita, ſic quomodo ſermone vberrimo teſtatum in
ſuperioribus eſt. Cæterum vbi agnatis nolentibus alienatio
fieret, hypothecáue in feudo induceretur, cõſenſum ante do-
mini explorandum, cautum decreto per verba conditionalia
eſt, conſenſu noſtro pręhabito & interueniente, ex quib. abla-
tiuis conditionem ſequi non dubitatur. l. ab emptione. ff. de
392 pactis. l. euictis agris. ff. de vſuris. l. à teſtatore. ff. de condit. &
demon. Conditione plane non † impleta, id eſt, conſenſu do-
mini non exquiſito, locum decreti permiſſio non habet, verũ
pro eo res eſt; vt ſi permiſſio vlla expreſſa in decreto non ſit. l.
pecuniam. Ibi perinde eſt enim. Ibiq; Caſtren. & alij. ff. ſi cert.
pet. l. neceſſario. ff. de peri. & com. rei vend. cum alijs apud nos
collectis in conſ.62.num.1.& in conſ.170.num.8. Conſequens
igitur non ſit, cõſenſus domini petendi neceſſitas remiſſa tum
eſt, cum damno agnatis alienatio non cedit, ergo etiam cũ in-
commodum agnatis affert. l. ſi. ff. de calum. l. Papinianus exuli.
ff. de minor.

Quarto reſpondetur, à iure communi feudorum decretum
exorbitare, quo ob cauſas neceſſarias feudi permiſſa alienatio
eſt, vti ſcriptum circa initium habemus num.30. & fuſius nu.
69. Vnde cum ſub conditione permiſſio facta alienandi ſit, ſi
domini conſenſus acceſſerit, ad eum caſum referri conditionẽ
hanc oportet, quo neceſſarius alius domini conſenſus non e-
rat, ne inertia, ceſſantiáue verba hęc fiant, cum neceſſarius re-
gulariter conſenſus domini ſit per ea quæ verbis pluribus ſcri-
pta in ſuperioribus ſunt, nu.46. nu. 312. cumulatius nu.340. &
pluribus ſeq.

Quinto reſpondetur, non aliter decreti beneficium aduer-
ſario prodeſſe, niſi ſi qualitatibus eius omnibus paritum ab eo
ſit per ea quæ ſatis dicta ſupra habemus numer. 31. vbi in de-
creto id obtinere in primis oſtendimus, quod à iure commu-
ni abhorret, quod genus decretum hoc eſt, quo nõ modo iuri
communi feudorum, ſed & agnatorum derogatur, quibus ex
contractu ipſo feudi ius competit.

Sexto reſpondetur, clauſulam illã ſine contradictione præ-
fati domini comitis, &c. in fauorem ipſorum inueſtitorum &
ſucceſſorum adſcriptam, vt ſi ipſis volentibus alienatio fieret,
neceſſarius domini conſenſus non eſſet. Ob id rationis non vi-
detur, in necem eam ipſorum agnatorum trahi, vt ad eum ca-
ſum trahatur, quo præter ſucceſſorum voluntatem, diſpẽdio-
que eorum feudum diſtrahitur. l. nulla. ff. de ll. l. quod fauore.
C. eod. tit.

393 Neque contrarium his eſt, de iure † tertij non opponi. l. lo-
ci corpus. §. competit. ff. de ſerui. vendi. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig.
l. 1. in fi. & l. 2. ff. vti poſſid. l. 2. ff. de excep. rei iud. l. cum ſeruum.
C. de ſeruis fugi. leg. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C.
de præſcriptio. 30. vel 40. ann. Eadem ratione iure tertij actor
non vtitur. 1. §. 1. ff. ſi pars hæredi. per l. vti frui in princip. ff. ſi v-
ſufruct. pet. l. ſi ſo. §. Lucius. ff. ſolut. matrim. Alexand. in conſi.
65.num.37. verſiculo præterea dato lib.6. Et in ſpecie, cõtem-
ptum hunç domini in conſenſu eius omittendo, non opponi,
ex Oldr. probatur in conſil.139.num.7. in ſexto dubio. Alexan.
in conſil.106.num. 5. circa med. verſiculo nec prædictis obſtat
lib.4. Dec. in conſ.247.nu.3.& col.4. in fi. verſic. poſtremo alio
fundamento. Alba in conſ.67.nu.6.

Trifariam enim reſpondetur. Principio ob id de conſenſu
394 † domini poſthabito nõ opponi, quoniam excluſio iuris par-
tis ex omiſſione ipſa conſenſus iure ipſo non ſequitur, cum à
volũtate eius excluſio ſequatur. Vnde fieri poteſt, vt ad exclu-
ſionem animus domini non ſeruetur. d. l. 2. cum gloſſ. ff. ſi ager
vectig. Bar. in d. l. 2. num. 1. ff. de exceptio. rei iud. & in conſi. 81.
num. 5. Soci. in conſ. 78. num. 4. lib. 4. Dec. in conſ. 144. col. pe-
nult. in fi. Iaſon, in l. 2. in quinto nota. C. de iure emphy. Ripa
in rubri. ff. ſol. mat. num. 29. verſi. non obſtat, quod dos. Sed e-
nim excluſiua iuris partis præmiſſio conſenſus domini omni-
no & iure ipſo eſt. Siquidem voluntatis huius declaratio facta
in decreto eſt, vt vigorem permiſſio alienandi niſi ex cõditio-
ne non habeat, ſi domini exquiſitus conſenſus erit. Qua con-
ditione deficiente, ſimiliter rem eſſe diximus, atque ſi permiſ-
ſa prorſus alienandi facultas non ſit. Atque in ſpecie, iure ipſo
395 † actum euaneſcere conditione non impleta, ex text. declara-
tur in l. item quia. §. 1. Ibi & nuptijs non ſecutis, ipſo iure eua-
neſcit ſtipulatio. ff. de pactis. De quo text. memoria habita a-
pud nos in conſilio 93. numer. 3. Idque etiam declaratur, quo-
niam formam conditio inducit. lege prætor. Ibique Bartol. ff.
de colla. bon. Bal. in Aucten. matri & auiæ num. 3. in fi. C. quan.
mul. tute. offic. fungi po. Soci. in conſ. 32. num. 2. lib. 3. Iaſ. in l. 2.
§. prius. num. 11. ff. de vulga. Dec. in rubri. de probat. numer. 14.
circa princip. in capit. de appellationibus num. 4. verſi. ſecun-
dus caſus in fi. de appella. & in conſ. 11. num. 9. vbi in conditio-
ne expreſſim loquitur, quam ablatiui abſoluti faciunt. Tradit
etiam Crot. in rubri. ff. de oper. noui nuncia. num. 20. Soc. iun.
in conſ. 122. nu. 19. lib. 2. forma plane neglecta, iure ipſo actum
perimi, nemo dubitat. De quo dictum ſatis ante habemus nu-
mer. 135. & plurib. ſequent. & num. 170. & duob. ſequent. Itaq;
396 cum forma decreti impleta † ab aduerſario nõ ſit, rationi exa-
gitat, decreti eum beneficio frui, Signorol. in conſi. 249. col. 8.
poſt med. verſi. ex quibus omnibus infero. & col. ſeq. Calca. in
conſ. 11. nu. 25. verſi. quinimmo poſſet dici.

Apparet ex his à diuerſis penitus argumẽtum deduci, quod
à conſenſu domini colligitur, quem in feudo alienando ius ex-
397 poſtulat ad eum, quem decretum exigit. A iure quippe † ra-
tione præiudicij, domini exquiri conſenſus ſolet, ne in perſo-
nam minus gratam aut idoneam feudum transferatur. Inde
fit, vt poſt alienationem factam vtiliter conſenſus domini ad-
hibeatur Iſer. in cap. 1. in princip. num. 14. Ibique Aluaro. num.
15. verſic. quæro an conſenſus, de prohib. alien. feud. per Fre-
der. Gozadi. in conſ. 26. num. 9. Curt. iun. in conſ. 1. nu. 15. & in
tracta. feud. in quarta parte, in materia aliena. feud. in 2. q. circa
ſecundam regulam formata. Soc. iun. in conſ. 97. num. 16. & in
398 conſ. 101. num. 2. lib. 2. At enim vires † alienatio à conſenſu nõ
acciperet, qui adhibitus poſt eam ſit, ſi formæ vice interponi
debeat. Imo enim vel actui præuerti, vel in actu adhiberi ipſo
debet. l. obligari. §. tutor. ff. de auctori. tutor. §. tutor. Inſti. eod.
tit. c. auditis de electio. c. in venditionibus. 17. q. 4. Innoc. in c.
cum conſuetudinis de conſuetu. Bar. & alij in l. ſi quis mihi bo-
na. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 1. in fi. C. qui admitti.
Abb. in 5. q. Augerio colum. 2. circa med. verſic. tertio proba-
tur. Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore in princip. ff.
ſolut. mat. in conſ. 106. num. 3. libr. 1. Ea ratione à conſenſu pa-
tris poſtea accedente robur donatio cauſa mortis non accipit,
quæ patre facta inconſulto eſt. Id quia formæ & authoritatis
cauſa patris exquiri conſenſus ſolet Bar. & alij in l. tam is. §. 1. ff.
de dona. cauſ. mor. Soc. in l. 1. §. fuit quæſitum col. 4. circa med.
verſi. Sed aduerte. & col. ſeq. in prin. verſic. Secundo videntur
deficere. ff. ad Trebel. Cremenſ. ſing. 69. Cauſa alia conſenſus
domini eſt, quem decretũ expoſtulat. Alienationi eum enim
anteuerti neceſſe eſt, cum in conditione, atque ideo poſitus in
forma ſit. Idq; vltra conditionis effectum, euidenter ex decre-
to liquet. Ibi conſenſu noſtro præhabito. Ita formam nomi-

natim expreſſam eo ipſo decretũ habet,quod alienationi eum
præuerti oportet. Itaque cum ad formam cõſenſus pertineat,
quem decretum expoſtulat,formæq; omiſſione ad irritum iu-
re ipſo actus deducatur,rectiſſime conſenſus defectum oppo-
nere contra aduerſarij hypothecam licet, vbi nominatim in
bonis feudalibus cõſtituta hypotheca eſſet, quod ipſum tamẽ
factum nequaquam eſt.

399 Secundo ad argumentum reſpondetur † quamuis excluſi-
uum iuris litigatoris ius tertij non ſit, recte tamen ab eo oppo
ni,qui à tertio ipſo cauſam habet.Dyn.Bart.& Bald.in d.l.2.ff.
de excep.rei iudi.Bal.in Aucten. qui rem.nu.6. C. de ſacroſan.
eccleſ.Paul.de Caſtr. in conſ.369.viſo & examinato diligenter
col.2.circa med,lib.2.Dec.in conſ.247.in fi. Soc.iun.in conſil.
101.n.29.lib.2. Sed enim à domino ipſo directo cauſam gener,
reuſq; habet. A quo feudum ipſum recognoſcit.Ex qua reſpõ-
ſione radicitus conuulſum argumentum apparet.

400 Tertio reſpondetur, ius † tertij recte opponi,vt ius partis
omnino aut iure ipſo non excludat, quotiens opponentis in-
tereſt,& opponenti ius illud prodeſt.l.ſi cui. Ibiq; Caſtren.C.
de non numer.pecun.Abb.in cap.cum non liceat,nu.15. verſi.
Sed contra hoc,de præſcriptio.Anchar.in conſi.310.Tres do-
mini colum.4.Alba.in conſ.64.numer.2. & ſeq. Sed enim ge-
neri opponentis intereſt, vires hypothecæ feudi non eſſe, vbi
expreſſim contracta hypotheca eſſet, cum ad opponentem
ipſum feudum pertineat.Atque ideo opponenti ipſi,non ter-
tio oppoſitio proficiat.

Cõſequens prædictis fit,fruſtra hypotheca generalis bono-
rum aduerſario ſit. Quandoquidem opem ei latura nec ſpe-
cialis de feudo ſit, vbi interpoſita eſſet. Id quod factum prõr-
ſus non eſt. Etenim ſi nulla irritaq; id genus hypotheca, con-
ſenſu domini neglecto,apparet,perinde iudicatur,ac ſi adſcri-
pta omnino non ſit. Quod argumentum ad eum etiam caſum
pertinet, quo ob cauſas initio neceſſarias alienatio facta feudi
ſit. Id quod modis omnibus pernegatur.

A partibus igitur ſatis enumeratis argumentando, iuxta l.
patre furioſo.Ibique Iaſ.ff.de his,qui ſunt ſui vel alieni iuris,ad
ius offerẽdi fruſtra S.recurrit. Namq; aut ob cauſas initio vo-
luntarias æs contractum alienum eſt,quod magis eſt dicere.Et
in expedito rem eſſe cumulatiſſime & ſplendidiſſime demon-
ſtratum in ſuperiorib. habemus nu. 32. & ſequentium frequẽ-
tia.Scite,& nominatim magis nu.386.verſi.ratione & alia.Aut
cauſas neceſſarias fingimus aut præſupponimus, & nihilo ma-
gis offerendi ius adminiculatur, vtpote hypotheca feudi re-
mota,quod hypothecæ generali non cedit, atq; vbi expreſſim
dictum de feudo eſſet neceſſarius ſaltem cõſenſus domini pro
forma erat. Qua omiſſa, firmitatis quicquam hypothecam nõ
habere declaratum ſatis eſt.

Quarto principaliter ad ineptitudinem capitulorum S. ar-
guendam monendi ſumus. Ad rem debita neceſſaria ex decre-
to domini nõ attinere,niſi ſi numeratio interueniat. Sed enim
quæ ipſe inſtrumenta perlegi in actis producta,ex omnibus ne
quidem vnum de numeratione fidem facit.Confeſſionem de-
mum de pecunia credita habent. Cõfeſſionis plane rationem
hic non habendam, verbis pluribus monſtratum ſuperius eſt,
num.28.col.146.& pluribus ſeq.num.187.& num.246. Quin
401 etiam ſatis non † eſſet, fidem numerationis per inſtrumenta
ipſa fieri, niſi ſi fides de numeratione etiã eorum fiat, propter
quæ æs ipſum alienum contractum dicitur,per ea,quæ ſcripta
ante ſunt nu.188. & pluribus ſequentib. ſatis non eſſe, proba-
tionem de pretij numeratione in feudo ob cauſam dotis reſti-
tuendæ vendito impleri, niſi ſi numeratam dotem appareat,
ob quam reſtituendam feudi alienatio permiſſa decreto eſt.
Idque non per decretum ſolummodo,ſed & iure ipſo cõmuni
introductum. Æque ſi debitam à venditore feudi & ob cau-
ſam eius neceſſariam, ſeu ob feudi defenſionem pecuniam di-
cimus, & eo nomine ſeu pecuniæ illius diſſoluendæ cauſa pe-
cuniam aliam acceptam mutuam aſſerimus, neceſſe prius eſt,
debitum ipſum anterius & neceſſarium, numerationemúe e-
402 ius conſtare. Quoniam ſi falſa † prima cauſa eſt, cauſa cõſiſte-
re poſterior nequit.Et ſi irrita cauſa prima apparet,non poteſt
inanis & poſterior non fieri. leg. ſi id quod. ff.de dona. l. tutor
datus.ff.de fideiuſſor.leg. ſi filiusfamilias in fin. C. ad Macedo.
Inde dicitur, à primordio tituli euentum poſteriorem forma-
ri.l.1.circa fin.C.de impo.lucra.deſcript. libr. 10. Et abſurdum
eſſet,pluris aliquid in cauſa poſteriore, quam in priore eſſe. l.
peto.§.prædium.ff.de legat.2. Ang. in conſilio 110. ſanctiſſima
numero ſexto poſt princip.Bald.huc ſpectat in l.ex placito nu-
mero ſecundo circa med. C. de rerum permut. actus conſecu-
tiuus à primis cauſis regulari. Idem Bald. ſcribit in l.Polla. nu-
mero 5. C. de his quibus vt indign. cauſas omnes inferiores à
403 cauſa prima gubernari. Iam abſurda † res fuerit, ſi cauſa infe-
cta prior ſit,fructum ex ea cauſa poſteriore produci.l. ſi duo.§.
idem Iulianus.ff.de iureiurã.l.nam origo. ff. quod vi aut clam.
l.fin.in fin.C.de nupt.l.fin.C. de natu. liber.C.ſicut de re iudi.
capitulo vulnerato. prima. quæſt. 1. Inde etiam fit, vt vitioſa
ſententia reddatur,quæ fundamento infirmo nititur.l.1.§.1.ff.
quæ ſent.ſine appella.reſcin.Fulgoſ. in conſilio 73. paterfami-
lias numer.4.Deci.iun.in conſ.475.nume.14.& ſeq.Soc.iun.in
conſ.41.nu.18.lib.2. Vbi ex cauſa falſa iudicatum tunc ait. Qua
ratione nulla ſententia fit, quæ ſuper nullo proceſſu fertur
Caſtr.in conſ.401.viſo proceſſu vna cum ſententia nu.3. libr.1.
Vbi nihil intereſſe putat,ſine proceſſu, an ex eo mutilo ſentẽ-
tia dicatur. Idem Guido Papæ ſcribit in cõſ.2.circa prin. in cõ-
ſil.8.cir.prin.in conſ.13.nu.4.& in conſ.84.num.3. Quid igitur
intereſt, vtrum ſine numeratione omnino æs alienum cõtra-
ctum poſterius ſit, an ex numeratione quidẽ, verum propter
numerationem debiti antecedentis poſterior ſequatur, quæ
nulla ſit,aut de qua non appareat. Cum ius idem non exiſten-
tis, atq; non apparentis eſſe teſtatum ſatis in ſuperioribus ha-
beamus nu.123.143. & nu. 151. Ad ſententiam hanc & ea cõdu-
cunt,quæ de cauſa prima ſpectanda, adnotata ſuperius habe-
mus nu.33.& nu.42.

Apparet ex argumento hoc numerationis non demonſtra-
tæ,fruſtra à neceſſitate alienandi initio ipſo opem implorari.
Quatenus præter neceſſitatem ipſam, numerationem etiam
decretum expoſtulat. Idque iure etiam communi inſtitutum,
declaratum in ſuperioribus liquet,nu.187.

Quinto principaliter præmiſſorum omnium nihil eſſe fac.
ob cauſas initio neceſſarias eſto æs contractum alienum ſit,
hypothecam feudi rite,recteúe contractam finge. Ad rem ni-
hilo magis pertinere capitula S.videntur. Namq; offerẽdi ius
hic vertitur. Quo bona feudi conſequi S. ipſe conſtituit. Sed
enim permiſſum ius hoc offerendi per decreta non eſt. Immo
enim hoc ipſo prohibitum apparet, quod onus feudi diſtra-
hendi ſucceſſori ipſi in feudo imperatur, vt ex pretio inde di-
ſtracti ſatis creditori faciat. Atque ideo in arbitrio ſucceſſoris
404 eſt,quæ feudi bona diſtrahat. Vnde cum † bona controuerſa
præciſe S.petat.ſi creditum ei non offertur, ad formam decre-
ti petitio & concluſio eius non accommodatur. Atq; ideo in-
epta petitio eius declaratur. Ex modo enim concludendi, qui
aptus non eſt, ineptitudo petitionis arguitur. c. cum dilect. in
emp.& vend.glo. in l.2.§.circa in ver.ſine cauſa.ff. de doli mali
excep.gl.Inſti.de obli.in verſ.2. Ibi per competentes actiones.
Bal.in l.actori in fi.C.de rebus credi.& in conſ.383.primo tria.
in prin.lib.4.Pau.de Caſt.in conſ.65. viſo quodam libello por-
recto per dominam Andriolam col.3.ver.nunc ergo viſo lib. 1.
cum alijs apud nos relatis in conſ.7.nu.1.in conſ.151.nu.1.Quæ
ineptitudo poſt ſentẽtiam etiam recte obijcitur, vti ſcriptum
habemus in d.conſ.151.nu.3.

Conſequenter his dicẽdum,cum formæ & qualitati decre-
ti exorbitantis paritũ ab aduerſario non ſit, auxilio eũ nequic-
quam decreti adniti per ea, quæ ſcripta ſuperius ſunt nu.31. &
nu.396.Hactenus enim concludi in ſucceſſorem feudi poteſt,
vt feudum ipſe diſtrahat,ſatiſq; inde creditori faciat.

Sexto principaliter,præmiſſa eſto omnia ſileant, quæ voci-
bus ſane quam ſonoris vociferantur, ratione & alia offerendi
ius non competit. Quoniam certior S. factus de ceſſione iu-
rium dotaliũ nouercæ rei ipſius eſt. Proteſtatioq; à reo inter-
poſita,non modo hypotheca matris, ſed & nouercæ vti ſe cõ-
ſtituiſſe. Quod cum ita ſit, etiam dotes offerri nouercæ opor-
tebat. Qua enim ratione ſi apud nouercam bona eſſent pecu-
niã dotis & donationis propter nuptias offerre neceſſe S. ha-
bere. Ita & reo ipſi fieri oblationẽ oportet, qui à nouerca ipſa
cauſam & quidem onerosam non obſcure habet. Iuris quip-
pe † in-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0070-3

405 pe † incerti non eſt,recte hypothecæ ius cum prærogatiua té-
poris cedi, atque ideo cedentis hypotheca iuſte, atque vtili-
ter ceſſionarium vti.l.dolia.§.1.ff.de contra.emptio. l. empto-
ri.ff.de hæredi.vel actio.vend.l.ſi prioris.C.de his,qui in prio-
rum credi.l.fi.C.de priuil.fiſci.Signorol.in conſil.259.nume.1.
Bal.in conſilio 52.obligatio.in princ.lib.3. Æque nemo dubi-
tat, retinendi ius propter hypothecam dari. Namq; ſi ad poſ-
ſeſſionem aduocandam,vſq; dum factum ſatis ſit, hypotheca-
ria accommodatur.l.rem alienam.ff.de pign.actio.l. ſi fundus.
§.in venditione. Ibiq; Bart. & Alex.apud eum. ff. de pign. lon-
406 ge magis retinendi ius permittendum ob hypothecam erit,cũ
facilius † retinendi, quam agendi ius detur.l.ſi in area in fin. l.
ex quibus.ff.de condi.indeb.l.1.in prin. ff. quibus modis pign.
vel hypo.ſol.l.Paulus.ff.de excep.doli. l. per retẽtionem. C. de
vſur.l.2. Ibiq; Bal.in tertio nota.C.de fideicom.l.vni. C. etiam
ob chirogra.pecu.Bar.in l.nemo poteſt,nume.18.ff. de lega.1.
Tex.huc ſpectat in l.inuito.1.cui damus.ff.de reg.iur. Et quod
in poſſeſſione dicitur,ſolo eam animo retineri, quamuis ſatis
animus ad eam quęrendam non ſit.l.3.§.in amittenda.l.quem-
admodum & l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſ.l.licet. C. eod. tit.
407 Et alia non pauca. Atque nominatim,retinendi † ius ex hypo-
theca eſſe,tex. probat in l. ſi non inducta à ſenſu contrario. C.
in quibus cauſ.pign.tacite contra.Bar.&alij in l.ſi non ſortem.
§.ſi centum.ff.de condi.indeb.Bart.in l.ſi filio.§. ſi vir.ff. ſolut.
mat.Soc.in conſ.99.num.9.lib.1.& in conſil.90.num.11.lib. 4.
Non ſolum autem propter debitum hypothecarium, ſed &
propter aliud perſonale retinendi ius ex hypotheca competit.
l.ſi neceſſarias.§.ſi pignori.ff.de pig.actio. d.l. ſi non ſortem.§.
ſi centum.d.l.1.C.etiam ob chirograph.pecun.Rom.in conſil.
244.pro euidentia nu.3.

Inde fit,vt propter gemmas,veſtes & ornamẽta omnia ma-
tris à patre conſumpta & diſtracta retinendi ius filio compe-
tat. Quamuis capitula reiecta à delegato fuerint, quæ ad pro-
bationem eorum ſpectabant. Quæ poſtea admiſſa à ſenatu ex-
cellentiſſimo didici.

408 Vſque adeo porro ius retinendi † ex hypotheca eſt,vt eo v-
ti vel in executione ſententiæ liceat, vtpote quam non impu-
gnat Alber.in d.l.1.col.penult.C.etiam ob chirograph.pecun.
vbi & ob creditum aliud ius hoc retinendi permittit. Sequi-
tur Ca. deciſ.119. nu.1.& tribus ſeq.Retinendi ius in executio-
ne non denegari,text.probat,in l.quod ſi poſſeſſor. ff. de peti-
tio.hær.Bart.in l.in feudo num.16.ff.de rei vendica.in d.l.Pau-
lus.ff.de excep.doli.Bal.in l.peremptorias nu.12.C.ſenten. re-
ſcin.non poſſe.& in conſ.309.quæritur vtrum adulta in fi. lib.
2.Cor.in conſ.147.col.pen.in fi.lib.2.Iaſ.in l.1.nu.16.ver. ſecũ-
do infero.C.de iuris & facti ignor.Boer.q.43.nu.9. & nu. 15. in
quo nu.15.de retentione ex pignore loquitur.

Inde apparet,potiorẽ generi cauſam & in mobilib.eſſe. Ad
quæ tanto molimine & faſtu S.aggreditur. In qua re monendi
ſumus,non modo ex hypotheca à nouerca ceſſa,verum ét ma-
409 tris defunctæ S.generum anteferendum. Neq; † mutat,datio-
ne inſolutum per iudicem facta dotium debitum ſublatum. l.
prout.ff.de ſolut.l.nulla.& l.obſignatione.C.eo.tit. Inſti. qui-
bus modis tolli.obl.in prin. Quoniam vigoris quicquam quã-
tum ad feudum datio inſolutum non habet. Namq; cũ generi
ipſius ex inueſtituris maiorum eſſet & ſit,quod ſuum erat, ſu-
um amplius fieri ex datione inſolutum nõ potuit. l.3. §. ex plu-
rib.ff.de acqui.poſ.cum alijs ante relatis,nu.322.

410 Secundo inutilem hoc genus dationem † in ſolutum de feu
do ipſius creditoris factam neq; ex ea ius crediti eius pro feu-
di modo ſublatum,ex eo oſtenditur, quod dici in legato rei le-
gatarij ſolet,ineptum id & irritum fieri,quoniam cum legata-
rij res ſit,ſua amplius fieri ex legato non poteſt.l.cætera. §. tra-
ctari.ff.de lega.1.l.proprias.C.de lega.§. ſed ſi rem Inſti. de leg.
Inde fit, vt ex legato aut inſtitutione eiuſmodi inſtitutus filius
& iuri derogatum eius non dicatur, quominus vti præteritus
nullũ teſtamentum dicat Signorol.in conſ.107.nu.3.Bald. in l.
pen.in prin.nu.10.q.4.C.de inoffi.teſta.& in l.ſuus quoque in
prin.col.2.ver.iuxta prædicta.ff.de hæred.inſti. Alex. in conſil.
20.nu.6.verſ.ſecundo præſuppono lib.3.Dec.in conſ. 230. nu.
3.verſi.tertio non videtur obſtare.Fabia.in Aucten. nouiſſima
nu.147.C.de inoffi.teſta.& apud nos in conſ.142.nu.10.

411 Eadem ratione firmitatem † in re ſua conductio non habet.
l.ſi rem aliquam.ff.de acqu.poſ.l. ei à quo.ff.de vſucapio.l.qui
rem.C.loca. Qua de re quæſtionem dominij recte conductor
tunc refert, neq; ad conductorem rei ſuæ text. pertinet in l.ſi
quis conductionis.C.eod.tit.vtpote ibi.Cyn.Bal.& Sal.notãt.
Curt.ſen.in conſ.70.ſuper controuerſia.Ripa.in d.l. ſi rem a-
liquam in fin. Quanto facilius & æquius cõtrouerſiam de feu-
do ſuo contra S.facere genero licebit,qui ab S.ipſo cauſam nõ
ducit.

412 In eandem ſententiam tex.eſt in † l.neq; pignus.ff. de regu.
iur.in re ſua pignus non conſiſtere. Æque rei ſuæ recipi preca-
rium non ſolet, neque roganti id nocet.l.3.§. item ſi rem meã.
ff.de precar. Sed propius rem eſt, quod in emptione dici rei
ſuæ aſſolet,viribus eam deficere.l.ſuæ rei.ff.de contra. em. In-
de Bal.ſcribit in conſ.486.quidam dominus Braſianus nu.3. in
fi. verſic.nec puto quod emptor lib 1.quæſtionem dominij ab
413 emptore rei ſuæ iure venditori fieri. Ratio eadem † creditoris
eſt, qui rem ſuam inſolutum accepit, ne damno ei datio inſo-
lutum cedat,ſed creditum perinde repetat,vt ſi ſolutio vlla fa-
cta prorſus non ſit. Cauſa quippe eadem dationis inſolutum,
atque venditionis eſt Alber.in l.ſi prædium.C. de euict. Areti.
in conſ.32.nu.2. in fi.cum alijs apud Decium relatis in cõſ.160.
colum.2.& in conſilio 586.num. 7. Loquacius Boer. in conſil.
conſuet.Biturigum in tit.de retract.§.3.fol.86.& ſeq.Et quan-
quã vacua res à controuerſia nõ eſt, vbicunq; ſpecies vertitur
iuri communi contraria per ea, quæ Dec. ſcribit ſui diſſimilis
in conſ.18.col.2.poſt med.Iaſ.in conſ.150.col.2.lib.4. Attamen
vbi à iure communi ſcriptura nõ abhorret,dubitari apud doc.
non ſolet. Sed enim momenti nullius rei ſuæ emptionem in-
telligi,iuri id aſſentitur,ob id quod ius conſtitutum in emptio
ne eſt,ad inſolutum recte dationem trahetur.

414 Sed quorſum generalibus † occupari, ab eiſq; colligere, in
ſpecie & nominatim,roboris quicquam in datione inſolutum
non eſſe de re creditoris facta, neque creditoris ex ea ius lædi,
quominus quod debitum ſibi eſt,ſeruet & recuperet, ex text.
declaratur in l.vni.C.ſi ſeruus extero.Ibique Bal.in ſexto nota.
ait,qui ſoluit quod meum eſt, ſoluere nihil dici. In qua re ob-
ſeruandum,locum id & in creditore maiore habere. Quid in
genero dicendum ex ephœbis tunc vix excedente, & qui ipſe
dationem inſolutum non admiſit,at curator pro eo?

415 Rurſus cauſa facti † huius,id eſt, acceptionis inſolutum de
feudo creditoris ſpectanda, quam ob rem inſolutum captum
feudum ſit. Siquidem cauſam facti ſcrutari, magiſquam factũ
ipſum oportet,tametſi aliud innuere verba videantur,vti ſcri-
ptum ſupra habemus nu.192.text.huc pertinet in l. quid ergo.
§.fin.l.Lucius.ff.de infamibus.l.qui exceptionem.ff. de condi.
indeb.l.ſi filiusfamilias conſtituerit.ff.de in rem verſo. l. qui id
quo. §.1.ff.de donatio.l. tut. ff. de fideiuſ. l. & ſi non ſint §. per-
ueniamus.ff.de auro & arg.leg. Tradit Signorol. in conſil. 119.
nu.4.Bald.in Aucten.ex teſtamẽto nu.6.C.de ſecun. nup.Dec.
in conſ.48.col.pen.in fin.ver. Sexto & vlt. Et quod in martyre
dijudicando dicitur, ad cauſam martyrij aut cruciatus indagã-
dam,Chriſti ne affectu cruciatũ pertulerit. Quid enim ſi ſcele-
ris pœnam luit glo. in c.importuna in ver. martyrium. de pœ-
niten.di. 1. & alia infinita. Cauſa plane id genus inſolutum da-
tionem de feudo accipiendi,ad creditores ſpectat, qui ad feu-
dum venire per decreta permittuntur. Qualis nouerca in do-
tibus & donatione propter nuptias erat. In quibus neceſſita-
tis cauſa initio vertitur. Ab ea enim curator generi metuens,
ne optimum & vectigalis vberioris feudum eligeret,in eo mi-
nori prius conſulendum duxit. Cæterum quod ad S. & credi-
tores alios attinet, quibus iuris quicquam competere in feu-
do nequit,opus inſolutum datio de feudo non erat,neq; ſecu-
ta propter eos eſt.

Conſequens his fit, cum niſi ob cauſam nouercæ facta da-
tio inſolutum non ſit,à qua moleſtiã pati feudi ſucceſſor pote-
rat,ad eã reſtringi datio ipſa inſolutum debeat, Ita vt niſi quo-
416 ad eam ſucceſſori ipſi in feudo non noceat. Siquidem † ad
cauſam ſuam reſtringi diſpoſitionẽ oportet.l. at ſi quis. §. plæ-
rique.ff.de religioſ.l.fi.verſi.quare & ſi in ea cauſa.ff.de exerci-
tor.l.3.§.1.iuncta leg. ita autem. in princip. ff. de admini.tutor.
l.2.ff.de his, quæ in teſtam. delen. l. cum pater.§.dulciſſimis.ff.

de lega.2.l.Seio in prin.ff.de ann.lega.l.c. 1. tale.§ falſam. ff. de
condi.& dem.l.in agris.ff.de acq.rerum domi.c.fi. de ver. ſign.
lib.6.Bald.in l.neq; matet.C.de iure do.Anch.in conſ. 161. ve-
rum eſt quod comicus col.3.poſt med.ver.hoc præmiſſo, dico
417 indubitanter. Æque cum ob perſonas diſpoſitio † qua induci-
tur,egredi eas non debet.d.l.2.ff.de his, quæ in teſta.delen.vbi
cancellatio teſtamenti hæredis vnius cauſa facta ad alios non
porrigitur.Eodem tex.pertinet in l.ſi vnus.§.ante omnia.ff. de
pactis. Et quod in renunciatione dicitur perſonæ vnius,fratris
puta à ſorore facta, ad fratres eam alios non trahi Ang. in leg.
auus in fin.ff.de pactis.Caſtr.& Ripa in l.1.§.deniq;. ff. ad Tre-
bel. quem text. vna ſimul cum §. inde Neratius interpretatus
Caſtren.eſt.Et idem Caſtren.in l.plane.1.§.ſi duobus.ff. de leg.
1.l.pactum quod dotali col.fi.C.de collatio. Alexand.in conſil.
149.num.5.in fi.lib.7.Aret.in l.qui ſuperſtitis col.3. circa med.
verſic.circa tertiam limitationem.ff.de acquir.hæred. Soci. in
conſ.34.colum.1.lib.4.Dec.in conſ.31.col.1.poſt med. & col.fi.
Ruin.in conſ.13.num.8.ver.quinimmo vbi filia libr.3. Et quod
Alex.ſcribit in conſ.1.nu.44. lib. 5. patientiam circa perſonam
vnam ad aliam non porrigi.Huc & ea applicantur, quæ ſcripta
infra ſunt,nu.450.

Secundo ad perſonas,in quibus decretum de feudo ob cau-
ſas neceſſarias alienãdo,obtinet, dationem inſolutum reſtrin-
418 gendam, quæ facta de feudo eſt, aliter etiam † demonſtratur,
quod non modo propter rationem expreſſam,verum tacitam
etiam ad limites rationis ipſius tacitæ, diſpoſitio reſtringi ge-
neralis ſolet.l.milites agrum in prin.ff.de re mili. gl.& Bal.in l.
quamuis.C.de fideicom.Bald.in l.fi.num.6.in fi.C.de lib.præ-
ter.Roma.in conſ.100.& in conſ.104.Abb.in c.fi.num.12.in fi.
de iureiuran.& in c.ſecundo requiris in 1.nota.de appella.De-
ci.in c.ſuggeſtum in ſecundo nota.eod.tit.in conſ.64.col.4. in
fi.verſic.& ſic manifeſte infertur.in conſ.333.nume. 7. & in fin.
conſil.Iaſ.in l.non dubium num.36.C.de ll. Ratio porro feudi
inſolutum accipiendi,quod creditoris eſſet, alia eſſe non po-
tuit,niſi vt creditores alij à bonis in ſolutum acceptis exclude-
rentur, qui ad feudum alias aſpirare per decreta poterant. Et
quibus ſi in ſolutum prius data bona ipſa fuerãt, ab eis ſubmo-
ueri amplius non poterant. Quoniam & ſi maxime anterior
generi hypotheca eſſet, attamen niſi diſcuſſione bonorum fa-
cta,cum tertijs experiri poſſeſſoribus non poterat. Atque bo-
na alia feudi accipere cogebatur, tenuis in quibus prouentus
eſſet. Itaq; cum nouercæ cauſa, inſolutum acceptum feudum
ſit,ad eam reſtringi inſolutum dationem oportet, vt niſi quã-
tum ad eam priuigno non noceat.

Rationem porro feudi inſolutum accipiendi,nõ aliam fuiſ-
ſe, quam quæ ex nouercæ aut id genus creditorum iure deſcẽ-
dit quibus decretorum ius competit, iuris præſumptione cõ-
firmatur,quod creditum dotium maternarum pecuniæ mini-
me exiguæ creditoribus alijs remiſiſſe aut donaſſe generalius
præſumitur,quod ſuum feudum eſt,inſolidum accipiendo.Ita
vt ad bona paganica qualia mobilia dicuntur,aggredi credito-
419 ribus alijs liceat. At enim præſumptioni † huic donandi mo-
dis omnibus iure reſiſtit.l.contra ius.§.ſi filius.ff.de pactis. l. e-
leganter.§.qui reprobos.ff. de pig. actio.l. cum de indebit.§.1.
ff.de proba.l.Campanus.ff.de oper.liber.l.ſi cum aurum. ff. de
ſolutio.c.ſuper hoc de renuncia. Captioſam enim liberalitatẽ
interpretatio prudentum fregit.l.cum Aquiliana.ff.de tranſa-
ctio. Quin etiam per errorem id genus datio admiſſa inſolu-
tum exiſtimanda, potiuſquam donatio præſumatur gloſ. in l.
generaliter in verſicu.cauſam.C.de non numer.pecun. Bal. in
conſilio 198.creditor in fi.lib.2.Dec.in conſilio 195.col. 3. poſt
medium verſicu.& iſta concluſio. Idque locum & in facto pro
prio habet, vt error in eo, potiuſquam donatio præſumatur.l.
Sed & ſi me putem in princ.ff.de condi.inde.Alex. & Areti. in
l.à Titio.ff.de verb.oblig.Curt.poſterior in conſ.56.nu.5.Iuris
item errorem potiuſquam donationem præſumi,ex text.oſtẽ-
ditur in l.ſi is cum quo.l.ſi is.§.1.l.ſi fideiuſſor.ff.de condi.inde.
l.iuris ignorantia & l.error in fi.ff.de iuris & facti igno.d.l.cum
de indebito. Ibiq; gl.in verſic.ignorantiæ.glo. & doct.in l.1.ff.
de condi.indeb.& in l.cuius per errorem.ff.de reg. iur. Cuma.
in conſilio 37.quidam legauit in fin.Alex.in conſ.80.circa pri-
mum.in vltimis verbis lib.3.Ruin.in conſ.25.nu.21.lib.1.Curt.
minor in d.conſ.56.num.5. Quod ſi in maiore iuris errorem &
in facto etiam proprio, potiuſquam donandi animum præſu-
mimus,quid in genero minore dicendum, & qui non ipſe, at
curator eius dationem eiuſmodi in ſolutum admiſit. Hoc am-
plius fatuitatem aut veſaniam lex præſumit,potiuſquam dona
tio inducatur Bal.in d.l.generaliter in 4.oppoſi. C. de non nu-
merat.pecun. poſteriores in l.cum quid. ff. ſi cert.pet. Iaſ. in l.
iuris gentium.§.ſi cum nulla num.28.ff. de pactis, quid hic di-
cendum, vbi cauſa iuſtiſſima dationem hoc genus agnoſcendi
interceſſit,propter nouercam videlicet,& ſi qui ſimiles credi-
420 tores eſſent. Hoc amplius † inutilem actum fieri tolerabilius
lex ducit,quam vt donatio inducatur.l.ſi non ſortem.§. ſi quis
falſo. Ibique Bart.& Iaſ.ff.de condit.indeb.l.2.§.circa.ff.de ex-
cep.do.1.Areti.in d.l.à Titio colum.penult.in fin. ff. de verbo.
oblig.Socin.in conſilio 73.circa primum.numero 15. verſicul.
poſtremo lib.1.Iaſ.in l. 1. ff. de tranſact. in l. ſi procuratori falſo
numero 4.ff.de cond.ob cau.in l.1.§.denique numero 14. ff. ad
Trebellia.in conſilio 193.colum.2.lib.2.& in conſilio 160. col.
2.lib.4. Quid hic dicendum, vbi effectum datio inſolutum ci-
tra donationem, contra nouercam & creditores alios conſi-
miles habet. Et in renunciatione, actus vitium aut nullitatem
admitti, potiuſquam renunciatio præſumatur,ex Iaſ. oſtendi-
tur in d.l.1.ff.de tranſact.Ruin.in conſilio 67.nu. 9. verſic. ter-
tio idem comprobatur lib.5. Diſcuſſionem tamen dictum hoc
poſcit, ne ſimpliciter admiſſum quis putet. Iam coniecturam
quamuis vel leuem ad præſumptionem donationis eluendam
prodeſſe, Bald.ſcribit in l.1.num.3.C.ad Trebell. per text. in l.
diſpenſatorem.ff.de ſolut. Quod dictum pro egregio Iaſ. præ-
dicat in d.conſilio 193.colum.2. lib.2. Sed ſcitum magis, vltra
Iaſ.Baldi dictum huc applicatur in l.fi.num.12.in fi. C. de dotis
promiſ. quibus caſibus præſumptio admitti donationis ſolet
leui eam coniectura refelli. De quo etiam inferius,nume. 451.
Quid hic dicendum, vbi ſpecies non contingit, in qua præſu-
mi donatio ſoleat, cum inter alienos & incognitos res verta-
tur. Atque vbi validiſſima donationis excludendæ coniectura
nõ deeſt. Quo nouercæ ſcilicet priuignus anteuerteret. Eam-
que cauſam id genus donationis inſolutum admittendæ fuiſ-
ſe,de generi patruo & curatore eius ante didici,quam litis hu-
ius cum S.certior fierem. In renunciatione etiam,præſumen-
dam eam nõ eſſe,quotiens coniectura capi alia poteſt, ex An-
to.de Butr.probatur in c.accedentibus num.8.verſic.per præ-
dicta conclude.de priuileg. Alexan.in conſil.27.num.2. & ſeq.
lib.3.& in conſ.33.libr.5. Quod dictum pro memorabili Deci.
refert in d.l.cuius per errorem ante fi.ff.de reg. iuris. in c. gra-
tum col.3.in quarta limitatione.de offic. delega.in conſil.308.
num.11.Iaſon in l. fin.num.39.verſic.ſecundo limita.ff. de con-
ſti.princip.Ripa lib. 2.reſponſ.de reſcript.c.2.num. 8. vnde ex-
preſſionem in renunciatione, vt fieri expreſſim debeat, Car-
din.expoſtulat in conſilio 30.colum.pen.poſt med.Dec. in l. ſi
quis iniquum.§.ſi is pro quo num.12.in fi. ff. quod quiſque iu-
ris.in l.1.num. 19.in fin.C.de pactis.in conſ.352. colum. pen. in
conſ.402.num.3.in conſ.460.num.6.in conſ.495.nume. 19. in
conſ.625. num. 6. hoc ita, quotiens citra renunciationem in-
telligi actus poteſt. Donationem plane & renunciationem in
fauorem aduerſarij & creditorum id genus induci, ſi noxiam
genero dationem inſolutum dicimus, quatenus feudum ha-
bet, in aperto eſt. Quoniam cum ſuum feudum ante iam ex
inueſtituris maiorum eſſet, ſolutio in eo admittenda quãtum
ad creditores non erat, qui extra ius decretorum ſunt. Quo-
circa in bonis ei paganicis, mobilibus quoq; fieri ſatis debe-
bat. At enim ſi creditum eius dotium maternarum, per datio-
nem extinctum inſolutum dicimus, quatenus facta de feudo
eſt,perinde res apparet, atque ſi ceſſum donatumq; ius extra-
neis ſit,quod in bonis ipſis paganicis,mobilibúſue hypothecę
anterioris nomine,genero competebat.

Quid ita vero in præſumptione donationis aut renuncia-
tionis excludenda occupamur. Quatenus ne quidem expreſ-
421 ſim facta vires haberet. Qua enim ratione bona † ſtabilia nec
ex decreto donare minor permittitur, toto tit. ff. de rebus eo-
rum.& C.de prædijs minor.l.fi.§.cum autem donationes.C. ſi
maior fac.alien.rat.hab. Ruin.in conſ.214.num.5.lib.1. Ita nec
actionem cedere aut remittere permittitur, quæ ob bona ipſa
ſtabilia

ſtabilia competit, ſic quomodo monſtratum in ſuperioribus
eſt numer.198. Conſequens item arguméto huic fit, cum pro-
hibita donatio appareat, præſumi eam omnino non poſſe. l.
qui ad certum.ff.loca. Et in ſpecie donationis prohibitæ, eam
non præſumi vbi locum alias præſumptio haberet, ex gloſſ. o-
ſtenditur in l.ſi vxor in gloſſ.fin.ff.de dona. inter virum & vxo.
Signorol.in conſil.49.col.2.ante med.ver.in oppoſitum vide-
tur.Corn.in conſ.145.col.pen.lib.2.& in conſ.164.libr.3. Dec.
in conſ.471.nu.5.

Si dixeris, abſurdam rem videri, eandem inſolutum datio-
nem iure diuerſo cenſeri, vt vigorem cótra nouercam habeat,
vigoris expers à creditoribus alijs fiat, quibus decretorum Yo-
lant & Blanchæ beneficia non præſtantur. Reſpondetur. Im-
422 mo iuri id propter diuerſitatem † perſonarum, in quibus ra-
tio diuerſa vertitur, conuenire. l. Papinianus. §. ſed nec impu-
beris.ff.de inoffic.teſt. vbi eadem, pupillariſque ſubſtitutio iu-
re diuerſo ob perſonas diuerſas, quæ diuerſam rationem ha-
bent, iudicatur, vt modo patris, filij mox teſtamétum æſtime-
tur. Tradit Bar.in l. Thais. §. Titius.ff.de fideicom.liber. Signo
rol.in conſil.188.numer.11.verſ.item non obſtat, quod eadem
res. Text.huc pertinet in l.ſi arrogator. Ibique Bald.ff.de ado-
ptio. Quem tex.in ſentétiam hanc Soc.vocat in conſ.288. col.
1.& ſeq.& in conſ.292.nu.2.poſt prin. libr. 2. vnde robur datio
inſolutum in feudo, quantum ad nouercam & alios habet, qui
decretorum beneficium in feudo habent, vt pro extincto ge-
neri ius ex datione hac inſolutum quoad eos habeatur. Ita vt
ex feudo ſatis eis fieri reliquo debeat. Infirma plane ab aduer-
ſario & alijs datio inſolutum erit, quibus priuilegium decreto-
rum non datur.

423 Secundo ad arg. reſpondetur. Succeſſoris † in feudo, feu-
dum ipſum in perniciem creditorum non eſſe, quibus in feu-
do ius per decreta datur. Atq; ideo quantum ad eos regulam
iuris nó mouere, nullam rei ſuæ emptionem, dationémue in-
ſolutum eſſe. Locũ quippe regula non habet, vbicunq; ab em-
ptore, aut creditore auelli res poteſt. Quo caſu in re ſua etiam
pignus conſiſtit.leg.debitor.in princ.ff. ad Trebel.l.ex ſextan-
te.§.Latinus.ff.de exceptio.rei iud.l.in bello.§. ſi quis ſeruum.
ff.de captiuis.Caſtren.& Alex.in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.ff.
de lega.1. Alex.in l.qui Romæ.§. duo fratres col. 28. verſ. item
inquantum Bal.ff.de verb. oblig. recentiores in d. l. neque pi-
gnus.ff.de reg.iuris. Cæterũ quod ad aduerſarium & alios ſpe-
ctat, quibus iuris quicquam in feudo non eſt, & per quos à ge-
nero feudi ſucceſſore pacto quo auferri feudum non poteſt,
viribus omnib. datio inſolutum deficit, vtpote cũ in dominio
ipſius generi ante iam & ob cauſam aliam vetuſtiorem bona
feudalia eſſent & ſint inſolutum tradita.

Tertio reſpondetur, rationem dationis habendam inſolu-
tum non eſſe. Immo enim pro eo rem haberi, vt ſi acceptum
feudum inſolutũ non ſit. Quatenus loco eius in feudo reſiduo
nouercæ ſatis faciendum erat. Quam ob cauſam cum euictam
iam ſententiam haberet, atq; in proximo executio eius in feu-
do eſſet, iuri eius comparere generum oportuit. Ne diuiſioné
feudum pateretur, vnde dotiũ, donationiſq; propter nuptias
pecunia nouercæ data ex dotalibus filiæ nummis eſt, Proinde
non aliter res iudicanda, atq; ſi bona à genero abſint, quæ ac-
424 cepta ex feudo inſolutum ſunt. Abeſſe † quippe intelligitur,
de quo numeratũ pretiũ ſit, quod rei loco quãtum ad hoc ſuc-
cedit.l.ſi ſeruus legatus.§.Stichum.l.ciuitatib.§.fi.ff.de lega. 1.
gl.in §.ſi res aliena.in verſ. nó poſſe Inſt.de leg. Quod quo pla-
nius fiat, bona hæc inſolutum accepta nouercæ prius tradita
fac, quam genero ea data eſſent, deinde genero ipſi vel titulo
lucroſo à nouerca ceſſa, generi ne creditum in dotibus matris
peremptum quiſpiam dixerit, qui ob cauſam aliam cóſecutus
bona ſit. Tantundem & ratione fortiore dicendum, iuribus
nouercæ per cauſam onerosam genero ceſſis.

Conſequenter his dicendum, cum momenti nullius pror-
ſus quãtum ad S.aduerſarium, & alios id genus creditores, da-
tio ipſa inſolutum ſit, nihil eſſe, quod ad bona mobilia, aliáue
paganica S. ipſe viã affectet, vtpote in quibus potiorem gene-
rum eſſe manifeſtarium eſt, ſatis enim ei factum in feudo non
dicitur, quod ſuum aliunde haud dubie erat & eſt.

Rebus ſuis aduerſarius metuens à ſtatu inficiali opem, ſup-
petiaſque petijt, feudalia bona diffitendo, quorum nomine
iudicium tam pertinaciſſime obdurat. Sed enim feudi proba-
425 tionem † ex inueſtituris, recognitionibuſúe ſolis liquidiſſi-
mam fieri, & ſcriptum ante eſt, atq; iterum aſſeueramus. Cu-
ius rei gratia caſuum diſtinctio facta à nobis eſt, quos memo-
riæ hic prodendos indignum non cenſui, vtpote ab alijs, quos
legerim, non ita animaduerſos, vt frequens in foro ſpecies hęć
occurrat.

Primus caſus eſt, vbicunq; taxationem aut limitationé ver-
ba generalia aut vniuerſalia inueſtituræ aut conceſſionis feu-
di, ſub vocabulo iurium aut pertinentiarum habent, vt puta
cum iuribus & bonis omnibus caſtrum conceditur, quæcun-
que ad caſtrum ipſum pertinét. Limitatio enim ad iura & bo-
na facta, quæ ad caſtrum ſpectant. Quem caſum ſubdiſtingui
in plures oportet.

Prior caſus, cum à concedente, aut ab eo qui accepit res
controuerſa poſſidetur: & ad caſtrum eam pertinere poſſeſ-
426 ſor inficiatur. Quo caſu qui in pertinentijs caſtri † rem eſſe aſ-
ſerit, docere id iubetur.l.ei qui dicit.ff.de proba.l.actor.C. eo.
tit.l.qui accuſare.C.de eden.l.fi.C.de rei vend. §. commodum
Inſti.de interdict.c.ex literis de proba.c. inter dilectos in fi. de
fide inſtrum.c. fin. de iureiuran. Modus plane probandi à iure
ſcripto communi aut municipali, vel non ſcripto deducitur.
Si lege puta, ſtatuto, aut moribus introductum ſit, quæ res ad
caſtrum pertineant, aut pertinentiarum nomini accedant, vt
Innoc.alijq; docent in c.cum ad ſedem de reſtit.ſpolia. Bald.in
c.1.num.2.de capit.qui curiam vendi.in conſ.420. verba prin-
cipis num.5.lib.1.quod repetitum eſt in conſ.468.lib.3. Tradit
idem Bald.in conſilio 445.lib.5. Alexan.in conſ.105.lib. 6. Soc.
in conſil.47.num.4.lib.1.Dec.in conſil.516.num.23.& alia non
pauca.

Secundus caſus ſubdiſtinctionis, priori aduerſus, cum rem
ex pertinentijs eſſe poſſeſſ.aſſerit, contra actor id negat. Quo
caſu ſiquidem caſtrum totum poſſeſſor habet, iuris cum eo fa-
cere præſumptio videtur, vt eodem omnia poſſidere iure cé-
ſeatur, ſi inter eum controuerſia & concedentem vertitur ar-
gum.l.iam hoc iure.ff. de vulga. c. qui contra 8. diſt. Text. huc
pertinet in le. quædam mulier.ff.de rei vendica.l.2. C.de acqu.
poſ. Conſequens his fit, onus negatiuæ probandæ concedéti
aut ſucceſſorib. eius incumbere ad caſtrum rem nó pertinere.
Sin autem contra tertium exceptio pertinentiarũ opponitur,
verbi gratia feudalia bona atq; ideo immunia ea eſſe aduerſus
427 vniuerſitatem vaſallus opponit. Quia iuris † vaſallo præſum-
ptio refragatur, quo libera, non feudalia bona præſumuntur.
c.1.§.2.ſi de feu.fuerit contro.inter domi.& agna.c. 1. iunct. gl.
2.de contro.inter maſc.& fœm.de benefic.Io. And. & alij in c.
nimis de iureiuran.& in c.ſi.in verſi.reſpondere.de iudic.Bald.
in l.libertas.ff.de ſtatu homi. & alia innumera. vaſallum ipſum
feudi onus probandi ſequitur. Idq; ob naturam præſumptio-
nis, quæ probandi onus in aduerſarium regerit.l. ſi. in princip.
ff. quod metus cauſ. vnde ſi ad caſum húc generi exceptio per-
tineret, per inueſtituras & recognitiones ſolas feudi præſtita
probatio non eſſet, vtpote ad pertinentias reſtrictas. Quas e-
docere neceſſe eſt. Sed enim caſu hoc generi ius non pendere,
infra demonſtrabimus, quandoquidem cum vniuerſitate aut
tertio non agitur, verum cum vaſallo ipſo, qui cóſeſſus eſt, aut
cum ſucceſſore eius ſingulari, qui perſonam eius quantum ad
confeſſionem ſuſtinet, ne oppugnare eam liceat.

428 Tertius caſus ſubdiſtinctionis, cum rem † de pertinentijs
eſſe cótra tertiũ poſſeſſorem vaſallus aſſerit, quo tertiũ ipſum
ad recognoſcendũ, aliaq; præſtandum adigat, quæ feudi natu-
ra expoſtulat. Et ratio eadem in caſu hoc atq; proximo ſupe-
riore vertitur, ne feudalis res aut de pertinétijs cenſeatur, ne-
que probatio feudi ex verbis generalibus deſumitur, cum pa-
ſcuis, prædijs, nemoribus, iuribuſque omnibus ad caſtrum
ipſum pertinétibus. Id quia ambigua & incerta probatio hæc
in genere facta reperitur, expreſſione in ſpecie bonorum non
facta, per ea, quæ ſcripta ante ſunt num.350.& ſequ. Ad caſum
hunc tertium, ne feudi probatio ex verbis his generalib. fiat,
quæ ad caſtri reſtricta pertinentias ſunt, Areti.ſpectat, ex eoq;
caſus iſte probatur in conſ.164. magnifici in princip. & num.3.
verſi.eſt tamen aduertendum.Signorol.in conſ.10.nu.5. in fin.

Corn.

Corn.in conſ.35.col.10.in fin.verſic. & inſuper dictus Ludoui-
cus lib.1.poſt Bar.& alios in l.ſi ſic.§.1.Ibiq; Iaſ.num.16. & ſeq.
ff.de lega.1.Dec.in conſ.302.nu.11.poſt med. verſic. non obſtat
quod in contrarium.in conſ.321.num.13. verſic. non obſtat illa
ceſſio.in conſ.360.num,5.in fin.in conſ.394.num.8.in fi.Brun.
in conſ.1.num.3. Sed nec expreſſionem bonorum in ſpecie fa-
ctam tertio nocere puto per ea, quæ in caſu ſeptimo inferius
dicemus. Et obſeruandum, caſum hunc tertium affinitatem
cum ſecundo habere, quotiens feudalia atq; ideo bona exem-
pta aduerſus vniuerſitatem vaſallus obijcit.

Quartus caſus eſt quotiens inueſtiturarum & recognitio-
num verba generalia, & ad pertinentias, vt ſupra reſtricta,
conceptione admiſſa, De pertinentijs caſtri, atque ideo feu-
dalia bona eſſe vaſallus confitetur. Deinde poſt confeſſionem
bona ipſa alienat, hypotheceúe ſubijcit. Et bona ipſa ſucceſ-
ſor in feudo vti talia aduerſus creditorem vaſalli defuncti de-
fendit, vel ab emptore auocat, vtrum confeſſio aut recognitio
vaſalli defuncti ſucceſſori eius vel ſingulari obſtet, qui poſt cō-
feſſionem ipſam cauſam à confitente habuit. In quo caſu ſicut
429 aduerſus † confeſſionem ſuam venire defunctus non permit-
tebatur, vti initio ſcriptum ſatis habemus num.11. Ita nec con-
feſſionem auctoris impugnare ſucceſſor eius ſingularis per-
mittitur, ne melior ſucceſſoris conditio, quam auctoris fiat, vt
in ſpecie Socin.tradit in conſ.50.num.8.& in conſ. 68.num. 5.
& ſeq.lib.4. Ripa in l.ſi rem aliquam nume.42.verſic.intellige
vt non probet.ff.de acquir.poſſ. Et apud nos in conſ. 29. nu. 1.
& in tracta.de antiq.temp.par.1.num. 78. de quo etiam ſupra.
nu.313. Eodem Caſtren.ſpectat in conſ.247.in cauſa, quæ ver-
titur Saonæ poſt princ.lib.1. Ius id negandi ſucceſſori ſingula-
ri non eſſe, quod inficiari auctor non permittitur. Et in con-
feſſione, quæ ex libris priuatis auctoris colligitur, à ſucceſſore
eius ſingulari non improbari, Anchar.docet in conſil.44. pri-
mo de viribus col.2.in fin.verſic.ex quibus infero duo.per tex.
in l.quod ipſis.ff.de reg.iur.& in c.ſaluberrimum.2. quæſt.7.&
quod ſcriptum ſupra eſt numer.329. Conſequenter caſui huic
dicendum, vt ſi limitatio ad pertinentias facta ſub inueſtituris
& recognitionibus ſit, oneroſam nihilominus aduerſario au-
ctoris ſui confeſſionem eſſe, qui in lite, quam à ſubditis vna cū
alijs Noni dominis, de muneribus publicis patiebatur, feuda-
lia & de pertinentijs caſtri bona controuerſa eſſe confeſſus eſt.
Et ad confeſſionem ipſam finem iudicium accepit, ſiquidem
pro feudalibus relicta bona, neque in libros relata ſunt one-
rum, quæ regiſtra vocant. Quid dicendum hic erit, vbi in gene
re, citra limitationem aut reſtrictionem vllam ad pertinentias
inueſtituræ & recognitiones ſecutæ bonorum ſunt, ſic quo-
modo in caſu proximo demonſtrabimus.

430 Quintus caſus eſt, cum generaliter caſtri † conceſſio, reco-
gnitióue fit, pertinentiarum verbo non facto, cum villis puta
ſeu grangijs, prædijs, vineis, paſcuis, nemoribus, &c. Quo caſu
ſiquidem inter dominum & vaſallum quæſtio cōtingit. Quæ-
cunque in territorio caſtri ſunt, neque à tertijs poſſidentur,
feudo accedere, & caſtro intelliguntur. Idque ex mutua vaſal-
li & domini confeſſione. Neque obijci tum poteſt, de bonis
ſcripturam conceſſionis intelligendam, ſeu ad bona reſtrin-
gendam, quæ in pertinentijs caſtri eſſent. Ob id pertinentia-
rum fidem faciēdam. Quatenus citra reſtrictionem vllam, ge-
neraliterq; conceſſio & recognitio facta de omnibus eſt, quæ-
cunque in ſolo caſtri eſſent. Neque à tertijs poſſiderentur, vt
Iaſ.tradit in conſ.235.in fin.lib. 2. Ruin.in conſ.108.num.22. &
ſeq.libr.2. Natta in conſ.460.nu.9. Caſus hic ad ſpeciem con-
trouerſam ſpectat. In qua ſi inueſtituras & recognitiones, cō-
ſignamentáue tam maiorum quam auctoris aduerſarij perſpi-
cimus, expreſſim de grangijs, prædijs, vineis, pratis, & nemo-
ribus memoria habetur. Quibus auctoris recognitionibus &
conſignamentis reclamandi ius aduerſario non eſſe oſtendi-
mus. In quo caſu quinto obſeruandum, ratione validiore ex
his eum genero prodeſſe, & aduerſario obeſſe, quæ in caſu
ſcripta quarto ſunt. Etenim ſi vbi reſtrictio in recognitionibus
aut inueſtituris facta ad pertinentias eſt, ſucceſſori tamen ſin-
gulari auctoris noxiam confeſſionem monſtrauimus. Quid v-
bi generaliter, abſq; reſtrictione vlla, confeſſio aut recognitio
interceſſit.

Sextus caſus eſt. Quotiens ſimpliciter caſtrum conceditur,
aut recognoſcitur, villarum, prædiorum, paſcuorum, vinearū
aut nemorum mētione, reſtrictioneue vlla ad pertinentias nō
facta. Quem caſum iuris & rationis eiuſdem ac quintum eſ-
ſe, vt generaliter conceſſio, recognitióue intelligatur, ſicut fa-
cta generaliter eſt, ex Soci.in conſ.166.num.3.verſi.tertia con-
cluſio lib.2.Ruin.in conſ.22.num.7.ante fin.verſic.quinimmo
etiam quoad alia bona.in conſ.26.num.7.& in conſ. 40. nu. 13.
in fi.verſi.& bona immobilia lib.1.Dec.in conſ.517.nu.9.Pariſ.
in conſ.27.num.14.lib,1.Curt.iun.in conſ.41.num. 3. in conſil.
140.num.10.in conſ.184.num.4.& tribus ſeq.& in tract. feud.
par.2.q.6. Alba in conſ.64.num.70. Natta in d.conſ. 460. nu.
7. & pluribus ſeq. Qui caſus etiam ratione fortiore generum
iuuat. Namque ſi feudi probatio contra vaſallum & ſucceſſo-
rem eius vel ſingularem, ex conceſſione caſtri ſimplici perfici-
tur, villarum & prædiorum etiam mentione non habita. Quid
in ſpecie controuerſa dicendum. In qua de grangis & prædijs
facta expreſſio eſt.

Inter caſus hos duos proximos, & quartum differt, quod in
quarto damnoſa vaſallo inueſtitura aut recognitio non eſt ad
pertinentias limitata, ſi ex pertinentijs bona qua eſſe vaſallus
negat, niſi contra doceatur. Quod diſſimiliter in caſibus pro-
ximis contingit quinto & ſexto, in quibus reſtrictio vlla aſſcri-
pta ad pertinentias non legitur.

431 Septimus caſus quotiens † in ſpecie aut expreſſim bona e-
narrantur, villam puta cum prædijs in tali loco, & prope talia
bona, &c. Qui caſus à dubitatione omni vacuus inter domi-
num & vaſallum videtur. Ad quem caſum Dyn.pertinet in cō-
ſil.48.col.3.circa princ. verſic. ſuper eo vero, quod quæritur,
ex confeſſione & recognitione vaſalli directum dominiū pro-
bari, quotiens rem quam vti feudalem quis agnoſcit. Idque &
Bald.admittit.in c.1.§.ſacramētum nu.15.verſic. ſed mirum eſt.
de conſue.recti feud.Cuma. in conſ. 187. dominus Conſigno-
rus col.2.circa med. Alexan.in conſ.29.col.pen.in fin.lib.5.Iaſ.
in l.2.col.62.q.16.num.214.C.de iure emph.Boeri.q.211. col.fi.
Sigiſm. in conſ.11. nu. 45. Tertijs plane poſſeſſoribus qui cau-
ſam à domino aut vaſallo non ducunt, pernicioſum id genus
conceſſionem, recognitionemúe aut confeſſionem non arbi-
432 tror. Abſurda quippe res fuerit, confeſſionem † vnius damno
alij cedere.l.Seia mancipia.ff.ad Velleia.l.quintus. ff. manda.l.
ſi quis in graui.§.1.ff.ad Syllania. Aucten.Sed iam neceſſe.C.de
dona. ante nuptias toto titul. C. res inter alios acta. Text. huc
confert in leg.qui teſtamentum.ff.de proba. in l. ſi forte. Ibiq;
Bar.ff. de caſtren. peculio Bald. in conſil. 195. punctus talis eſt,
quædam domina nu.1.verſ.& primo quia debitor lib.1.Pau.de
Caſt.in conſ.428.viſis & conſideratis col.2.poſt princip.libr.1.
Et in ſpecie dominium aut ius feudi ex ſcriptura inueſtituræ
aut locationis in tertij necem non probari, Bar.& alij ſcribunt
in l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. & in l.ad probationem.C.
loca. Ad caſum hunc ſeptimum, quatenus tertij intereſt, one-
roſam ei inueſtituram, recognitionémue non eſſe inter alios
factam, ea pertinent quæ apud Aret.ſcripta & poſteriores ſunt
in l.1.in prin.ff.de acquir.poſ.Soc.in d.conſ.166.nu.3. verſicul.
tertia concluſio lib.2.

Conſequenter prædictis dicēdum, feudi probationem per
inueſtituras & recognitiones productas nitidam atq; pelluci-
dam ex his fulgere, quæ ſcripta ante in quarto, quinto, & ſexto
caſibus ſunt, à ratione etiam fortiore argumento deducto, ſic
quomodo in caſibus teſtatum ipſis habemus.

Secundo principaliter feudalia bona eſſe, quæ in lite ſunt
S.etiam aduerſarij confeſſione oſtenditur, quæ ab aſſerta rati-
habitione ab eo producta deſcendit. Ait enim venditionem
villæ alterius vti feudalis cognatis vaſalli defuncti factam à
filio eius agnitam. Tametſi admiſſum id per acta non ſit. Ita
feudalia bona aduerſarius ſic producendo confitetur, etiam
quæ à caſtro ipſo longinqua præ controuerſis diſtant. Quid in
433 controuerſis † ipſis dicendum, quæ propiora caſtro ſunt, ne
pluris quicquam remotæ, quam proximæ cauſæ demus. l. de
pluris... 
die.§.plane.ff.qui ſat.cog.l.pater.§.quindecim.ff.de leg.3. l. iu-
bemus.C.ad Trebel.Bar.in l.ſi vero.§.1.ff.ſol.mat. & in l. ſed ſi
plures.§.in arrogato. ff. de vulg. & quæ ſcripta ſuperius habe-
mus num.43.

Tertio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0074-6

Tertio probationum commẽdatiſſimam ante diximus nu.
317.quæ ab effectu,vſúue inſecuto deſumitur. Quibus tex. ac-
cedit in l. vni. §. ſed & ſi quis homini. C. de lati.liber.tollen.§.
quod eis in aucten.de nuptijs. Inde dictitant,ab exitu acta pro
bari.l.ſed & ſi quis.§.1.ff.de vſufruct.l.huic ſcripturæ.§.pen.Ibi
quod mortuo eo demũ apparuit.ff.ad legem Aquil. l. iure no-
ſtro.§.fin. Ibi euentus iudicatæ rei declarabit. l. ſi concubina.
§.1.Ibiq; Bar.ff.rerum amo.ff.de teſt.tu.l.quædam.ff.de reb.du
bijs.l.qui res 1.2.&3.reſpon.ff.de ſolutio.l.iam tamen.§. in hac
2.ff.iudi.ſolui.l.aut facta.§.euentus.ff. de pœnis. l.3. §. quando
autem.ff.de iure fiſci.l.ſi qui adulterij.C.de adulter. In quam
ſententiam tex.complures glo.dat in l.1.§.1 in ver.vt faceret.ff.
de vaca muner.Sed enim cum litem de muneribus publicis cũ
dominis Noni ſubditi decertarent, vt ob prædia eorum paga-
nica,onera ipſa ſubirent,contra domini feudalia ea defende-
rent,finem tandem controuerſia accepit: qua niſi per pauca
comperta paganica ſunt: Cætera feudalia comprobata,in qui-
bus bona cõtrouerſa ſunt. Et quæ paganica eſſent in libros cõ-
munis Noni relata,in quibus allodialia cuiuſque bona deſcri-
buntur. Ita euentus atq; exitus ipſe litis probationem manife-
ſtiſſimam præſtat,feudalia bona eſſe,quæ paganica S. impudẽ-
ter prius ſatis aſſerit. Qui pſpicua enim magis negatiuæ huius
paganica bona nõ eſſe,probatio impleri, atq; à librorum, ſeu
regiſtrorum,quæ dicũt,inſpectione queat per ea, quæ ſcripta
ante ſunt nu.221. Inde aduerſarij temeritas, calumniam pœne
dixeram,ſpectanda. Quem cõtrouerſiam de feudi facere qua-
litate non puduit,feudalia bona eſſe pernegando. Scilicet po-
teſtatis ſe maioris arbitratur, vt id in feudo refellendo alienus
atq; ignotus ipſe præſtet,quod à communi ipſo perfici cuncto
non potuit. Tametſi nihil prætermiſſum ab eo eſſe acta teſtã-
tur, quod in rem eius eſſet, vt bona dominorum in obligatio-
nem ipſam onerum adſtringeret. Idq; & municipijs commu-
ne omnibus fuit, vt dominos & priuilegiarios, atq; eccleſias
etiam ad munera vocarent. Cuius magnitudinis & molis one-
ra ipſa militaria erant. Quam rem quo magis animo meditor,
eo duriorem S.peruicaciam animaduerto.

Sed enim admirationi maiori reſponſio eſt, qua aduerſus
argumentum hoc aduocatio S.vtitur,ob cauſam aliam, quàm
feudi prætermitti regiſtrationem bonorum potuiſſe. Immu-
nitatis puta à principe aut communi ipſo Nono collatæ. Quæ
malum, tanta reſpondendi ineptia? Cui non ſtomachus inde
moueatur? Sed Nemeſis has confutationes audiat. Princi-
434 pio enim † cum in manifeſto Noni feudum ſit,cauſarum præ-
ſumi pluralitas non ſolet,vt Alexand.tradit in conſ.113.lib.1.Et
quæ ſcripta ante ſunt num.323.verſic.ad hæc pluralitas. Atque
ideo fruſtra immunitatis titulus feudo adſtruitur,vt partim ex
feudo,partim immunitatis iure, oneribus domini non funge-
rentur.

Secundo reſpondetur,cauſam hanc non regiſtrandi, quod
feudalia bona ſunt, à feudi natura oriri,quod oneribus his ſup
poſitum paganicis nõ eſt Iſer.in c.1.in verſ. & plauſtrorum nu.
55.in fi.& duob.ſeq.quæ ſint regal.Iacobi.de Homag.col.pen.
435 Ea de re † ob cauſam hanc feudi naturalem, potius quam im-
munitatis, quæ extrinſecus accidit, regiſtrationem omiſſam,
magis erit dicere.l.profectitia.§.fi.ff.de iure dot.l.3.in princ.ff.
de tutel.l.filio in princip.ff.de lib.& poſt.l.falſa.§.1.ff. de cond.
& dem.l.fi.C.de his,qui veniam æta.impe. l.pen.C. de adopt.
§.ſed hodie Inſti.eo.tit.Bar.in l.fi.per illum tex. ff. de offic. pro
conſ.Et in caſu ſcito Ang.in conſ.39.ludus pilæ col.1. Et id ge-
nus innumera.

436 Tertio cauſa hæc non regiſtrãdi, quæ à feudo † deſumitur,
fauorabilis habetur, ne onere duplici ob idem feudum vaſal-
lus afficiatur,in obſequijs erga dominum, in quibus vitæ etiã
diſcrimen vertitur,,& in muneribus publicis apud ſubditos.
Quam oneris geminationem lex non ſuſtinet.l.nauis.§. cũ au-
tem.ff.ad leg.Rho.de iactu.l.incola.& l.fi.§. item reſcripſerũt.
ff.ad munic.& alia non pauca. Contra, odium immunitas ha-
bet.l.vacuatis.Ibiq; gloſ.1.& 2. C. de decurio.lib.10.l.1.& l.qui
grauatos.C.de cenſib.& cenſitor.lib.11. Fulgo.in conſ.120.ſup
poſita bulla col.1.in fin. Quod locum eovſque habet, vt viuus
incendatur, à quo falſum immunitatis conſcriptum inſtru-
mentum ſit.l.his noſtræ.C.de immuni. nemi. conced.libr.10.

437 Quod cum ita ſit, † ob cauſam feudi fauorabilem, non etiam
immunitatis odioſæ,bonorum regiſtrationem non factam ve
ritus erit dicere. l. cum quidam.ff. de lib. & poſt. reg. odia l. 6.
Rurſus quod fauorabile eſt,potentius id habetur vti ſcriptum
ante habemus nu.369.verſ.potentius enim. Sed enim ob cau-
ſam potentiorem actum quid præſumitur.d.l.profectitia. §. fi.
ff.de iure dot. d.l.3.in princ.ff.de tut. Ideo enim ex cauſa natu-
rali actum quid creditur, quod potentior accidentali eſt. Tex.
huc ſpectat in l.quæritur.ff.de ſtatu hom.in l.legatis ſeruis.§.ſi
vnus.ff.de leg.3.in l.contra pupillum.§.1.ff.de re iudic.Et id ge-
nus non pauca.Et in ſpecie,ob cauſam potentiorem actũ quid
præſumi,Caſtren.præcipit in conſ.337. primo quæritur col. 3.
lib.1.Abb.in conſ.93.nu.2.lib.2.

Quarto ſi immunitatis cauſam intelligimus, iniuſtitiæ prin-
438 cipem incuſamus,quod in perniciem † ſubditorum immuni-
tate dominos donauerit. Quorum onera deuorare ſubditi cõ-
pellantur,contra quam prohibitum iure eſt, & cuius faciendi
ius principi non datur. Hactenus enim immunitatem cõcedit,
vt minus tanto percipiat, quantum immunis portio habet
Guil.de Cu.& Ang.in l.ſi vnus.§.item ſi pactus.ff.de pactis.Iaſ.
in l.auus nu.8.& ſeq.ff.eo.tit. cum alijs à nobis aſſcriptis in l.1.
nu.22.ff. de leg.1. Sed enim cauſam ſubaudire immunitatis nõ
decet, vnde iniuriæ princeps notatur.l. merito. ff. pro ſocio.l.
ex facto. Ibiq; Iaſ.in quarto not.ff.de vulg.l.2.§. merito. & §.ſi
quis à princip.ff. ne quid in loco publ. l. meminerint. C. vnde
vi.cum alijs apud nos relatis in conſ.5.num.2.in conſil.103. nu.
14.in conſil.168.num.9.in conſil 172.numer.1.& in conſi. 293.
nu.8. De quo ſupra etiam num.102. ver. ea quippe. Quod ſi à
ſubditis ipſis tributam immunitatem dicimus,rem impoſſibi-
439 lem à iure præſumimus, quandoquidem † in manu vniuerſi-
tatis cõceſſio immunitatis non eſt cum ſuperiorem agnoſcit.
d.l.vacuatis cum gl.C.de decurio.lib.10.l. immunitates. C. de
agri.& cenſi.lib.11.Abb.in conſ.61.nu.5.lib.2.Alex.in conſ.101.
nu.7.lib.1.Dec.in conſ.638.nu.10. Curt. iunior in conſ.60.nu.
12.Atq; vbi integrum de immunitate preſtanda vniuerſitati ex
cauſa ſit,præſumi tamen non deber, vt dominorum onera in
ſe ſuſceperit, cum proximus ipſi quiſque præſumatur, & à ſe-
met charitas ordinata incipiat, vti ſcriptum habemus in conſ.
8.nu.18. Et quæ de præſumptione donationis excludenda ſcri-
pta ante ſunt nu.419.& ſeq.

440 Quinto vbicunq; ob cauſam † duplicem fieri quid potuit,
ex aptiore atque veriſimiliore actum creditur, tametſi cauſæ
alterius facta expreſſio ſit. Id quia demonſtrationis certioris
cauſa,facta expreſſio cenſetur, nõ quod ea impulſus homo ſit
Rom.in conſ.343.num.9.per tex.in l.cum pater curator.ff. de
iure dot. & in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excuſa. tutor. E-
nimuero veriſimiliorem cauſam hanc eſſe, quæ à feudo venit,
quis dubitet. Siquidem credibile non eſt,commiſſuros ſubdi-
tos, vt dominorum immunium onera ipſi traherent.l.cum de
indebito.ff. de proba. cum alijs ſuperius accumulatis nu. 419.
& ſeq. Et quia vti dictum mox habemus, ſibi quiſque melius,
quam alijs vult.

Sexto immunitatis vllius intelligi cauſam non poſſe, argu-
mento inuicto demonſtratur, quod ſententiam in lite de one-
ribus, paſſi ſubditi ſunt. Quod fieri niſi feudi ratione non po-
tuit. Quod ad immunitatem attinet, ne quidem eccleſiarum
recepta bello conſtante fuit. Quam manifeſtariam, & in cor-
pore clauſulam iuris eſſe, non ambigitur. Vnde cum niſi feu-
di iure cauſa defendi dominorum non valuerit, perinde res
eſt,vt ſi feudi nomine omiſſam regiſtrationem eſſe expreſſum
ſit. l. 2. ff. de lib. & poſth. l. fundus qui locatus. ff. de fundo in-
ſtruct.

441 Septimo ob eam cauſam † factum quid cenſetur,ex qua fie-
ri communiter ſolet Bald.Nouel.in l.1.numer.128.ff.ſol. matr.
& quæ ſcripta ante ſunt nu.323. Quod enim frequenter, com-
munitérue contingit, veriſimile id habetur, præſumiq; ſolet.
Atque ideo probandi onus in aduerſarium vertit Sali. in l. ne-
que natales in ſecunda oppoſi.C.de probat. Soc. iun. in conſi.
48.num.12.lib.2.Hoc amplius Areti.ſcribit in c.1.nu.15.de iud.
ſolennitatem exteriorem præſumi, vbicunque communiter,
atque vt in pluribus fieri ita aſſolet. Tametſi dictum hoc affir-
mandum Aret.non cenſeam. Enimuero audire,nedum videre



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0075-1

non memini, ob cauſam aliam quam feudi regiſtrandi onere
caſtrorum ſubleuatos dominos eſſe.

Octauo in terminos iuris haud dubie oſtendit quicunq; ob
cauſam immunitatis regiſtrata bona non eſſe, aut regiſtratio-
nem omitti potuiſſe ait. Namq; iure priuilegiario immunita-
tem niti proculdubio eſt, quod autem oneribus paganicis feu
dum non ſeruiat, iuri id conſentire communi diximus, ne du-
442 plex quiſpiam de re eadem onus ſubeat. At enim † vbicunq;
iure priuilegiario, & communi fieri quid potuit, communi id
vtpote fauorabiliori & potentiori actum intelligitur. l. centu-
rio. Ibiq; doct. cumulate. ff. de vulg. l. in teſtamento 1. in fi. & l.
quamquam. C. de teſt. mili. Iuris igitur præſumptione immu-
nitatis cauſæ refragante, qui immunitatis cauſam profert, de
ea docere neceſſe habet.

Nono de feudo caſtri Noni & territorij eius haud dubie
apparet. Neque in controuerſiam id vocatur. De immunitate
plane, quæ extra feudi cauſam ob onera paganica competit,
omnino non conſtat. Itaq; ob id regiſtrata bona non eſſe po-
tius præſumẽdum, quia feudalia ſunt, quam quod immunita-
443 te qua præditi domini exiſtimentur. Id quia in † eo magis prę-
ſumptio capienda, de quo modo aliquo apparet, quam de quo
omnino non conſtat. Arg. c. 1. de reli. dom. cum alijs apud nos
aſſcriptis in conſ. 78. num. 4. facile pro aliquo præſumi, quo-
tiens alterius ius non conſtat. Quid hic dicendum, vbi de feu-
do minorum in vniuerſum ſaltem, apparet, quod iure feudi
caſtrum & territorium poſſident, etiam ſi bonis controuerſis
nominatim id non liqueret, quandoquidem de aſſerta immu-
nitate omnino non apparet.

Decimo iure feudi in caſtro & territorio liquidiſſimè atque
extra ambiguitatem omnem conſtante, eodem iure & bona a-
444 lia in territorio poſita poſſeſſa eſſe, atque ideo † ob ius ipſum
feudi regiſtrationem omiſſam credendum. l. quædam mulier.
ff. de rei vend. l. 2. C. de acquir. poſſ. Bart. in l. cum ſolus ante fi.
verſic. tertio caſu. ff. de vſucap. in l. triticum num. 2. ff. de verb.
oblig. & leg. ſi donatione in fi. C. de collatio. Scite Bald. in con-
ſil. 161. proponitur, quod per commune col. 2. poſt med. verſi.
cum igitur hoc ſit probatum, libr. 3. ad titulum, vnde oritur,
poſſeſſionem ſemper referendam. Quod ſi immunitatis cau-
ſam admittimus, iure diuerſo regiſtrationem omiſſam faci-
mus, contra quam prohibitum iure eſt. l. in quartam. §. 1. Ibi-
que gl. in ver. à cohæred. in fi. ff. ad l. Fal. l. ideoq;. & l. libertas. ff.
de manu. teſta. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. c. in tua de dec. c.
quia circa de priu. Clem. 1. de elect. c. cognouimus. 12. q. 2.
445 Vndecimo extra controuerſiam † omnem ex arreſto Cu-
riæ parlamenti Taurini tunc ſedentis res ponitur. Quo pro
feudalibus habita bona ſunt, quorum omiſſa regiſtratio eſt.
Cui arreſto cõtradicere aduerſarius nequit vtpote cauſam ab
auctore ducens, inter quem latum & ſubditos eſt. Et qua ra-
tione auctori ipſi arreſtum ipſum vtile atq; noxium erat, ita &
aduerſario ſucceſſori eius ſingulari erit. l. ſi ſuperatus. ibique
Bar. ff. de pign. l. ſi mater. §. fi. ff. de excep. rei iud. Imo. in conſil.
40. Quod locum habet etiam cum ante ſententiam, lite tamẽ
iam cœpta, ad ſucceſſorem ſingularẽ res peruenit. Siquidem
cum ſua ad eum cauſa ambulat gl. & Caſt. in d. l. ſi mater. §. fin.
Ruin. in conſ. 71. num. 5. l. 1. Quid hic dicendum, vbi poſt an-
nos octo, quam lata ſententia eſt, nomina facta debitorum di-
cuntur.

Conſequenter prædictis dicendum, ſatis ad feudum pro-
bandum modum hũc tertium eſſe, qui ab regiſtratione omiſſa
bonorum deducitur, quæ in lite ſunt.

446 Quarto principaliter ex eo † feudi probatio confirmatur,
quod maior bonorum debitoris pars feudalis erat. Idq; ex illis
duabus perſpicuum fit. In quibus bona prædiorum pars con-
ſiſtebat, ex quibus P. vnam cõtrouerſiam, & cognatis alteram
vaſallus diſtraxit. Idq; nemini notiſſimum non eſt. Quo caſu
feudum in paucioribus bonis præſumi textus probat in c. 1. de
controuer. inter maſcul. & fœm. Cur. minor. in tracta. feu. par.
2. q. 6. fol. 19. & in conſ. 140. num. 10. Tex. huc pertinet in l. ſiue
poſſidetis. Ibiq; Bald. in 3. not. C. de prob. Vbi cum hærede iu-
ris præſumptio facit, quia titulũ vniuerſalem habet, vnde qui
titulum ſingularem in bonis quibuſdam ſingularibus ſibi ven-
dicat, probare neceſſe habet.

Apparet ex his, inepte & citra ius vllum, in bonis feudalib.
offerendi iure aduerſarium niti. Quod vero ad bona pagani-
ca facit non recuſat gener, quin ea dimittat, eo accepto, quic-
quid ob dotes matris & bona paraphernalia debetur. Indiui-
447 duum enim † hypothecæ ius eſt. Quo circa totũ offerri, quod
debetur, oportet, vnde ſi hypothecariam hæres vnus debito-
ris patitur, audiendus non erit, ſi pretium bonorum offert,
quæ ipſe poſſidet, & quæ per hypothecariam ab eo petuntur.
Vnde totum offerri ab eo oportet, quod creditori debetur,
quamuis hæres niſi in partem non ſit, & niſi in partem bona
non poſſideat. l. his conſequenter. §. Celſus. l. hæredes. §. idem
iuris in fi. ff. famil. erciſ. leg. ſi neceſſarias. §. ſi vnus l. ſi rem. §. o-
mnis. leg. ſolutum. §. ſi creditori. ff. de pigno. actio. l. ſi fundus.
§. in vendicatione. & l. qui pignori. ff. de pign. l. creditor. §. 1. ff.
qui potior. in pign. hab. l. ff. quibus modis pig. vel hypoth. ſol. l.
creditoris. ff. de diſtractio. pign. l. vnus. C. eo. tit. l. 2. C. de hære-
di. actio. l. in executione. §. penul. ff. de verb. obliga. l. Moſchis.
ff. de iure fiſci. Ibiq; Bar. & idem Bal. in l. 2. C. de debitor. ciuita.
libr. 10. Si reo debitori aut hæredi eius permiſſum non eſt, vt
quanti res ab eo poſſeſſa valet, creditori offerat, qui hypothe-
cariam exercet. Cur id creditori poſteriori concedendum a-
genti erit, & qui offerendi iure vtitur, vt quanti bona ſunt, quę
apud creditorem priorem extãt, id offerat. An non pluſquam
abſurda res eſt, id actori tribui, quod reo denegatur reg. non
debet actori. ff. de reg. iur. Dec. in c. quoniam contra nume. 26.
verſ. vel ſecundo dici poteſt de proba.

Non ab re in debitore aut hærede eius habitus ſermo eſt,
quod ratio alia poſſeſſoris extranei forte videtur. Tametſi ne-
ceſſaria diſceptatio non ſit, quod in actore hic tractatus incur-
rit. In quo non par æquitatis ratio, atque in reo vertitur, vt
audiri eum oporteat, ſi quanti res eſt, reo anteriori offerat.
Cum melior creditoris prioris eſſe conditionem deceat. Vn-
de cum iuſtius, tum æquius eſt, vt cum plus in credito poſſeſſo
ris, quam in pretio rei ſit, apud reum ipſum pignus remaneat,
ne pluris aliquid actori & ipſi poſteriori, quam reo & ipſi prio
ri tribuatur. Quæ ratio in debitore hæredéue eius in parte et-
iam ſilet.

Apparet ex his, offerendi iure nequicquam aduerſarium
niti quoquouerſum ſe flectat. Cæterum herbam aliam doctus
aduerſarius vterque eſt, qua neruorum litis huius dolores re-
ficerent, Scriptura enim quædam ab eis edita, qua alienatio-
nem aliam de bonis alijs feudalibus à patre factam, ratam ha-
bitam à genero vti patris hærede ſimpliciter aſſerunt. Ob id
quaſi hæredem ſimpliciter, factã ab eo patris ab re impugnari.
At enim Panaces vim hoc genus herba non habet. Namq; vt
facti miſſam quæſtionem faciam, cuius ſcientes partes ſunt,
Damno ſcripturam hanc genero non eſſe, argumentis nõ pau-
cis oſtenditur. Principio, quod ad ius offerendi & S. attinet, in
expedito res eſt. De iure quippe reali diſceptatur. In quo iu-
uare approbatio non poteſt. Eo enim approbatio alienatio-
nis & hæreditatis agnitio ſpectant, vt oneribus hæreditarijs
ſubeundis, atque adeo actionibus perſonalibus excipiendis
hæres teneatur. Sed enim actio hic perſonalis non exercetur,
at hypothecaria. In qua neceſſaria haud dubie hypotheca eſt,
& qua remota, iuri locum offerendi non eſſe, teſtatum ſatis
ante habemus num. 387. verſic. ius hoc offerendi, & nu. duob.
ſeq. Ad actionem plane perſonalem regredi non poteſt, vtpo-
te in qua victus per ſententiam præfecti eſt, qui in bonis ex-
cuſſionem faciendam paganicis declarauit. Ad quem modum
declarando, locum actioni perſonali non eſſe in antecedens
neceſſarium cenſuit. Siquidem contra hæredem & per actio-
nem perſonalem fieri diſcuſſionem oportet. Vnde hoc ipſo
quod excuſſionem faciendam dixit, niſi tanquam poſſeſſorem
bonorum per hypothecariam eum adſtringendum duxit. Vbi
hypothecæ ius S. ipſi aduerſario eſſet.

Secundo contradictio euidens in aduerſario apparet, cum
approbatione hac vtitur, per eam quippe æri alieno patris ſol-
uendo filium obſtrictum quaſi hæredem aſſerit. Atqui cum
pecuniam ipſe offert filio debitam, creditorem filium facit. Ita
448 creditorem eundem atque debitorem ipſi ſibi facit. † Quod
fieri nequit. Quoniam ſi hæres patri extitit, confuſa obligatio
eſt, qua filio adſtrictus pater erat l. Stichum. §. aditio. Ibiq; Bar.
ff. de

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0076-7

ff.de ſolu.l.Vranius.ff. de fideiuſ.l. debitori.C. de pactis. Quorſum igitur debitum offerri, quod ſublatum atq; extinctũ confuſione ſit. Ita contrarius ipſi ſibi S. deprehenditur, qui creditorem hæredem defuncti atq; debitorem ait. Sed & rem narratã iure impoſſibilem, vt qui hæres defuncti ſimpliciter eſt, eiuſdem quoq; creditor æſtimetur. Ad quem modum ipſi ſibi
449 hæres teneretur. In eodemq; † & actio & paſſio ſubiecto temporeq; eodem interuenirent, quod naturæ ne dum iuri reclamat.l. peto.§.mater. Ibique gloſ. in verſic. datum. ff. de lega.2. l.1.§.ſi debitor.ff.ad legem Fal.d.l.Vranius glo. in §. an ſeruo in verſi.legari.Inſti.de lega.Fulgo.in cõſ.99.quidam A. col.1. Iaſ. in l.3.§.ex pluribus num.39.ff. de acquir.poſſeſſio. Audiri igitur S.non conuenit, qui ſecum ipſe diſſidet.l. Titiæ. ff. de condit.& demon.l.2.§.1.ff.quan.appellan.ſit l.vni.§.nec tamen.C. ſi ſeruus extero.leg.1.C.de furtis.l. fin. C. de codicil. Quod in cauſa locum etiam diuerſa habere inter eoſdem tamen Barto. ſcribit in l.Papinianus.§. ſed nec impuberis nu.2. ff. de inoffic. teſta. ſed nec exceptionem rei admittendam, vbicunque euidens contrarietas eſt, Bar.putat in l.nemo.ff.de excep.Alba.in conſ.21.nu.5.

Reſponſiones & alias aduerſarij excipiant vtriuſq; commu-
450 nes. Tertio igitur reſpondetur, approbationem † ſeu ratihabitionem emptori vni factam ad emptores alios non trahi.l. ſi vnus §.ante omnia.ff. de pactis.l.ſicut.§. penult. ff. quib. mod. pignus vel hypothe.ſol. Alex.in conſ.118.nu.7.verſic.& poſito quod viderentur lib.5.cum alijs ſupra relatis.numer.417.Ibiq; locum & in actu connexo habet, verbi gratia ſi à tutoribus aut curatoribus plurib. adminiſtratio bonorum facta coniunctim eſt, & ex eis vni liberatio relinquitur aut præſtatur. Ad alios enim non trahitur. l. 1. C. de tranſactio. Quid in perſonis hic dicendum, in quibus ſeparati prorſus actus contingunt.

Quarto approbationem id genus ad emptores aut ſucceſſores alios non trahi, ex Ang.probatur in l.auus in fi.ff.de pactis. renunciationẽ fratri vni à ſorore factam ad fratres alios non trahi, quo dict. Dec.vtitur in conſ.31.col.1.poſt med.& col.fin. cum alijs ſupra aſſcriptis nu.417.

Renunciationem plane hic verſari, dubitandum non eſt. Quoniam ſi approbationem hãc admittimus, vtique iuri ſuo in bonis venditis renunciatũ per approbantem apparet. Quare ſi ad fratrum aliorum vtilitatem renunciatio non trahitur, Quanto minus emolumentum afferre extraneis penitus debebit.

451 Quinto qui approbatione hac† vtuntur, illud & expreſſim & tacitè aiunt, beneficio inuentarij renũciatum, & hæredem, patri generum ſimpliciter exiſtere. Sed enim expreſſionem in renunciatione deſiderari, neque eam præſumi, niſi ſi aut cohærere actus, aut coniectura qua ſumi alia nequit, demonſtratum ſatis in ſuperioribus habemus num.420.Ibiq; & illud declaratum, ex coniectura quauis vel leui renunciationis præſumptionem elidi, vnde ſi beneficio expreſſim renunciatum inuentarij non eſt, nec quantum ad emptores nocitura approbatio erit, quibus cum facta aſſeritur, cũ neceſſario renunciatio ex ea non ſequatur, quominus iure ſaluo intelligi inuentarij poſſit.l.fin.C.ad leg. Falc. vbi qui legata ſoluere ſimpliciter promittit, Falcidiæ renunciare non creditur, vnde iure Falcidiæ ſaluo promiſiſſe creditur Cynus.in l.fin.q.3. C. ad leg. Falcid.Alex.in conſ.133.colum.1.lib.5.Guido Papæ in conſ. 122. in ſeptimo dubio. Longe minus ad commodum aliorum aut extraneorum trahenda renunciatio erit. Et quidem quod ad extraneos attinet, pro exploratiſſimo id habeo quibuſcunque verbis concepta approbatio dicatur, quã non legi. quomodo coniectura non leuis renunciationis excludendæ quantum ad filios vertitur, quod ad eos ne quidem cogitatum dici poſſet, vbi facta approbatio eſſet.

452 Sexto in ſpecie inuentarij † ex Bar.id probatur in conſ.154. maritus num.9.vbi diuiſionem circa inuentarium admittit, vt vigorem quantum ad aliquos, citatos puta, habeat vitioſum atque irritum quantum ad alios fiat, qui ad id vocati rite non ſunt. Idem Baldo viſum in l.ab eo in fin.C. quomo. & quand. iud.& in conſil.265. inuentarium hæredis libr. 3. Admirationi igitur cuiquam non erit, inuentarij beneficium, ex voluntate hæredis diuidi, vt contra aliquos eo non vtatur, Vbi res acta ita ſit.

453 Septimo ex text.ſententia hæc iuuatur † in l. 1. §. quæſitum eſt ſi forte. Ibiq; glo.in verſ.nihil.ff.de ſeparatio.ſeparationem bonorum creditorum rogatu aliquorum impetratam creditoribus inutilem alijs eſſe. Sed nec ſocij vnius factum vſui cui ſocio alij in rebus communibus eſt. Quare ſi negotia mercimonij communis per tertium geri ſocius vnus prohibuit, prohibitione hac vti ſocius alter non poterit, quo minus neg. geſt.actionem patiatur, cum diuiduitatem res admittat l. ſi ex duob.ff.de neg.geſt.Bart.in l.ſi ex duobus in 6.q.ff. de duobus reis. Æque fratris vnius inueſtitura emolumenti quicquã fratri alteri nec Socio affert Bal.in cõſ.301. proponitur quod Petrus nu.8.lib.1.Hoc amplius quæ hæredi vni ſententia dicitur, bono cui hæredibus eſſe alijs non ſolet l. ſi cum vno. ff. de excep.rei iud. Si ad rem ſocij alterius factam non pertinet. Quid in extraneis penitus dicendum, ad quos diſponentium animi prorſus non feruntur. Rurſus ſi ſententia vni dicta ad commodum alienum non trahitur. Quid in actu extraiudiciali probãdum, qui vigoris tantum, quantum iudicialis non habet.l.cum oſtendimus.§.fin.ff.de fideiuſſ.tutor.Poſteriores in rubr. ff. de verb. oblig. Et in iudicio facilius cui acquiri quam extra, text. probat in l.1.§.1.ff.à quibus appel.non li.Gemi.in conſ.129.in fin.Paul. de Caſtr. in conſ. 282. ſuper iſto negotio col. 2. circa med.lib.1. In eandem ſententiam tex. eſt in l.amiſſi. §.fin.ff. de fideiuſ.cum pecuniam cui credi plures mandant, ſi ex mandatoribus vnus aliquis abſoluitur abſolutione hac cæteros non iuuari.

454 Octauo textu ſententia † hæc confirmatur in l. intra quatuor.ff.de diuer.& temp.præſcrip. interruptionẽ præſcriptionis nõ niſi interrumpenti proficere, vt ad eum reſtrictio actus fiat à quo geritur. Idem gl.& doct.no. in l.cum notiſſimi.§.immo & illud.in ver.multo magis.C.de præſcr.30.vel.40.an.doc. in l.more.C.de rei vend.& in cap.placuit.§.poteſt.16.q.3.Bart. & alij in l.naturaliter.ff.de vſucapio. Balbus in tracta. præſcri. in quarta parte ſextæ partis prin.q.3.ſi interruptio præſcriptionis, quæ fauorabilis eſt, & per quã rigor præſcriptionis excluditur, Socijs alijs non proficit. Quid in renunciatione, ſeu approbatione dicendum, vnde renunciatio oritur, quam odioſam plane eſſe non dubitatur. Atque ideo reſtrictionem ſponte ſua patitur.l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.l. ſi ex plurib. ff. de ſolut.Aret.in cõſ.161.verum eſt quod comicus nu. 5. poſt prin. Soc.in conſ.96.in fi.lib.1.

Nono ſi oneroſa approbatio hæc aduerſarijs eſſet, vtique
455 eam non † agnoſcerent. Verum illud obiectarent, perniciale alijs factum aliorum nõ eſſe.leg. ab agnato.ff. de cur.furio.leg. 1.poſt prin.Ibi vnuſquiſque enim.ff.de ſucceſ.edict.l. ſeruus furioſi.ff. de manumiſ. l. final. ff. qui & à quibus l.inter ſtipulantem.1.2.& 3.reſpon.ff.de verbor.oblig.cum alijs ſupra comparatis num.91.92.& num. 266. Proinde inuerecunde plus ſatis, vtilitatem conſequi ex approbatione hac parant. leg. ſi rem & precium.ff.de petitio.hære.l.de fideicommiſſo.C. de tranſact. l.ſi ea lege.C.de vſu.l.ratas.C.de reſcin.ven.l. pen. C. de ſolut.
456 Rurſus† qua ratione incommodum alij non affert, quod inter alios actum eſt, ita commodo id alijs regulariter non cõuenit. l.1.Ibiq; gl.C. quibus res iud.non nocet.Bar.in conſ. 70. Titius promiſit in fi. Anto.de But.in c.cum ſuper col.4. circa med. ver.ſi autem tale eſt ius.de re iud.Abb.in conſ.89.nu.5. circ. fi. verſi.Sed mihi plus placet lib.1.Cal.in conſ.7.nu.12.Iaſ. in cõſ. 36.col.2.lib.3. Et quidem ab omni id vacuum dubitatione puto, cum ex perſonis, inter quas communionis quicquam non intercedit, tum ex reb.diuiduis penitus ac ſeparatis.

Decimo, argumento ſententia hæc roboratur, quod à ratio-
457 tione validiore deducitur. Approbatio, † renunciatio, aut pactio alia quæuis de bonis quibuſdam interpoſita ad bona alia, quæ expreſſa in ea non ſunt, nec in gratiam eius trahitur, quo cum acta res eſt.d.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff. de pactis. leg. quod de bonis.§.non idcirco.ff.ad leg.Falcid. l. iubemus.C.ad Velleia.Rom.in conſ.132.vt retulit in fin.Paul.de Caſt.in conſil.70.breuiter lib.2.Soc.in conſil.125.numer.17.libr.4.Dec.in conſ.379.num.6.Petrus Gerardi. Sing.32. Crotus in l. frater à fratre nu. 101.q.20.ff.de cond. indeb. Quanto minus perſonis

alijs,&in rebus diuerſis ac ſeparatis profutura conuentio erit,
quæ facta inter alios eſt. Duplex enim in ſpecie controuerſa
impedimentum incurrit, quo minus fines ſuos cōuentio egre
diatur. Primum ex parte perſonarum, quæ aliæ prorſus ſunt,&
quarum non intereſt, ad vtilitatem alienam cōuentionem ex-
tendi. Quo caſu extenſio permitti ad alios non ſolet. l. ad hær.
§.fin.& ll.duab.ſeq.ff.de pact. Alterum ratione bonorum quæ
indiuiduitatis aut connexionis quicquam non habent. Quid
enim prohibet bonorum aliquorum contractum agnoſci, &
458 aliorum repudiari. Vnde ex bonis † ſeparatis non recte con-
ſequentia aut illatio deſumitur.l.fin.ff.de calumnia.l. Papinia-
nus exuli.ff.de mino.l.qui fundum.§.ſi fundus.Ibi propriam &
ſeparatam conditionem habent.ff.pro emptore.l. inter ſtipu-
lantem.§.Sacram verſi.Sed hæc diſſimilia ſunt.ff.de verb.obli.
l.3.§.ſi tutor. Ibiq; Bald.ff.iud.ſolui.l.ſi maritus.C. de dona.in-
ter virum & vxor.cap.dilectus de offic.ordi.c. cum veniſſet de
teſtib.& quod ſcite Oldr.ſcribit in conſi.266. quod autem nu.
15. à maioris remotione ad minoris amotionem non colligi,
quotiens ſeparatio inter ea vertitur. Non inſcite huc à fortio-
ri etiam argumentando, Guido Papæ accedit in conſ.15.bono-
rum maternorum renunciationem ad fraterna non trahi, qui-
bus cum vnita materna ſunt. Quid hic probandum, vbi vnitas
nulla bonorum incidit.

Vndecimo iuri renunciatum fac, quod in villa vna compe-
459 tebat, ad ius † porrigi renunciationem non oportet, quod in
bonis alijs ſeparatis gener habet. l. ſi domus. ff. de ſeruitu. vr-
ba.prædior.l.ſi mihi in prin.ff.de ſeruitut.ruſti.præd. l.nam ſa-
tis.§.1.ff.quem.ſerui.amitta.l.nec is.§.fi.ff.de acq.hær.l. 1. §.ſed
videndum.ff.de ſucceſ.edict.l.ſuum.Ibiq; no. C. de iure delib.
capit.ex tuarum de vſu pallij.cap. paſtoralis de priui. Hoc am-
plius, cum de bonis eiſdem agitur, ſi duplex in eis ius eſt, atque
vnum renunciatur, ad alterum renunciatio non protenditur
Anchar.in cōſ.291.Super plurib.articulis col.3.circa med.ver.
infertur ēt quod reciproca donatio.Soc.in conſ.30.nu.32.ver.
facit etiā, quod in ſimili dicimus lib.1.per tex.in l.ſi ſeruo meo.
ff.de leg.1.& alia, de quibus ibi. Quid hic dicendum, vbi ab o-
mni parte ſeparatio contingit, à perſonis, bonis, & iure.

460 Duodecimo ius huc † & illud vulgatiſſimum ſpectat, actus
noſtros voluntarios vltra quam voluntas ferat, extēdendos nō
fore.l de quibus in fi.ff.de ll.l.ſi is ad quem.ff.de acquir.hæred.
l.operis non poſitis.ff.de oper.libe.l.1.§. Iulianus. Ibique Bart.
ff.de itin.actuq; priua.l.Fulcinius. §. quod ſi aduerſus. & §. de-
nique.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eatur.l.tutori.C. de neg. geſt.l.
fin.C.ne vxor pro mari.l.tutores qui.C.de admin.tut.l.volun-
tariæ.C.de excuſa.tuto.cap.auditis. &.c.cum olim de præſcri-
ptio.& cap.manifeſta.12.q.1.& quod dicitur, contra intentio-
nem agentis effectum non produci.leg.non omnis in princ.ff.
ſi cer.pet.cap.ſi ſacerdos.Ibique Abb.de offi.ordi.c. 2. de ordi.
cognitio.c.ſi quis preſbyter de conſecrat.diſt. 4. c. homines &
c.fin.22.q.2. Ad cogitatum namq; reſtringi verba oportet. l. ſi
quis ita.§.pen.ff.de teſta.tut.Enimuero quiduis potius, quam
vt animus genero minori fuerit, iuri ſuo aduerſariorum gratia
cedere. Ad quem modum aliena cum miſericordia viuere, &
pluſquam litera vna fieri medicum oporteat. Alex.huc ſpectat
461 in † conſ.91.col.9.circa fi.verſic.quinimmo ipſe expreſſe cauit
lib.1. cum teſtamentum quis approbat, vlterius approbationē
non ampliari, quam expreſſum in eo ſit.

Decimotertio ratione fortiori ſententia hæc communiter.
Cum ſcripturam alienam in capitulo vno quis agnoſcit, ad ca-
pitula alia ſeparata approbatio non extenditur Bart. in l. quæ-
dam.§.nummularios.ff.de eden.Bald.in l.1.col.fin.C.eod.titu.
Alex.in conſ.123.col.4.circa med.verſi.non obſtat etiam arbi-
tramentum lib.1.in conſ.186.nu.7.verſic.præterea illud, quod
dicitur lib.2.Dec.in l.1.colum.penul.in fin.ff.ſi cert.pet. in cō-
ſilio 317.num.7.Cur.Iun.in conſ.166.col.pen.Si in eadem ſcri-
ptura & cum perſona eadem ad ea reſtrictio fit, quæ approba-
ta leguntur. Quid in ſcripturis alijs & inter perſonas admitten
dum alias erit.

Decimo quarto textus etiam ratione validiore controuer-
ſiam dirimit in l.Lucius.§.teſtator.ff. de leg.2. cum legata plu-
ra teſtamēto inutili dantur, ſi vnum hæres comprobat, appro-
bata alia non intelligi. Tradit gloſſ.in leg. non dubium in gloſ.
magna.Ibique Iaſ.num.5.C.de teſtament. Ibi enim extenſio-
nem legatorum in teſtamento eodem per agnitionem vnius,
tex.non admittit. Longe minus in ſcripturis ſeparatis penitus
atque inter perſonas diuerſas recipienda extenſio erit. Simili-
462 ter † vt in actu diuerſo, qui tēpore interpoſito, inter eaſdem
etiam perſonas geritur, locus eſſe repetitioni non ſolet.l. per
retentionem.C.de vſu.§.item lapilli cum ibi not. per gloſſ. in-
ſtitu.de rerum diuiſio.Barto.in l.1.ff.de publica.in l. Titia. §. i-
dem reſpondet.ff.de verb.oblig.& in conſ.39.colum. Paul. de
Caſt.in conſ.347.reſpondendo per ordinem. in primo dubio
lib.2.Deci.in conſ.317.colum.3. circa med. Iaſ. in l.quamuis.§.
cum inter in tertio nota. ff. de conditio.indeb. Eodem & illud
pertinet, ad actum, qui ex interuallo ſequitur, proteſtationem
non trahi Bar.in leg.non ſolum.§.morte numer.16.Ibique Iaſ.
num.13.verſicul.ſecunda concluſio. ff. de operis noui nuncia.
Et idem Bart.in l.qui in aliena.§.fina.verſic.& aduerte.ff.de ac-
quiren.hæredit. & quidem pluſquam abſurda res fuerit, mo-
menti plus ad remota, quam ad proxima actui aut diſpoſitioni
463 cui eſſe, cum eo potentius quid dicatur quo † propius aut im-
mediatum magis eſt.l.ſi ſolus in fi.ff.ad acquiren.hæred.l. Ne-
ſennius.§.ſeruo.ff.de leg.Falcid.leg. filius patroni. ff. de bonis
liber. Immo enim niſi ad proxima & immediata trahi diſpo-
nentis mens non ſolet l.plenum.§.ſi vſus.ff.de vſu & habita.le.
ſi vehenda. §.1. in verſicul.tranſtulit.l.nauis. in princ.in verſic.
traiectę.ff.ad leg.Rhod. de iactu.l.ſtipulatio.l.dotis & leg. do-
tem.ff.de iure dot.l.eum qui calendis in prin.ff.de verb. oblig.
l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſigni.Bald.in l.1.num.28. C.
de ſacroſanct. eccleſ. in poſteriore lectura.in l. cum quis.nu.6.
circa med.verſic.præterea omne agens. C. de iuris & facti ign.
& alia ſexcenta.

464 Decimoquinto cum † in ſpecie, atq; in iudicijs tam impor-
tunis contractus improbati à genero appareant, quatenus diſ-
pendium feudo afferre eius poſſunt. Ad eos produci appro-
bationem non conuenit, quam emptoribus alijs factam aſſe-
runt. Anch.in conſ.2. in fi. vbi ad ea trahendam approbationē
generalem non putat, quę ceſſata in ſpecie ſunt. Æque cum vi-
rum probum eum quiſpiam confitetur, ſcripturam cuius ante
improbauit, ad ſcripturam in ſpecie impugnatum referri pro-
bitatis confeſſionem non decet Ancha.in conſ. 265. quod do-
natio circa fi. Quo cū Alex.ſentit in conſ.84.col.fi.lib.7. Quod
argumētum ratione fortiore bifariamq; in ſpecie controuerſa
mouet. Principio, quod inter eaſdem perſonas Anch.cū Alex.
loquuntur, ad ea approbationē non trahi, quę reprobata ſunt.
Ad perſonas hic diuerſas approbationis extenſio paratur. Se-
cundo generalis in caſu Anch.& Alex. approbatio interceſſit.
Specialis hic facta, id eſt, cum emptoribus alijs & quantum ad
bona ab alijs empta aſſeritur.

Neque mutat generaliter confeſſionem in aſſerta appro-
batione factam, patri ſe hæredem eſſe. Quoniam inuentarij
iure ſaluo, intelligi confeſſionem oportet. Similiter vt Falci-
diæ iure incolumi, promiſſionem hæredis de legatis accipien-
dam ſoluendis diximus nu.451.

Secundo reſpondetur inuentarij etiam renunciatione ad-
miſſa, quam non agnoſcimus, ad actum tamen confeſſionem
& renunciationem id genus reſtringendam, ſuper quo inter-
poſita legitur, cum diuiduitatem inuentarij ius recipiat, vt ef-
fectum contra aliquos non habeat, vtile ab alijs fiat. Sic quo-
modo dictum ſuperius habemus, nu.452.

465 Tertio reſpondetur, verba † generalia, vniuerſaliaque re-
ſtringēda, vt quo prolata reſpectu ſunt intelligantur.l.inteſta-
to.ff.de legit.tuto.§.quod autem Inſti.de legi.agna.tut. vbi in-
teſtatus quantum ad tutelam, vt locus legitimæ ſit, is etiam di-
citur, qui teſtamentum quidem fecit, verum tutores in eo non
ſcripſit. Namq; cum tutelæ reſpectu de inteſtato mentio fiat,
ad tutelam reſtringi verbū illud oportet, vt inteſtatus vita de-
ceſsiſſe intelligatur, qui tutores in teſtamento non vocauit.
Sed validius pro argumento hoc tex. certat in §. fin. inſtit. de
codicil. vbi verba illa nullam in codicillis ſolennitatem exqui-
ri, quamuis vniuerſalia & negatiua ſint, reſtrictionem tamen
admittunt, vt ad ſolennitatem teſtamentariam reſtringan-
tur, neceſſariam eam in codicillis non eſſe. Id quia ſolennita-
tis ipſius teſtamentariæ expreſſa reſpectu ſunt. Aliter quippe
ſi ad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0078-8

ſi ad codicillos ſimpliciter relatio fit, falſum erit ſolennitatem
nullam in codicillis deſiderari, l.fi.C.de codic. De quo dictum
ſuperius etiam eſt num.189.& num.356.idem in verbis negati-
uis ex tex.oſtenditur in l.ſi pignus.ff.quæ in frau. cred. iunct.l.
1.ff.de libera.lega. Quos duos tex.vna ſimul coniunctos in ſen
tentiam hanc Criſpus vocat & inducit in rubr.ff.de lega.1. nu.
108.quamuis non ita explicatim aut enucleate loquatur.Si re-
ſtrictionem verba vniuerſalia negatiua non reſpuunt, vt quo
enunciata reſpectu ſunt,intelligantur. Quid in verbis confeſ-
ſionis aut renunciationis dicendum ſimplicibus & affirmati-
uis erit, quæ debiliora negatiuis eſſe, in ſuperiotibus oſten-
dimus numer.79. Vnde facto confeſſionis & renunciationis
præſuppoſito, Verum erit, hæredem patris filium eſſe, & be-
neficio ab eo inuentarij, renunciari, eorum videlicet cauſa,
propter quos eiuſmodi facta ſcriptura prætenditur, cum ali-
ter rata haberi emptio non poſſit. Cæterum ad perſonas, reſ-
que alias & diuerſas extendi ſcripturam non conuenit, reſpe-
ctu quarum facta non ſit. Cum reſtrictionem natura ſua re-
nunciatio patiatur. Sic quomodo ſatis ſuperq; dictũ antea eſt.
nu.451.& plurib.ſeq.Ius idem confeſſionis eſſe, vt reſtringi &
ipſam oporteat. Bellamera probat in conſ.10. col. 16. in fi. per
not.in capitulo cum dilecti de accuſatio.
466 Quarto reſpondetur, ex confeſſione † obligationem no-
uam non induci, ad probationem tantummodo valere. l. Pu-
blia.in fi.Ibiq; Bart.nu.2.& in notulis eius.ff. depoſi. l. in con-
tractibus.§.1.C. de non nume. pecun.l.pecuniæ.C.de ſolutio.
Bart.in l.triticum nu.4.ff.de verb.oblig.& in l.cum falſa. nu.8.
C.de iuris & facti ignor.Alexand.in conſ.123.in fi.lib.6. Vnde
cum ex inuentario aditam hæreditatem eſſe appareat, vlterius
produci confeſſionem non oportet, quam vere cõtracta obli-
gatio ſit.
Quinto pro reſponſione ſciendum, permagni referre vtrũ
ſimpliciter initio ipſo, & ante actum aliquẽ hæredem quiſpi-
am ſe confiteatur, an poſt actum aliquem, qui ad hæreditatem
ſpectat. Priore caſu cum ſimpliciter quis hæredem ſe affirmat
generaliter & quantum ad omnes confeſſio nocet, etiam ſi cũ
vno ſolummodo facta confeſſio ſit. Id quia ratio vlla confeſſio
nem reſtringendi non ſubeſt, cur magis quantum ad vnum,
quam ad alium aditio inducatur. Cauſa alia poſterioris caſus
eſt, cum poſt actum circa aditionem interpoſitum, & per quẽ
aditio limitatur, hæredem quis in fauorem vllius ſimpliciter
ſe ait. Ibi enim ad eum limitari aſſertionem & confeſſionem
ſimplicem oportet, ne ab actu & limitatione præcedẽte diſce-
dere videatur. Cum citra contradictionem aut correctionem
voluntatis quantum ad alios, intelligi confeſſio generalis poſ-
ſit per ea, quæ de contrarietate & correctione voluntatis ex-
cludenda, verbis pluribus ſcripta in ſuperioribus habemus,
numero 305. vſque ad numer. 311. Idque in ſpecie aditionis ex
Bartol.declaratur, in lege fin.ff.de interrog.actio.vbi cum hæ-
redem quiſpiam ſimpliciter ſe confitetur, ſiquidem capiendi
ius habet, neque hæreditatem ante omiſit, generaliter quoad
omnes confeſſio officit. Ius aliud ſeruandum, ſi repudiata ab
eo hæreditas ſit. Ibi enim niſi quantum ad eum confeſſio non
obeſt, quo facta interrogante eſt. Diuerſitatis cuius ratio af-
ferri alia nequit, quam ne contrarietas aut correctio volunta-
tis circa repudiationem factam, quantum ad alios, inducatur.
Cum nihil prohibeat, hæredem quem in ſui perniciem, vnius
gratia exiſtere, vt onera in eo hæreditaria agnoſcat, Et incolu-
mis ab alijs repudiatio fiat. Itaque cum limitata aditio facta
primum ſit, id eſt, ex inuentario, quamuis hæredem aliquo-
rum nomine ſimpliciter filius ſe dixerit, Ad eos reſtringi con-
feſſionem hanc conuenit, vt niſi quantum ad eos inuentarij
ius non proſit. Non etiam ad vtilitatem aliorum protendi cõ-
feſſionem oportet, vt inuentarij ius remiſſum eis etiam cen-
ſeatur. Quatenus citra renunciationẽ inuentarij, quoad alios
intelligi confeſſio hæc poteſt per ea, quę de renunciatione nõ
admittenda ſcripta ſuperius ſunt num.419.& ſeq. Vnde qui ex
confeſſione generali, quod hæres quis eſt, quando actus alius
limitatus non antecedit, ex quo aditio reſtringitur, ad confeſ-
ſionem argumentatur, quam aditio limitata anteuertit, &
cui derogatum intelligi quantum ad alios non debet, ex diuer
467 ſis † atq; ex ſeparatis penitus colligunt. In quibus ratio euidẽs
diuerſitatis apparet contra l.interpoſitas. C. de tranſactio. ca-
pit.celebritatem in fin. de conſecrat. diſt. 3. Neq; ad rem ſcri-
pturæ connexio attinet, vbicunq; ratio diuerſa ſubeſt. l. Gal-
lus.§.1.de liber.& poſthu.l.hæredes.§.fin.ff.ad Trebel.l.fin.C.
de ſent.Signorol.in conſ.155. nu. 12. effectumq; diuerſum à ra-
tione diuerſa gigni. Bald. ſcribit in l. filia legatorum in vltimis
verbis. C.de lega. Alexand.in conſil.7.in fin.lib.6. Huc & illud
468 accedit, generalem † ſcripturam reſtringendam, vbicunque
reſtrictionem faciendam ratio adhortatur.leg.2.ff.de offic. aſ-
ſeſſor.l.quæſitum ſocio.ff.de teſtibus.c. cum in cunctis. §. cle-
rici de electio.iuncto capit.ſi compromiſſarius eo.tit.lib.6.Ex
quibus text.ſimul coniunctis ita Abb.ſcribit in d.§.clerici in 1.
nota. & in cap. ad audientiam in prin. de decim. In quam ſen-
tentiam Ioan.etiam Andr.nominat in reg. odia lib. 6. Idem I-
mola tradit conſilio 121. in fin. primi dubij. Et iſtud vero eſt,
quod dictitant, generaliter ſermonem intelligendum genera-
lem non eſſe, quotiens ratio par omnium non eſt, quæ conti-
neri ſub eo poſſunt, vti ſcriptum habemus in conſil.3.nu.26.&
in conſ.70.numer.27. Enimuero qui reſtrictioni in ſpecie hac
contradicunt, & hæredem patris citra inuentarij beneficium,
ſimpliciter filium faciunt, non tam ſenſu communi carere,
469 quam præditi immanitate videntur, Iuri enim id diuino † re-
fragatur, quo alienum æs ſuo quemquam diſpendio ſoluere
non conuenit, propheta auctore. Pſalm.68. Quæ rapui, tunc
exoluebam. & C.ne fil. pro patre Iuri etiam naturali & huma-
no contrarium id eſſe, teſtatum ſatis ante eſt num.91. & ſeq. &
nu.266. Inde ſupra vires hæreditarias iure digeſtor. & C. ante
Iuſtinianum hæres nõ adſtringebatur.l.1.§.ſi is qui quadringẽ-
ta.Ibique Alexan.in ſecundo nota.ff.ad Trebellia. l. ſi vniuer-
ſæ. C.de leg.Paul.de Caſt.in l.in ratione.1. §. quod vulgo col.2.
poſt med.ff.ad leg. Falcid. Ea ratione præter vires hæreditarias
in foro animæ nihil quicquam hæres præſtat Bartol.in l.1. nu.
45.C.de ſacroſanct.eccle.Bald.in l. Scimus in princip. num. 9.
C.de iure deliber. Quo etiam fit, vt niſi pro facultatib. hære-
ditarijs eccleſia non conueniatur, qua omiſſum inuentarium
ſit Bar.in d.l.1.nu.46.Bald.in d.l.ſcimus in prin.num.8. Abb.in
conſ.34.colum.3.circa med.verſic. aut monaſterium non con-
fecit inuentarium lib.1.Fel.in c.eccleſia S.Mariæ nu.66. in fin.
de conſtit. Conſequens his fit, inhumaniter plus ſatis aduoca-
torum turbam in generum ruere, quod de feudo ſuo credito-
res patris nõ dimittit. At quos creditores, nimirum quos acta
& inſtrumenta docent, Neq; illud animaduertunt, quam filio
inurere notam parant, vitio ipſis eam verti. Quis enim crimi-
ni daturus cuipiam erit, ſi id non præſtat, quod impune nõ fa-
cere diuino, naturali digeſtorum, & codicis iure licet. Et quod
iniquum præſtari ab eccleſia ſit. Quid ſi illud accedit, vt ſatis
patris hæreditas ad bona reſtituenda materna non ſit. Sed ex
feudo ſuo ſatis fieri nouercæ oportuit. Tantum quippe feudi
abeſſe filio apparet, quantam ex vxoris dote pecuniam nouer-
cæ dedit, per ea, quæ ſcripta ſupra legũtur nu.424. Quod ſi ac-
curatius, animiq; affectibus poſitis, rem, vt eſt, meditari libet,
ſi hominum ingenia contemplamur, mirum ni ius, faſq; omne
cum filio facient aduerſarioſq; cõdemnent. De æquitate hac,
quæ filio ſubſcribit, dictum etiam in ſuperioribus eſt, nu.171.
& nu.285.
Sexto reſpondetur, vbi ambigui hærere quicquam poſſit,
470 cum perſpicua omnia luceant, Declarationi † confitẽtis in re
dubia ſtandum, quomodo cõfeſſionem ſuam accipiat.l.ſi quis
intentione ambigua.ff.de iudi.l.certum.§.1.ff. de confeſ. Bart.
in l.inter ſtipulantem.§.1.num.8.ff.de verbor.obligat.& in l. is
qui reus.col.pen.verſicul.ſin autem iudex.ff.de publi. iudi. A-
lexan.in conſil.183.col.2.circa med.verſi. tamen ad tollendum
omne dubium lib.5.Deci.in conſ. 278. num. 6. Abb. in conſil.
17.numer.11.Idque ex Bart.ratione validiore iuuatur in l.natu-
raliter.§.nihil commune nu.8.nu.12.& ſeq.ff.de acquir.poſſeſ.
Cum petitorio quiſpiam vtitur, poſſeſſorio renunciatum non
aliter intelligi, niſi contradictio incurrat. quod ob eandẽ poſ-
ſeſſionem quam habet, rem ipſam vendicet. In dubio plane,
cum ſimpliciter petitorium exercet, declarationi eius ſtan-
dum, ob quam poſſeſſionem rem petat. Quocirca ſi ob deten-
tionem aduerſarij, rei à ſe propoſitam vendicationem aſſerit,
cum ciuiliter ipſe poſſideat, amiſſam ciuilem non intelligi. Si

declarationi actoris ſtandum Bart.ait. Quid in reo dicendum
reſpectu S.erit.reg.fauorabiliores.Rurſus ſi declarationi acto-
ris ſtandum tum Bartol. putat, cum niſi poſſeſſionis iactura
non fit. Quid hic dicendum, vbi feudi totius excidium verti-
tur. Id quod confeſſionis facto, citra præiudicium admiſſo di-
citur. Quæ res ad partes ipſas ſpectat.

471 Septimo reſpondetur, errorem iuris in † minore præſumi
vti ſcriptum ante habemus nu. 228. Ibiq; in lucro etiam id ex-
preſſum. Atq; ideo inuentarij vim ignoraſſe minor præſumi-
tur, quod niſi ad vires hæreditarias non teneretur. Errore pla-
ne vel iuris admiſſo, conſenſus vllus intelligi nec in maiore po
teſt.l.fi.§.idem quæſijt. Ibiq; Caſtren. ff. de condi.indebi.l.an-
tepen.Ibiq; Bar.& alij.ff.de acquir.hæred.l.ſi ſoror.Ibiq; Dec.
in 2.nota.C.de colla. Old.in conſ.214.factum tale eſt, in inſtru
mento.in fin. Atque in renunciatione per errorem iuris inter-
poſita vigoris quicquã non ineſſe, Imola probat. in l. Mæuius.
§.duob. nu.9. verſi. & ideo ſi poſt dictum tempus.ff.de lega.2.
cum ad ea ſe refert, quæ no. ſunt in d.l. antepen.ff. de acq. hæ-
red.ſequitur Alex.in conſ.13. col.fi.lib. 6. Tradit idem Alex.in
l.1.C.de repudian.bon.poſ.Rui.in conſ.127.nu.17. libr.3. Et in
ſpecie ratihabitionis ſeu approbationis, viribus vacuam ob iu
ris eam errorem fieri, Bald.not.in conſ.322.vidua petijt num.1.
verſic.præterea quod magis pungit.lib.2. Ex quo Bal.dicto ex-
tra controuerſiam prorſus res ponitur.

Octauo reſpondetur non modo iuris, ſed & facti errorem
in rati aſſerta habitione interueniſſe. Namq; cum niſi ex inuẽ-
tario hæres non eſſet, ſi hæredem ſimpliciter ſe dixit, erronea
472 id genus aſſertio apparet. Eo ipſo .n. † error denudatur, quod
rem aliter habere oſtẽditur. Id quidem in primis, cum damni
excluſio vertitur Bar.in l.ſed etſi me putem in prin.ff.de cond.
indeb. Alex.in conſ.89.nu.13. ver. & eo ipſo quod apparet lib.
2.& in conſ.69.nu.11.lib.5.Soc.in conſ.263.nu.11.lib.2.Cur.Se-
nior.in conſ.69.nu.8. Hoc amplius probationem hanc erroris
in facto proprio cum aliter veritatem habere demonſtratur,
ſimpliciter & citra diſtinctionem damni vitandi, lucrive omit-
tendi, Cald.admittit in conſ.1.de confeſ. Abb.in conſ.vlt. ante
fi.lib.2. & apud nos in conſ. 157. nu. 8. Sed admirationi maiori
tribuẽdum, quod apud Curtium ſcriptum poſteriorem eſt in
conſ.92. num.11. citra probationem vllam damni cauendi no-
mine, in facto proprio errorem præſumi. Quod dictum nõ æ-
473 gre in minore hic agnouerim, vt non † ab re in maiore dubite-
tur, à quo & iuris etiam præſtari probationem oportet. Bar.&
Ang.in l.Sed & ſi lege.§.ſcire.ff.de pet.hęr.Idem Bar.in l.2.nu.
12.ff.de confeſ. Bald.in l.2. C. ſi quis ignor.rem minor. Alex.in
conſ.73.nu.11.lib.2.in conſ.121.viſo themate ante fi.lib. 4. & in
conſ.100.in fi.lib.7.Soc.in conſ.47. nu. 10. ver. ſed reſponde-
tur lib.1.& in conſ.59.nu.17.lib.3. Quid hic dicendum, vbi er-
ror vterq; in minore interuenit iuxta à facto, atq; iure.

Apparet ex his, Inaniter aduerſarios de aſſerta ſcriptura tã-
topere exultare, dieſq; feſtos in ea agere. Cæterum quia in iu-
dicio, quod à S.gener patitur, atque in motiuis, quę vocãt, vix
ablatis, atq; ſine delectu, ex tot aduocatorum ſcriptis loqua-
cioribus detractis, in dubitationem inuentarij firmitas in ge-
nere vocatur, Declaratione vlla nõ facta, ex qua parte vitij ac-
cuſetur, operę pretium facturum me duxi, inuentarij ipſius ro
bur demonſtrare. Et primum quidem mirari ſatis non poſſum
in genere motiuum obiectum, ſolenne inuentarium non vide
ri. Qua enim ratione certam eſſe ſententiam oportet. §. cura-
re Inſti.de actione. Ita & certas proponi dubitationes conue-
nit, ex quarum diſſolutione ad ſententiam peruenitur. l. Ora-
tio.ff.de ſponſal. vnde cum ad eum modum dubia commouen
tur, Quid dubitationis res habeat, non ſatis liquere, argumen-
474 tum non obſcurum præſtatur. Quo fit † vt nec reſponſione
digna propoſitio hoc genus inçerta videatur.l. de ætate.§.ni-
hil.ff.de interrogato. actio. leg. aut qui aliter.§. ſi quis denun-
ciauerit.ff.quod vi aut clam.Bar.in l.vbicunq; nu.13.ante med.
ff.de interrogat. actio. Sed enim quo perſpicua res magis eni-
teat, reſponſionibus ſequentibus confutandum argumentum
duxi, quod ex motiuo elicitur.

475 Principio igitur reſpondetur, † cum interna inuentarij ſo-
lennitas ſit, eam præſumi.l.ab ea parte in fin. Ibique gloſ. fina.
ff.de probat.l.ſciendum cum ibi no.ff.de verb.oblig. Freder. à
Senis in conſilio 103.parrochianus colum.1. poſt med. & circa
fin.conſil.Rota deciſ.3.de proba.in antiq.Bartholom.à Bono-
nia inter conſil.Cardin.in conſilio 139. num.15. Ea ratione ad-
uerſariorum eſt, negatiuam docere, ſolennitatib.ſuis inuenta-
rium deficere.l.fin.in prin.ff.quod metus cauſ. cum alijs ſupe-
rius accumulatis num.115. Id quidem præcipue, decreto inter-
poſito, vt in ſpecie inuentarij Bal. ſcribit in conſ.147. inuenta-
rium nu.2.lib.4.

476 Secundo reſpondetur, vſu receptas † ſolennitates inuenta-
rij non eſſe, dum fraus tamen abſit, vt ex magiſtro notariorum
Bal. teſtatur in conſ. 63. in confectione inuentarij lib.3.& in d.
conſ.147.inuentarium hæredis num.3.lib.4. Id quia, ad verita-
tis ſimplicitatem, non nimiam aut ſcrupuloſam ſubtilitatem
reſpiciendum, laqueoſque id genus ſolennitatibus inijci Bald.
ait. Doctori plane tam illuſtri cõſuetudinem, deſuetudinẽm-
ue aſſeueranti præſumptione tenus credendum, quæ proban-
di onus in aduerſarium transferat, crebriori doct.ſentẽtiæ pla-
cere, ſcriptum apud nos legitur in conſ.166.nu.9. Quibus col-
legium doct.Ferrarienſium accedit in reſponſo poſt Card. cõ-
ſilia numero 16. Afflict.in c. 1.num. 35.de feudi cognitio.& in c.
1.num.12.de natu.ſucceſ.feudi Pariſ.in conſil.13.numer.32. lib.
1. Goza.in conſ.59.numer.18. Curt.minor.in conſ.60.nume.5.
Soc.iun.in conſil.126.numer.40.in fi.lib.1.in conſ.60.num.10.
& in conſ.131.num.1.lib.2. Scurfus in conſil.139.numer.3.inter
feud.fol.112. Natta in conſ.218.num.4.Rolan. à Valle in conſi.
71.num.21.& ſequ. Quibus in locis frequentiorem opin.hanc
recentiores aſſerunt. Idque locum haud dubie habet, vbicun-
que doct.plures de cõſuetudine aut deſuetudine teſtimonium
dicunt, vt Curt. Sen. tradit in conſil. 73. Super memorata nu-
mer.24.verſi.vlt.vltra præmiſſa.Pariſ.in d.conſ.13.nu.32.libr.1.
Natta in d.conſ.218.nu.4.Rolan.in d.conſ.71. num.23. & apud
nos in conſ.325.col.1. in fin. At enim & Magiſtri ſententiarum
& Bal. teſtimonia hic deſuetudinis huius dantur. Id eſt, in de-
ſuetudinem ſolennitates has inuentarij abijſſe. Et in deſuetu-
dine, doctoris eam aſſertione probari, Caſtren.ait in conſ.458.
viſo caſu in fi.lib.2.Soc.in conſ.275.nu. 4.lib.2.Barba.in çonſil.
55.nu.261.& ſeq.lib.4.inter Alex.conſilia.

477 Tertio reſpondetur, nihili † ſolennitates inuentarij in ter-
ris Pedemõtium faciendas, vbi ſola facti veritate inſpecta pro-
cedendum ſcitis, decretiſúe domini expreſſum iuxta priorib.
ac poſterioribus eſt. Ius quippe gentium tantummodo, iuris
ciuilis ſolennitate poſthabita, ob clauſulam hanc ſpectandum
Bal.ſcribit in l. & ſi inutiliter in ſecundo nota. C. de fideicom.
& in c.1.§.1.ante fin.de noua forma fideli. Rom.in conſ.20.nu-
mer.3. Alexand.in conſ.6.col.1. lib.3.& in conſ.175. circa fi. lib.
5.Dec.in c.dilecti col.2.circa fin.de iudic.in c.quoniam contra
col.2.in fi.de probat.& in conſ. 449.num.21.Iaſ.in l.certi con-
ditio.§.ſi nummos.num.33.ff.ſi cer.pet.& in conſ.105. col. fin.
lib.1. Inde firm. vt ratio ineptitudinis haberi libelli nõ debeat,
vbicunque ſola facti veritate inſpecta proceditur Signorol. in
conſ.185.num.5.verſic.nunc ad tertium.Iaſ.in conſ.2. col.pen.
in fin.lib.3.Ripa in l. naturaliter.§.nihil commune. num.181.ff.
de acquir.poſ. Et propius ſpeciem hanc Bald.confert in d.cõ-
ſil.147.nu.2.in fi.libr. 4. locum ſolennitatibus his inuentarij in
478 ſolo præcipue eccleſiæ non eſſe. Ratio eadem † ſoli Pedemõ-
tium videtur, in quo ſola facti veritate inſpecta, proceditur.
Quo caſu perinde vt à Deo iudicandum, Bal. ait in d. l. ſcimus
ante fi.prin.C.de iure delib.in d.c.1. §. 1. ante fi. de noua forma
fidel. Quod dictum magni Iaſ.facit in d.conſ.105.col.fi.lib.1. Et
quidem ita apud ſenatum excellentiſſimum pronunciatum in
cauſa controuerſiæ longe maioris inter capitaneum Michae-
lem Muratoris à Sauiliano, & à fratre eius relictam legi. In qua
inde inuentarium oppugnabatur, quod bona pretij nõ exigui,
expreſſa ſub inuentario à prudente non eſſent. Quo magis ad-
mirer, hoc genus emitti dubitationem potuiſſe, quæ niſi in ge
nere vitij inuentarium non arguit, fraudis plane, quæ ad bona
ſuppreſſa attinet, ne verbum quidem factum.

479 Et quia circa tempus † oppugnatum inuentarium dicitur,
monendi ſumus, ante inuentarij tempus conficiendi non ce-
dere, quam agnita aut adita hæreditas ſit. l. fin. §. ſi vero poſt-
quam.C.de iure delib. Gloſſ.in eadem l.§. ſin autem dubius.in
verſic.delatam Cuma, in çonſil. 129. vtrum inuentarium. & in
conſil.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0080-8

conſil.73.num.3.Caſtren.in conſil.292. circa primum dubium
col.3.in tertio dubio lib.2.Guido Papæ.q.571.colum.2. verſic.
ſed à quo tempore.Dec.in conſ.633.num.2. in ſecundo dubio.
Vnde qui à tempore inuentarium cedit, tempus probare ne-
ceſſe habet, cum adita hæreditas eſt. Neq; ad rem attinet, in-
tra tempus cœptum inuentarium non eſſe, dum intra menſes
modo alios peractum duos ſit Bal. in conſ.383. quæritur an ſi-
gnum nu.7.lib.1.& in conſ.48.factũ ſic proponitur lib.5. Gui-
do Papæ dicta q.571.

Prædictis etiam tacentibus, extra controuerſiam per ſen-
tentiam præfecti res ponitur. Qua vtile & ſolenne inuẽtarium
hoc ipſo & in antecedens neceſſarium pronũciauit, quod diſ-
cuſſionem in bonis allodialibus faciendam iuſſit. Quæ neceſ-
480 ſaria diſcuſſio, inuentario † vitioſo aut inutili, non erat. Siqui-
dem ſatis ab hærede vel ſupra vires fieri hæreditarias oportet.
d.l.fina.§.& ſi præfatam.C.de iure deliber.§.ſcimus. & §. ſi ve-
ro abſunt in Aucten.de hæred.& Falci.Bald.in d.conſ.63.lib.3.
ſententiam plane ad id protendi, quod in antecedens aut con-
ſequens neceſſarium venit, dubitandum non eſt.l.1.C. de ord.
iud.l.1.C.de ordi.cognit.Bar.in l.& ex diuerſo.§.1.nu.2.§.de rei
vend.Paul.de Caſtr.in conſ.232.in cauſa, quæ vertitur Piſis col.
1.in fi.lib.1.Areti.in c.licet cauſam nu.62. de probat. in l. is cui
bonis.poſt Imolam ibi.ff.de verb.oblig.in conſ. 155. diligenter
viſis num.6.ver.ergo datur intelligi. Aufrer.in deciſ. Toloſa.q.
362.in fi.Soc.Iun.in conſ.105.nu.6.lib.2.

481 Hoc amplius ſuperuacuum † inuẽtarium quantum ad feu-
dum antiquum eſſe, Cor.putat in conſ.199.col. 18. in ſecundo
dubio lib.2.Iaſ.in conſ.56.colum.6.lib.3.Soc.Iun.in conſil.72.
num.28.& tribus ſeq.& num.68.ver. & ſi dicatur quod prædi-
cta lib.1.Expreſſius in conſ.74.nu. 29. verſic. ſed ſecundo loco
dico & nu.ſeq.eod. lib. 1. Quid in feudo hic tam antiquiſſimo
dicendum? Dictum tamen hoc affirmandum hic ſimpliciter
non cenſui, cum neceſſaria diſceptatio nõ ſit, inuentario ipſo
ritè, rectéue peracto. Diſtinctione tamen dictum hoc forte iu-
uarem, vbi res poſceret.

Vtile plane inuentarium vel in feudo eſſe, quod hæredita-
rium ſimpliciter aut abſolute non eſt, hoc eſt, quod ad extra-
neos non ambulat, maximæ doct.parti placet, vt ex Alexan. li-
quet in conſ.124.nu.7.lib.4.Deci.in conſ.185.num.5.in l.debi-
tori num.19.C.de pact. vbi ad conſi.memoratam quæſtionem
reijcit.Cui conſil.Affl.etiam adſcribit in c.1.num.11.an agn.vel
fil.Idem Iaſ.probat in d.conſ.56.colum.6.verſi. quarto reſpon
detur lib.3.Ruin.in conſ.38.nu.18.20.& ſeq.lib.1. & in cõſ. 68.
colum.pen.poſt med.lib.Pariſ.in conſ.10.nume.6. & ſeq.& in
conſ.23.nu.201.lib.1.Rubeus Alexand.in conſ.84. num. 7. cir-
ca med.& in conſ.164.num.14.in fi. verſic. Immo fortius dico.
Soc.Iun. in conſ.112.num.13.& ſeq.lib.2.Pernus in conſi.6.nu.
2.in fin.& numer.5. in fin.inter feud. vt mirum ſatis facere ne-
queam, in controuerſiam id vocatum in motiuis eſſe. Poſtre-
mo cum minorem quam annis vigintiquinque generum eſſe,
acta teſtentur, reſtitutionis in integrum ope haud dubie iuua-
retur.

Cum in his ſcribendis occuparemur, delatum eſt, interlo-
cutionem à Senatu excellentiſſimo dictã, qua facultas genero
datur, in quibus rebus velit, matris, nouercæ dotes acceptas fe
rendi. In qua re mirum, ni tanta, tamque terrifica, inſolénſue
partis diuerſæ retuſa iactantia ſit. A iure quippe offerendi in-
terlocutio hæc haud dubie excludit, ſiquidem rem ipſam ſedu
lo obſeruamus. Præterquam ſi ob bona paganica integrã do-
tium pecuniam offerendam pars ducat. Voto cuius obtempe-
raturus non grauate gener erit, feudum plane cum filij, agna-
tiue iure, non quaſi creditor gener habeat. Rurſus hypothecæ
quicquam parti in feudo non ſit, Quomodo ius in eo exerce-
re offerendi valeat, aſſequi ſatis nequeo. Quod ſi ad iudicium
aliud adoriri nouum cõſtituit, ſumptibus litis reſtitutis. Quod
gener defendat, non deerit.

Quod vero S.nomine obiectatum è regione eſt, alienabile
generi feudum hoc ipſo factũ, quod venale expoſitum ſemel
eſt.l.pater.§.quindecim.ff.de lega.3. Diſſolutum ex ſuperiori-
bus liquet, venum enim expoſitio facta, vt ſatis ex eo ob dotes
matris genero fieret. Vnde ſicut vigoris quicquam dationem
inſolutum de feudo creditoris generi non habere, & ante de-
monſtratum, & ſententia deinde patefactum Senatus excel-
lentiſſimi eſt, ita ſubhaſtationes omnes cum expoſitione ipſa
venali irritatæ penitus ſunt per ea, quæ verbis pluribus ſcripta
ante ſunt nu.403.

482 Secundo medij & finis † idem iudicium æſtimatur. l. Ora-
tio.ff.de ſponſal.l.auia.§.Titia.Ibique Bald.ff.de condit. & de-
monſt.l.annua.§.Titia.ff.de annuis leg.Iaſ.in l.2.in prin.nu.24.
& in l.centurio num.40.ff.de vulg. Bald. huc ſpectat in conſil.
105.verba dicunt, ante fin.libr. 1. Quæ ad finem aliquem ordi-
nantur, ſecundum finem ipſum regulari. Idem Soci. ait in cõſi.
278.ante fi.lib.2. Quare fine ſubhaſtationum, id eſt, datione
ipſa inſolutum diſſoluta, quæ in re conſiſtere creditoris nõ ſo-
let, non poſſunt ſubhaſtationes & media omnia non reſolui,
per quæ ad dationem ipſam inſolutum peruenitur. Vitio igi-
tur ſubhaſtationum admiſſo, nihil eſt, quod alienabile ex acti-
bus nullis factum feudum dicamus, per ea quæ plenius ſcripta
483 in ſuperioribus ſunt nu.229.& nu.250. Et quidem † quomodo
fieri poteſt, vt ex actibus conſuetudo introducatur, qui perdu-
cti ad effectum non ſunt, vtpote reuocari reg.non præſtat im-
pedimentum. Oldra. huc pertinet in conſ.313.nu. 3. ex actibus
præuentionem iuriſdictionis non induci, qui effectum nõ ha-
buerunt. Et quod de citatione inutili dicimus, nullum ex ea
effectum ſequi Brun.in conſ.20.nu.12.per text.in l. eum quem
temere cum gl.fi.ff. de iudic.& in l.ſi accuſatoribus.C.de accu-
ſa, & alia, de quib. apud eum. Anto.huc de Butr. ſpectat in cõſ.
25.in 1.dubio. inteſtatum deceſſiſſe, à quo teſtamentum æditũ
vitioſe eſt, vt aliud in eadem facti ſpecie viſum Rom. in conſil.
199.præſens ſtatuti particula. In qua tamen re diſtinctio Decij
placet in c.cum acceſſiſſet col. 10.verſic.quarto declaratur, de
conſtitutio.vt referat, vtrum effectũ actus nullus habeat, quia
de facto obſeruetur, Quo caſu ex actibus nullis conſuetudinẽ
introduci. Rationem aliam eſſe, ſi effectu actus nullus caret,
ibi enim fieri non poſſe, vt in eo cõſuetudo intelligatur, quód
484 vacuum ab effectu eſt. Itaq; reuocatione † dationis huius in-
ſolutum, ſeu declaratione vitij eius quantum ad effectum Se-
natus ipſius iudicio facta, nihil eſt, quod feudi alienandi con-
ſuetudinem ex actu reuocato metiamur. Cum nihil interſit,
facta omnino datio inſolutum non ſit, an reuocata.l.1. §. quib.
ff.quod cuiuſq; vniuer.nomi.l.creditores.ff.de verb.ſing. Et a-
pud nos in conſ.80.num.4.locupletius in conſ.182.col. 1. & in
conſ.293.num.10. Æque non refert, factum quid omnino non
ſit, an effectũ non habeat.l.nihil.§.1.ff. de inoffic.teſta.l. ſi quis
in Senatore.l.eos qui.ff.de ritu nupt. l. ſi quis ſub conditione.
ff. de teſta. tutela. l. 2. §. ſed & ſi ſint ſui. ff. de ſuis & legi. l. ex
conſenſu.§.1.ff.de appell.l.1.§.fi.ff. ad Turpil.l.ſi pater.C.ne de
ſta.defunct.l.vni.§.penul.C.de cadu.tol.l.2. & l. fin. C.ſi à non
compe.iud.

Tertio reſpondetur, reuocatione etiam dationis inſolutum
tacente, ad rem argumentum non attinere. Quoniam actuum
485 frequentiam † conſuetudo expoſtulat, tantum abeſt, vt vnico
contenta actu ſit Bar.in l.de quibus nu.21.in fi.verſi. quandoq;
ad probationem conſuetudinis & num.23.verſic. Sed quid de-
bent deponere teſtes.ff.de ll. Abb.in conſ.53.nu.4. lib. 2. Ang.
Aret.in §.ex nõ ſcripto nu.28.circa med.Inſti.de iure nat. Hoc
amplius neceſſe eſt, actus hos frequẽtes, publice vſitatos præ-
ſentibus & ſcientibus multis & infinitis perſonis, adeo vt diju-
dicari poſſit, partis maioris conſenſum interueniſſe Alexan.in
conſ.131.num 9.in conſ.136.nu.17. verſic. quinimo dico quod
teſtes in conſ.196.num.13.& ſeq.maxime verſic.ſed teſtes præ-
dicti non deponunt lib.2.& in conſ.173. nu.4. verſic. quinimo
etiam vltra prædicta lib.6.Dec.conſi.215.colum.3.verſi. tertio
quia ad probandum conſuetudinem.in conſ.402.nu.14. in cõ-
ſil.83.nu.25.& in conſ.538. nu. 9. Itaq; neceſſe eſſet, alienatio-
nes plures ita factas, vt cognitas eius pars maior comitatus
Plozaſchi habeat. In membris cuius Noni caſtrum & feudum
eſt.

486 Quarto tempus antiquum, quód † hominum memoriam
excedit, conſuetudo hæc feudi alienandi expõſtulat Iſer. in c.
1.§.præterea in princ. Ibique Afflict. num. 24. & pluribus ſeq.
de capit.Corra. Cuma. in conſilio 163. Guarnerius in ſecundo
dubio. Vbi vel tempus hoc vetuſtiſſimum, vel decennium,
dum bis modo ſecũdum alienationem iudicatum ſit, neceſſa-

rium ſcribit. Tempus hoc vetuſtiſſimum, quod ſuperſtitum
memoriam excedit, Brunus etiam obſtat allegata conſuetu-
do. Quid hic dicendum, vbi ne quidem anni conſuetudo enar
ratur. Sed nec mentio prorſus conſuetudinis fit. Sui tamẽ Iſer.
diſſimilem, doct. quæ pleroſq; ab opin. hac diſſentiẽtes lector
operoſus ſeduluſq; inueniet. Quibus cum glo. conuenit, tem-
pus 40. ſatis annorum eſſe, ſed otioſam diſceptationẽ eſſe non
obſcure liquet.
487 Quinto in caſu ſpeciali † aut controuerſo probari conſue-
tudinem oportet. Id eſt ob cauſas etiam voluntarias alienatũ
feudum eſſe. Quale debitum aduerſarij eſſe, ſuperius oſtendi-
mus. Eam ob cauſam ſatis non eſſet, in genere docere feudum
alienatum Noni eſſe, niſi ſi in ſpecie probatio præſtatur, ob
debita etiam voluntaria alienationes factas. Quid enim ſi ob
debita neceſſaria inſecuta alienatio ſit, nũquid ad debita ex eis
argumentari voluntaria licebit. In quibus diuerſa nec paulo
ratio vertitur. l. fi. ff. de calum. Atq; probationem conſuetudi-
nis in ſpecie præſtandam, Id eſt ita in caſu controuerſo cõſue-
tudine receptum, verbis exempliſq; & teſtimonijs doct. plu-
ribus declaratum apud nos legitur in conſ. 96. nu. 4. & in conſ.
197. nu. 12. Atq; nominatim in conſuetudine feudi alienandi,
idem Riminal. probat in conſ. 302. nu. 14. lib. 2. Curt. minor in
conſ. pen. num. 9. verſi. nec obſtant quædam alia. Quid hic di-
cendum, vbi apertiſſime liquet, ob cauſam neceſſariam & de-
cretis permiſſam alienationem factam, hoc eſt, propter dotes
matris reſtituendas. Quocirca coniecturis locus in re manife-
ſta non eſt leg. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.
488 Sexto ex diuerſis & ſeparatis † penitus aduerſarium colli-
gere, aliter etiam & ſignificãtius oſtenditur, quod inſolutum
feudum datum filio & agnato eſt, qui ad id venturus omnino
erat. Et cui vel remotiori dominoq; conſulto alienari impune
poterat. c. 1. in pen. reſpon. Ibique Bal. & Cardi. Alex. de alien.
feudi pater. c. 1. §. præterea de prohi. alie. feu. per Fred. Fred. de
Sen. in conſ. 228. factum tale eſt, duo fratres. in 1. dubio. Barto.
& Ang. in l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſactio. Bart. in l. & ideo in
princ. ff. de cond. furti. Idem Bar. & alij, in l. ſi domus in fi. ff. de
leg. 1. in l. qui Romæ §. duo fratres. q. 10. ff. de verbo. oblig. & in
conſ. 58. ex themate prædicto tria dubia. in ſecundo dubio. Si-
gnor. in conſ. 10. nu. 1. Bal. in conſ. 282. proponitur quod nobi-
lis vir dominus Manfredinus nu. 2. verſic. in eo vero, quod tan-
gitur. lib. 5. Ioan. de Ana. in conſ. 47. circa fin. Paul. de Caſtr. in
conſ. 432. cum ſtatutum principaliter nu. 2. lib. 1. Alex. in conſi.
19. col. pen. in 4. dubio lib. 6. Ruin. in conſ. 1. nu. 19. verſic. quod
probatur ex eo libr. 1. Conſequens argumentis his quinto &
ſexto fit, ex caſibus iure, decretiſúe permiſſis, ad caſum prohi-
bitum argumentum deſumi, filio & agnato inſolutum datum
feudum eſt, Alienatio feudi ob cauſam facta neceſſariam legi-
tur. Ergo tantundem in extranei gratiam, & ob debitum pro-
bandum voluntarium erit.
Si dixeris, ad feudum Noni in vniuerſum argumentum nõ
pertinere, vt alienare id liceat, verũ ad bona ſolummodo, quæ
489 data † inſolutum ſunt, vt ſemel alienata, alienabilia perpetuo
maneant. Reſpondetur, locum argumento in prohibitione
reali non eſſe. Quotiens ad rem ipſam prohibitio ſpectat, quia
res ipſa alienari prohibetur. Similiter vt hic feudi enim prohi-
bita alienatio eſt, non etiam ad perſonam prohibitio reſpicit,
vt ex titul. de prohib. alien. feudi per Freder. & per Lothar. in
rubro & nigro. In rem enim verba prohibitionis concepta,
non in perſonam ſunt. Scriptum quippe non legitur, de vaſal-
lo prohibito alienare. Ad prohibitionem plane realem text.
non pertinere in d. l. pater. §. quindecim. Bar. ibi ſcribit num. 4.
verſi. oppono d. l. peto. & in d. l. peto. §. fratre nu. 2. in verſic. ve-
nio ad quartam partem. ff. de lega. 2. Paul. de Caſtro, in l. volũ-
tas in fin. Ibiq; Iaſ. nu. 11. C. de fideicom. Alex. in l. 1. nu. 88. ff. de
offic. eius. Dec. in c. ſi pro debilitate nu. 3. circa med. verſi. Sed
reſponderi poteſt, de offic. deleg. in conſ. 88. in fin. & in conſil.
182. in fin. In qua re non ſine flagitio lapſus Bologni. depre-
henditur in conſ. 43. num. 8. Qui ad inſolentes, atq; abiectas
non raro opiniones accedit.
Secundo reſpondetur, argumẽtum ipſum inficiando. Quo-
modo enim alienabile factum dici feudum poteſt quod filio
ipſi & agnato traditum inſolutum eſt. Alienatio quippe hæc
non dicitur, Quatenus & natura ſua ad filium ipſum venturũ
omnino erat. Quapropter coloris pluſculum in argumento
eſſet, ſi extraneo traditum feudum fuerat.
490 Tertio reſpondetur extraneo, iureq; licito † feudum tradi-
tum aut alienatum eſto ſit, Attamẽ ſi ad agnatum redierat, na-
turam ſuam recuperat, ne alienare id concedatur, vt ex Bal. o-
ſtenditur in l. 2. nu. 7. verſi. ſed pone Papa. C. de ædili. actio. vbi
in re eccleſiæ alienabili ſemel facta loquitur, quæ iuſſu diſtra-
cta pontificis ſit. Si ad eccleſiam redeat, naturam priſtinam re-
ſtitui, ne alienandi ius competat. Quid hic dicendum, vbi ex-
tra naturam ſuam feudum vnquam non exijt.
Quarto reſpondetur, extraneo feudum eſto alienatum ſit,
vel extraneum Dominum eſſe Hectorem fac, cui datum inſo-
lutum eſt. Nihilo ſecius argumentum mouet. Id quia initio
ipſo qualitatem interuenire alienabilis oportuit. Id eſt, cũ no-
mina debitorum facta & hypothecæ à debitore ſuppoſita bo-
na ſunt. Cæterum cum debitore Claudio mortuo & per datio
nem inſolutum filio factã alienabile factum proponatur, ad-
uerſario id nihil quicquam proficit, qui niſi hypotheca bono-
rum debitoris non nititur, Sed enim hypotheca in feudo con-
ſtitui à debitore non potuit, quod alienabile nondum eſſet, d.
cap. 1. de prohibit. aliena. feudi per Freder. cum alijs ſermone
pleniore in ſuperioribus adſcriptis nu. 293. & nu. 390. ver. hoc
amplius.
Apparet ex his, atque ex plena & perfecta partium enume-
ratione argumentum hoc refelli, quod ex d. §. quindecim, de-
riuatur. Id eſt, aut alienabile factum feudũ admittimus, & ad
rem id non attinet, quatenus ad irritum per ſententiam dedu-
cta alienatio eſt, vtpote de re creditoris ſolutione facta, aut a-
lienabile factum feudum non dicimus, quod rationibus me-
moratis & inuictis magis eſt probare, & à controuerſia omni
vacua res apparet.
Quæſtionem hic attingendam cenſui, locus ſequeſtrationi
fructuum villæ contentioſæ an non contra P. ſit. In qua re quo
planior & expreſſior ſpecies ipſa fiat, vnum diſcutiendum, at-
que alterum duxi. Primum vtrum ſuſpitionem aduerſarius pa-
tiatur, ob quam permitti ſequeſtratio debeat. Alterum, locũ
necne ſequeſtratio in priori inſtantia habeat. Circa primum,
491 dubitandum non eſt, quin † ſuſpitionis cauſa iuſta hic inter-
ueniat, cum ſoli bona perpauca reus habeat. In æreq; alieno
grauiore ſit, quàm vt diſſolutioni eius ſatis ſit. Idque ex reſcri-
ptis perſpicere moratorijs licet. Suſpectus enim habetur, cui
ſoli bona non ſunt æri alieno ſoluendo paria glo. & doct. in l. ſi
fideiuſſor. §. fi. & in l. ſciendum in prin. Ibique Bar. nu. 4. Iaſ. nu.
21. verſic. ſecunda concluſio. ff. qui ſatiſd. cogan. Sal. in l. vnica
nu. 3. circa prin. C. de prohib. ſequeſtra. Imola in l. facere. ff. ſo-
lut. matr. Abba. in c. 2. nume. 9. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Caſt. in
conſ. vlt. pro pleniori examine circa princ. lib. 1. Alex. in conſil.
37. nu. 13. lib. 2. & in conſ. 64. col. 3. ver. quinimo puto lib. 5. Pa-
riſ. in conſ. 99. nu. 36. lib. 3. In qua re obſeruandum, in caſu du-
bitationis maioris, hoc eſt, grauioris præiudicij doct. loqui, vt
ob ſuſpitionem hãc debitor capiatur. Ea ratione facilius ſuſpi-
tio hæc agnoſcenda ob ſequeſtrationem erit, in qua dedecus
non perinde, vt in captura verſatur.
492 Neque ad rem attinet, † aliena cauſa æs ipſum alienum cõ-
flatum. Imo enim grauior ob id ſuſpicio creſcit. Quatenus ad
bonorum effuſionem fideiuſſio ſpectat. Inde locus repetitio-
ni dotis matrimonio conſtante contra maritum fit, qui fidem
ſuam pro alijs interponit vt Ang. & poſteriores docent in l. in
perſonam. §. qui pecuniam. ff. de pactis. Quem text. vna ſimul
cum l. contra interpretatus Iaſ. eſt. Tradit idem Iaſ. in l. ſi con-
ſtante in prin. nu. 138. ff. ſol. mat. Rurſus ſuſpitio eo maior, quo
debitor potentior principalis eſt. l. 2. in prin. Ibiq; glo. & doct.
ff. qui ſat. cogan.
Nihil item faciendum, in tutorem quantum ad æs alienum
eſſe. Cum factum per debitorem ſit, vt negotio omni credito-
rum fideiuſſor leuetur. Quoniã tandiu ſuſpicio durat, quam-
493 diu æs ipſum extinctũ alienũ ſit. Qua. n. † ratione cauſa tacen-
te effectus ſilet. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patr. Ita ex diuerſo
cauſa conſtante, effectum quoque perſiſtere eius conuenit, Vt
eadem ſit contrariorum diſciplina. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. Et in ſpecie eouſq; effectum manere, donec extincta
cauſa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0082-0

cauſa ſit, tex.docet in l.ſi cui.§.1.ff.ex quib.cauſ.maior.in.l.2.§. omnes.ff.de iud.& in l.qui nominib. ff. de admi. tutor. cum alijs apud Signorol.relatis in conſ.135.nu.6.

Secundo reſpondetur. Siquidem extra territorium modus conſtitutus in creditoribus dimittendis eſt, minime ea res
494 facienda. Quatenus † neç bona debitoris immobilia ſuſpitionem eluunt, ſi in territorio ipſo non poſſidentur Bal. in dict.l. ſciendum in prin.nu.2.in fi.ver. extra glo. quæro aliqua.ff. qui ſat.cog.in l.ſi fideicommiſſum tractatum num.2.ff.de iud.& in conſ.312.in cauſa Baptiſtæ nu.4.lib.5.per gl.in l. fi. in ver. ordinatoriæ. C.de prin.agen.in reb.lib.2.Anch.in cõſ.85. ex theoricis.col.1.circa med.Alex.in conſ.91.nu.5.lib.7.Iaſ.in d.l.ſciẽdum.§.poſſeſſor circa prin.Pariſ.in conſ.80.num.43.lib.1.& in d.conſ.99.nu.38. lib.3. Et quanquam in ſpecie excuſſionis extra territorium vicinum in perniciem tertij poſſeſſoris à dubitatione vaçuam ſententiam hanc non putem: In ſequeſtratione tamen, in qua tertij incommodum non inçurrit, non poſſum in ſententiã hanc non conſentire. Tametſi extra ambiguitatem res poſita ob locorum etiam & territoriorum interualla ſit. Itaque ſi poſſeſſio bonorum ſoli, extra territorium ad ſuſpitionem detergendam non confert. Longe minus profutura prouiſio erit, quæ circa creditores facta dimittendos aſſeritur.

Tertio reſpondetur, æs alienum eſto ſublatum iam ſolidum fac, à ſuſpitione immunis nihilo magis P. videtur. Siquidem pecuniam non tenuem ob fructus perceptos debet. Quib.reſtituendis adſtrictum eum ſuperius oſtendimus nu.286.& ſeq. Rurſus dotium vxoris haberi rationem oportet quę executionem in bonis mariti ex d.l.ſi conſtante.& l.vbi adhuc.C. de iu. dot.impediret. Conſequenter his dicendum, quod ad ſuſpicionem attinet, ab ea aduerſarium non abeſſe. Dubitationis alterius explicatio ſponte ſua ex priore emanat. Suſpitione
495 † enim patefacta ſoluendo reum neque fructibus parem reſtituendis eſſe non obſcure apparet. Quo caſu ſequeſtrationi vel ſub inſtantia priore locum dilapidationis etiam metu amoto Abb.ſcribit in cap.fi.nu.7.& 9.de ſequeſtra. poſ. & fructuum. Curt.in d.l.vnica nu.11. C. de ſequeſtra. prohi. in ſeptimo vol. reperitio. Quæ opinio ratione validiore iuuatur, Namq; ſi ad capturam debitoris ſuſpicio valet, quæ à defectu aut pauperie bonorum ſoli exiſtet, ſic quomodo monſtratũ ante habemus, Quanto facilius ſequeſtratio permittenda fructuum erit, in quibus probro quis non ſimiliter vt perſona capta afficitur Ang.Areti.in §.1.col.5.circa med. verſi. ego autem ſemper Inſti.de actio.Cor.in conſ.295.col.2.libr.3. Dec.in conſ.73.col.1. Curt.in d.l.vni. nu.43.in fi.C.de prohi.ſequeſtra.

Ad euentum tandem labores noſtri inexhauſti, atq; id ætati quam grauiſſimi, ſuperis ipſis iuuantib.peruenerunt. Extremum illud erit, vt numero nonnulla recolligamus, quæ ex reſponſo hoc emicant. Primum omnium indefenſum generum minorem in cauſa poſſeſſoria fuiſſe. Quam defenſionib. præſtitis, obtinendam ab eo fuiſſe teſtatum ſatis in ſuperiorib. eſt, nu.214.ad vſq; nu.221.Inde facere cõiecturam licet, quid iacturæ factum à minore ſit. Secũdo ſi redemptio villæ facta ex parte fuerat, commodo fructuum temporis excurſu potitus minor eſſet, in quibus quãtum pretij ſit, nihil eſt quod in eo perſuadẽdo labor capiatur. Tertio ſi ex fide bona rem, vt acta eſt, intuemur, tam in aureis 400.ob pannos ſericos, atque in alijs non paucis, ſi illud explorare libet, quos ſumptus quã grauiſſimos P.vitio ante etiam venditor pertulit, quam bona diſtraheret, ſic quomodo de viris non leuibus accepimus. Mirum, ni ius omne iuxta diuinum, naturale ac humanum cum minore faciat, ſed enim fecerũt ſuperi, quibus in aperto intima quæq; mortalium ſunt, vt vitijs tam plurimis, tamq; manifeſtiſſimis contractus hæreat. Eaq; ratione æque in petitorio atque in poſſeſſorio victorem minorem à iudicio diſcedere rectum, æquúmue ſit. Quod ad S. ſpectat inuideri minori non debet, ſi quod reliquum feudum eſt, iure non irreligioſo tueri ſtudet. An non ſatis ab eo diſpendij ex contractibus alijs acceptum. Quem & nouercæ dotes numerare ex dote alia vxoris oportuit. Quid ſi ad incommoda hæc, veſtium etiam & ornamẽtorum, mundiq; matris muliebris, pretij haud exigui, detrimentum accedit. Gratioſum deniq;, ſi dijs & legibus placet, litis redemptæ ius & cõtractuum, quib.S.nititur, ingenium oculis æquiorib. intueamur. Quid aliud quam ex ſinu toga? Quapropter ſi ponderibus, moduliſq; ſuis in iudicijs his, id quod futurum non dubitamus, ratio vtetur, nihil eſt, quod à radice tam languida timeatur. Sed Superis omnia, iudicúmue conſtantiæ ſtudio exacto, & religioni committenda.

Laus Deo, virgini, Diuoq; meo tutelari Ioanni Euangeliſtę, & cœleſtibus cunctis, In Monte Regali die 22. Iunij, 1564.

F I N I S.

# Reſponſum Crauettæ II.

# IN EADEM MATERIA COROLLARIVM SIVE RESPONSVM EIVSDEM AYMONIS CRAVETTAE.

## AD CANDIDVM LECTOREM.

IVs ſcriptum ſicut palam omnibus eſt, ita publicè refert, quæ à iure ipſo pendent, notiſſima omnibus fieri: quo veritatis ſcilicet indagandæ excutiendæúe ratio promptior inueniatur. Qua de re cum moribus mihi curiarum non conuenit, quibus viſum eſt, quæ ex iure ipſo agitationes, hæſitationéſue conſtant, clam eas litigatorum aduocatis patroniſq; habendas. Neque rei huius magni illam pendendam cauſam exiſtimem, incommoda ex dubitationum id genus teſtificatione ſecuta, non raro compertum. Tolerabilius quippe æſtimandum, rem vel indignam perferri, quam vt veritatis celandæ occaſio præbeatur. Inde non irreligioſe ſcriptum apud ethnicum iuris prudentem legitur, Sanctius eſſe impunitum nocentis crimẽ relinqui, quam innoxium pœnæ ſubijci. Rei huius exemplum capere non longinque hic eſt, vbi tanta argumentorum copia rationibuſque tam multis, inde collectis, ipſius ſibi ius ablandiri aduerſarij pollicentur, vt quæ nitida vndique lucent, caligine ea collinere, atque fuſca penitus efficere videantur. An non vtile publicè eſt, nubeculas tenebraſque omnes quæſtioni obductas detergi, ad candoremque ita rem pellucidum reſtitui, vt ambiguitatis totius explicandæ dirimendæúe certius faciliuſq; iudicium tandem ſtatuatur? Cum à iure & æquo ſe ſtare vterq; ſibi perſuaſum litigator habeat, rationibus vltro citroque denudatis, non de cauſa ipſa apertius certiúſue religioni liquere iudicantium poterit. Quos cunctabundos propterea timidoſque in litibus dijudicandis eſſe, non ab re ſapientes monent, Quod ad authorem attinet, nihil aliud in ſaxo negotij huius, ſane quam odioſi, tam diu tantaque moleſtia voluendo expetendum neque cenſuit, niſi vt acri magnoque iudicio, id quod ſpes ipſa blanditur, rationum ab his diſcretio atque diſcuſſio ita fiat, qui tribunali ipſi Senatorio præſunt, vt ſplendidum tandem atque integrum iudicium prodeat.

# SVMMARIA ORDINE ALPHABETICO IN SECVNDVM RESPONSVM CRAVETTÆ DIGESTA.

### A.


*ABlatiuis abſolutis conditionem induci, nu. 89.*

*Abſurdi declarandi nomine ſermonem vulnerari, nu. 29. ver. Quinetiam & in verſi. Improprie.*

*Abſurdi excludendi cauſa ſermonem generalem reſtringendum, nu. 29. Et in ver. generalitatẽ, reſtrictionem, vniuerſalia.*

*Abſurdum vt caueatur, interpretationem admittendam quamuis ad literam, vt iacent verba, accipi ſcripturæ debeant nu. Et in ver. Interpretationem.*

*Agnationem per diuitias conſeruari publice vtile eſſe, nu. 63. Et in ver. vtilitas publica.*

*Alienandi prohibitionem ad alienationem illicitam reſtringi, nu. 84.*

*Amor furorem habet, nu. 7.*

*Amoris cauſa pœnam leniorem ſtatui, num. 7. in fin.*


### B.


*BAldi locus in conſ. 20. lib. 1. nu. 44. enarratur.*

*Bonus quis in perniciem alienam, nec ſi princeps ſit, præſumitur, numer. 34.*


### C.


*CAſum omiſſum iuri communi relinquendum, nu. 95.*

*Cauſa. Ad cauſam ſuam diſpoſitionem reſtringendam, nu. 65. Et in ver. reſtringi.*

*Cauſam iuſtam in ſpecie enarrandam, neque ſatis probationes eius eſſe, quotiens niſi ob eam cauſam facere non conceditur remiſſiue, numero 10. 109.*

*Cauſatiuum. De neceſſitate cauſatiua, nu. 4.*

*Clam. Quæ niſi clam non fiunt, per teſtes non idoneos probari, num. 108. ver. in cauſa eadem. Et in ver. coniurationem, ſocius criminis.*

*Conditione deficiente, locum diſpoſitioni non eſſe, nu. 90.*

*Confeſſio probationum antiſtes, nu. 81.*

*Confeſſioni in ſpecie prohibitoria fidem non haberi, nu. 80.*

*Confeſſio. Cum pecuniam accepiſſe quiſpiam conſitetur, De tempore cõfeſſionis numeratam eam intelligi, nu. 80.*

*Coniurationem Socius criminis prodit, nu. 108. verſic. in cauſa eadem. Et in ver. clam. Socius criminis.*

*Conſeruatio bonorum vtilitati publicæ fauet, nu. 62. ver. ad vtilitatem. Et in ver. vtilitatem publicam.*

*Conſuetudo obſeruatióue ab eo probanda, à quo allegatur, nu. 103.*

*Conſuetudinis probationem in ſpecie implendam, Id eſt ita ſpecialiter & per omnia obſeruatum vt caſus controuerſus habet, nu. 104.*

*Conſuetudinem ad caſus perſonáſue reſtringendam, In quibus recepta eſt, nu. 205.*

*Conſuetudinem à iure alienam nec ad ſimiles caſus produci, nu. 105. ver. hoc amplius.*

*Correctorium ius caſus ſuos non egredi, nu. 48.*

*Correctorium ius nec ex ratione maiore extendi, niſi ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur, nu. 93. Et in ver. Extenſionem, Ratio maior.*

*Contrarietates aduocationis partis, nu. 40. 41. 77.*

*Culpa, dedecoris rationem non haberi, quod volens quis ſubit, nu. 74. & in ver. volens.*

*Culpa, opem ei non ferri, qui culpa ſua indigẽs ſit, nu. 28. vberius, nu. 39. & plurib. ſeq. & nu. 102. & in ver. neceſſitas.*

*Culpam flocci fieri, quæ ordinata ad caſum non eſt, num. 56. Ibiq; limitationes declarationéſue ſubijciuntur.*


### D.


*DEbitum id intelligi, quod ab inuito exigitur, nu. 14.*

*Debitum proprie non cenſeri, quod in diem aut ſub conditione debetur, nu. 26.*

*Declaratio noui quicquam non habet, neq; aliud in declaratione, atque granorum excuſſione ineſſe, nu. 12.*

*Decretum yolant ducis, ad debita etiam neceſſaria pertinere, nu. 67.*

*Decretum Philiberti Ducis, nu. 76. explanatur ver. In Philiberti etiam decreto, &c.*

*Decreti Caroli ducis explicatio, nu. 97.*

*Deliberate quid actum ex repetitione præſumi, nu. 19.*

*Denominatio à cauſa proxima aut immediata facienda, nu. 2. Et in ver. immediatum.*

*Derogatum præcedentibus per ſequentia ratione contradictionis intelligi, cum vna ſimul conſiſtere nequeunt, nu. 66.*

*Diſtinctionem hominis repudiari, vbi facta à lege non eſt, nu. 24.*

*Dolum re ipſa, dolo parem conſilio eſſe, nu. 36.*

*Domeſtici teſtimonium in his non ſperni, quæ domi fiunt, nu. 108.*


*Dubium.*

Dubium. In re dubia interpretationem præferendam, vnde tertij ius minus læditur, nu. 36. Et in verſi. Interpretatio. Tertius. Illuſoriam interpretationem eliminandam, vnde Illuſorius actus fieri aut circumueniri poteſt, nu. 35.

E.

ENunciatiua verba ad probationem valere ab eiſq; recte argumentum deduci, ſi geminata ſunt, nu. 20.
Enunciatiuis verbis iuxta diſpoſitionem atque probationem induci quotiens propter ſe principaliter, non ob aliud exprimuntur, numero 21.
Aequitatem in ſtatuto odioſo non intelligi, nu. 99.
Aequitatem non ſcriptam iuri ſcripto contrario cedere, nu. 100.
Aequitatem ad æquitium non trahi, nu. 101. ver. gloſ. huc accedit.
Aequitati conſentaneum non eſſe, in cõmodo alieno pauperi ſuccurri, qui merito ſuo in pauperiem incidit, nu. 43.
Aequitatis cauſa introductum nõ extendi, num. 101. & in ver. extenſionem.
Exemplis rem declarari, non reſtringi, haud illepide, nu. 22.
Expreſſione facta tacitum ſilere, nu. 45. & in ver. tacite.
Expreſſum id intelligi, quod iuris rationibus, præſumptionibuſq; colligitur, nu. 37. & in verſi. præſumptio.
Expreſſum id cenſeri, quod ex mente venit, nu. 37. ver. Rurſus, & in ver. mens.
Extẽſionem in correctorijs ob rationem ne quidem maiorem recipi, præterquam ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur, nu. 93. & in verſi. correctorium. Ratio maior.
Extenſionem in eo non recipi, quod conſtitutum ob æquitatem eſt, num. 101. & in ver. æquitatis.

F.

FEudi contractum nominatum eſſe, nu. 56.
Feudi ſucceſſorem ære defuncti alieno diſſoluendo non adſtringi, nu. 87. Ibiq; ampliatur quamuis defuncti hæres per inuentarium tamen, ſucceſſor vaſallus ſit.
Fraudis nomine contractum oneroſum nõ aliter reſcindi, niſi ſi fraudem ipſam contrahens vterque participet, nu. 107.

G.

GEneralitatem abſurdi vitandi nomine reſtringendam, num. 29. Et in ver. abſurdi. Reſtrictionem. Vniuerſalia.
Generalem ſcripturam ad ea non trahi, ratio in quib. diuerſa vertitur, nu 32. & in ver. Reſtrictionem.
Generalem ſermonem ad ea non porrigi, ratio in quib. minor contingit, num. 33.
Generalem ſcripturam ad ea non trahi, prouiſio in quib. facta ſpecialis legitur, nu. 52. Et in ver. repetitio.

I.

IMmediatum. A cauſa immediata & proxima denominationem faciẽdam, nu. 2. Et in ver. Denominatio.
Impoſſibile æſtimari, quod ex ſalutis diſcrimine ſit, num. 8. ver. quomodo fieri. &c.
Impoſſibile id haberi, quod ſine perſici turpitudine nequit, nu. 8.
Improprie verba intelligenda, ne abſurdum agnoſcatur, numer. 29. ver. Quin etiam. Et in ver. abſurdi.
Inducta vt amplient, reſtrictionem non conciliare, nume. 11. Limitatur, num. 13.
Infeudationem facilius quam alienationem permitti, nu. 61.
Interpretatio in dubio potior, in qua tertij ius minus tangitur, num. 96. Et in ver. dubium. Tertius.
Interpretationem vnde abſurdum remouetur, abiectã ſtatuto non cenſeri, quo ad literam vt iacet intelligi ſcripturam oportet nu. 30. Et in verſ. Abſurdum.
Interpretationem latam ob vtilitatem publicam recipiendam, nu. 62. & in verſ. vtilitatis.
Inutilis prouiſio non recipienda, nu. 47. ver. quorſum.

M.

MAtrimonium ſacramentorum primum, in ſtatu innocentiæ conſtitutum. Idq; ex ara deorum philoſopho authore venire, nu. 9.
Mens. Quod ex mente percipitur, pro expreſſo haberi, nu. 37. ver. Rurſus.
Mixtum à potentiori denominari & dijudicari, numer. 3. & in ver. potentius.

N.

NEceſſariam ſatiſdationem non aliam æſtimari niſi quæ per legem immediate, citra vllum hominis conſenſum, factúmue præſtatur, num. 42.
Neceſſitas. Abſurdam rem videri, vt ei ſuccurratur qui vitio culpa ſua, delatus in eam eſt, nu. 28. 39. Et pluribus ſeq. Et nu. 102. & in verſic. Culpa.
Neceſſitatem eam demum iudicari, quam deuitare non licet, nu. 27.
Neceſſitatem euidentem eſſe oportere, vbicunq; niſi ob neceſſitatem fieri quid nequit, nu. 46.
Neceſſitatis diſtinctio triplex ſcitiſſime explanatur, nu. 1.
Neceſſitatis rationem non haberi, quæ à facto mere voluntario oritur, nu. 5. Vbi nõ ineleganter id percipitur. Et nu. 28. 39. & plurib. ſeq. Et nu. 8. ver. inepte quoq;.
Neceſſitatis vtilitatiſue probationem ab eo præſtandam, qui ob cauſam neceſſariam vtilémue factam alienationem aſſerit, num. 85. Et in ver. Probandi.
Neceſſitatum initio ipſo, exempla non infrequentia, nu. 53.

O.

ODioſam ſcripturam æſtimari, Vnde iuri derogatur aut alienum ius læditur, nu. 57. 59. 64.
Odioſam ſcripturam intelligi, vnde iuris alieni minuẽdi perimendiue occaſio præſtatur, nu. 60. 71.
Offerendi ius, quod poſteriori creditori datur, ſine hypotheca non conſiſtere, nu. 51.
Offerendi ius, Et alienandi rationem diuerſam in feudo habere, numero 94.
Operari. Ita verba exaudienda, vt aliquid operentur, nu. 47. Et in ver. ſuperfluum.
Operari ſatis verba dicuntur, quæ dubitationem mouent, nu. 49.

P.

PAter. A patre liberis theſauros parandos, nu. 78.
Pater contra ſtimulos naturæ facit, Curæ cui filiorum cauſa nõ eſt, nu. 79.
Patrem mentis morbo laborare, Qui in perniciem liberorum aut inofficioſe quid agit, nu. 79. ver. vnde mentis.
Patris priuilegio inter liberos teſtandi non frui qui paternum ad eos animum non præſtitit, nu. 79. ver. inde ſit.
Periculum maius declinandum. Atq; ideo interpretatio potior vnde leuius famæ periculum exiſtit nu. 76.
Plenitudinem poteſtatis ad turpia aut illicita non pertinere, num. 8. ver. inde ad ea. Et in ver. impoſſibile.
Plenius ſtatutum haberi quod plenius eſt, nu. 68.
Potentius. A potentiori denominationem eſſe faciẽdam, nu. 3. & in ver. mixtum.
Præſumptio. Pro expreſſo æſtimari, quod iuris præſumptione colligitur, nu. 37.
Præſuppoſitum. De caſibus præſuppoſitis conſtare ante omnia oportere, nu. 91.
Primogenituram à iure diuino eſſe, nu. 40.
Princeps. In principe cauſam iuſtam non præſumi, Vbicumq; ſine cauſa qua iuſta quid facere non permittitur num. 18.
Principem iuſtitiæ plenum præſumi. Iuriſq; cum eo præſumptionem facere, nu. 34.
Principi ius minus in bonis alienis, quã domino aut teſtatori eſſe, numero 50.
Probandi onus eum ſequi, qui ob cauſam neceſſitatis aut vtilitatis factam alienationem aſſerit. Quotiens niſi ob cauſam neceſſariam aut vtilem alienare non conceditur, nu. 85. Et in ver. neceſſitatis.
Probationem, quæ præſtari poſſit in re probatu difficili admittendã quomodo intelligatur, nu. 108.
Proprie tale non intelligi, quod ſecundum quid, non ſimpliciter tale eſt, nu. 25. & in ver. ſimpliciter.

Q.

QVal itatem neceſſarijs ſecundum verbi tempus accipiendam, nu. 38. Ibiq; limitationibus tribus regula explicatur.

Raro.

R.

RAro.ad caſum, qui niſi raro non accidit, interpretationem non accommodari, nu.15. Ibiq; exeruatur.
Ratio in omnibus inquirenda, quapropter ita factum quid ſit, nu.16.
Ratio maior ad ius correctorium non aliter valet, quam ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur, num.93. Et in ver. correctorium. Extenſionem.
Ratio diuerſa generalitatem coarctat, nu.32. & in verſ. Generalem. reſtrictionem.
Ratione ſpeciali dictum generale reſtringi, nu.72. Vberius, nu.98. Vbi & in ratione tacita ampliatur.
Ratione generali diſpoſitionem extendendam, quæ niſi in caſu facta ſpeciali non ſit, nu.17.70. Limitatur nu.73.
Relatio. Referens ex relato reſtringendum, nu.88.
Rem ſuam pro arbitrio quiſq; diſponit, nu.55. Ibiq; declaratur.
Repetitio conditionis admitti in diſpoſitione non ſolet. In qua conditio alia expreſſa in ſpecie legitur, nu.52. ver. & illud ſpectat.
Replicationi eundem atq; exceptioni fauorem præſtari, nu.75. ver. cauſa eandem.
Reſtrictionem in verbis vniuerſalibus nedum generalibus agnoſci, abſurdi declinandi cauſa, num.29. & in ver. Abſurdi. Generalitatem. vniuerſalia.
Reſtrictionem ſermonis generalis, vniuerſaliſq; ex cauſis pluribus admitti. De quibus nu.31. remiſsiue.
Reſtrictionem in ſcriptura generali ob rationem diuerſam agnoſcendam nu.32. & in ver. generalem. Ratio.
Reſtringi diſpoſitionem ob cauſam ſuam oportere, nu.65. & in ver. cauſa.

S.

SEntentiæ Vercellis latæ exaggeratio, nu.106.
Simpliciter. Quod tale ſimpliciter non eſt, ad ſecundum quid, tale proprie non dici, nu.25. & in ver. propriæ.
Socius criminis coniurationem detegit, nu.108. ver. in cauſa eadem clam.
Subiecta talia eſſe, qualia prædicata demonſtrant, nu.23.
Succeſſorem feudi ad æs alienum ſoluendũ defuncti non cogi, nu.87. Ibiq; ampliatur, quamuis defuncti hæres ex inuentario tamen ſucceſſor ſit. & in ver. feudi.
Superſluum. Ita verba accipienda, ne ſuperuacua fiant, nume.47. & in ver. operari.
Suppoſitum partum per criminis Socios reuelari, nu.108. ver. rationem eandem.

T.

TAcite ſub alio non contineri, quod expreſſum ſit, num.45. & in ver. expreſsione.
Tertius. In ambiguo interpretationem admittendam per quam tertij ius leuius tangitur, nu.96. & in ver. Dubium.
Tertij iuris lædendi occaſionem tribui abſurdum & alterum.
Tex. declaratio in c.1. §. ſin autem diſſentiente qual. olim feudum poterat alie. nu.58.61.
Turpitudinem ſuam, nedum defuncti excipiendo replicandoq; aperiri, num.75.

V.

VErba vbi non conueniunt, diſpoſitionem ſilere, nu.92.
Vltimo decreto ſtandum, nu.69.
Vniuerſalia verba reſtringenda, ne abſurdum conſequatur, nu.29. Et in ver. Abſurdi. Generalitatem. reſtrictionem.
Vniuerſitatis factum per teſtes probari, qui ex ea ſunt, nu.108. ver. eiuſdem generis.
Volens. Dedecus fruſtra quis queritur quo volens afficitur, num.74. & in ver. Culpa.
Voluntaria ſatiſdatio debitáue quæ dicantur, num.42. Huc & illud ſpectat, quod ſcriptum legitur, nu.83.
Vtilitas publica. Bona in agnatione familiáue conſeruari vtilitas publica exigit, nu.63. & in verſi. Agnationem.
Vtilitatem publicam in bonis priuatorum conſeruandis conſiſtere, num.62. verſi. Ad vtilitatem.
Vtilitatis publicæ cauſa interpretationem latam admitti, num.62. & in ver. Interpretationem.
Vtilitati publicæ tertij incommodo non ſubſcribi. Atque ideo reſcriptionem in ſcriptura agnoſcendam vtilitatis publicæ cauſa facta ne damnum ex ea ad tertium redeat, nu.62. & nu.64.

FINIS.

# DE EADEM MATERIA COROLLARIVM SIVE RESPONSVM SECVNDVM.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verbis cõſequi nequeam, quam iucundum mihi fuerit, tela cognita habuiſſe, quib. ex occulto generi ius lædebatur. Molliora enim ea eſſe oſtendemus, quam vt ad damni quicquam inferendum valeant. Cæterum quo manifeſta magis imbecillitas eorum fiat, ſignificantius planiuſq; quod in debitis neceſſarijs exponẽdis verſatur. Rei cu-
1 ius indagandæ cauſa † ſciendum, Tripliciter diſtingui neceſſitatem poſſe, vnam large & generaliter quomodocunque aut vndecunque neceſſitas deſcendat, ex facto neceſſario aut voluntario. Alteram, quæ ex facto quidem voluntario, verum à lege ipſa mox, & contra hominis voluntatem conſenſúmue, inducitur. Tertiam quæ ſine vllo facto hominis voluntario à lege ipſa naturali ciuiliúe inducitur.

Prima neceſſitas ea dicitur, quæ à facto hominis voluntario & ex conſenſu voluntatéque eius conciliatur. Veluti cũ quis cui quid ſponte promittit. obligatio enim & neceſſitas voluntaria ex promiſſione hac naſcitur, lege in commodato. §. ſicut. ff. commoda. l. ſicut. C. de actione & obligatione.

Altera neceſſitas, quæ ſine promiſſione cõſenſúue hominis
à lege hominis immediate ob aliquod hominis factum quod-
libet voluntarium introducitur. De quo genere cautio eſt,
quam fructuarius præſtet de proprietate reſtituenda vſufru-
ctu finito. Sed quod viri boni arbitratu vſurum, fruiturúmue,
Eodem & cautio ſpectat, quam fideicommiſſario aut legatario
in diem vel ſub conditione hæres præſtat, Die, conditionéue
cedente, traditum fideicommiſſum legatúmue iri. De qua in
titu. ff. vt legat. ſeu fideicom. nomin. cau. Similis cautioni huic
& illa eſt, quam è contrario fideicõmiſſarius legatariúſue præ-
ſtat, cui fideicommiſſum legatúmue ſit, integrum ſine falci-
diæ detractione accipit, reſtitutum id rei, quod amplius acce-
ptum ſit quam falcidia lex permittit, vt in tit. ff. cui plus quam
per legem falc. Neceſſariæ enim id genus cautiones habẽtur,
quia per legem ipſam ſine promiſſione aut conſenſu vllo fru-
ctuarij, hæredis, fideicommiſſarijúe neceſſitas ipſa cauẽdi aut
ſatiſdandi imponitur, quamuis initium ipſum volũtarium ſit.
Quia vſumfructum, hæreditatem, fideicommiſſum, legatúm-
ue agnoſcere quiſquam non cogitur. l. de die. §. tuto. ff. qui ſat.
cogan. Idcirca autem neceſſaria cautio æſtimatur, quoniam
etſi maxime à facto voluntario originem habeat, conſenſus ta-
men

men aut volũtas hominis à cautione ipſa abeſt. Siquidem pro-
miſſa à fructuario hærede, fideicommiſſario, aut legatario nõ
eſt, neq; ex promiſſione aut volũtate hominis petitur. Verum
per legem ipſam cauendi neceſſitas iniungitur. Atq; à lege ipſa
immeditate neceſſitas hæc procedit, quamuis ob factũ homi-
nis volũtarium, id eſt, ob acceptationem hæreditatis, vſusfru-
ctus, fideicommiſſi, aut legati, ſecundum quæ in denominatio
ne hac neceſſitatis facienda cauſam immediatam aut proximã
obſeruamus, vtrum à facto conſenſu hominis immediate, an
à lege mox ſeu immediate proficiſcatur. Namq; ſi à lege imme
ditate citra promiſſionem hominis neceſſitas deſcendit, ne-
ceſſaria res æſtimatur. Ex diuerſo, ſi ex cõſenſu, voluntate, aut
promiſſione hominis neceſſitas oritur, voluntaria diſpoſitio
habetur cauſa ipſa immediata perſpecta, voluntaria enim cau-
tio dicitur, quæ ex pacto aut conuentione immediate præſta-
tur. Ita glo. & doct. docent in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. Ibiq;
2 ſignificanter Soci. nu. 7. ff. qui ſat. cog. Idq; ordinarium in † de-
nominatione actus cuiuſuis facienda inuenitur, vt à cauſa im-
mediata vtpote fortiore denominatio fiat. l. interdum. §. pater
familias. ff. de hæredi. inſti. Areti. in l. filius à patre. §. 1. ff. de lib.
& poſt. vbi in ſpecie hac loquitur, quotiens à lege immediate
ex facto hominis tamen diſpoſitio inducitur, legis non homi-
nis diſpoſitionem intelligi. ſequitur Soci. in conſ. 226. col. pen.
verſi. confirmatur nam licet lib. 2. Idq; vltra Areti. & Soci. cõ-
3 firmatur. Namq; mixtura † hic interuenit, id eſt, factum homi
nis volũtarium, à quo vſusfructus, hæreditatis, fideicommiſſi,
legatiue acceptatio fit. Et legis diſpoſitio, per quam ob acce-
ptationem id genus cauendi neceſſitas imponitur. In mixtura
hac voluntatis & neceſſitatis dijudicanda, voluntaria an neceſ-
ſaria dici cautio debeat, cauſam ſpectari oportet, quæ poten-
tior eſt. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. Signor. in conſ. 48. col. fin.
Sed enim potẽtiorem cauſam haberi, quæ proxima aut imme-
diata eſt, non dubitatur. l. pe. ff. de cond. ob turp. cau. l. ſocium
qui in eo. §. 1. ff. pro ſocio. l. ſi mulier in prin. cum gl. ff. rerum a-
mo. l. qui liberis. §. hæc verba. l. cum filio. ff. de vulgari l. ſi ſolus
in fi. ff. de acq. hæred. l. ſed ſi ſic. §. fi. ff. de lega. 3. l. Neſennius. §.
ſeruo. ff. ad l. Fal. l. filius patroni. ff. de bonis liber. l. cum de hoc.
ff. de excep. rei iudi. c. de cætero de homicid. Et alia ſexcenta.

Tertium neceſſitatis genus, quod ex initio neceſſario & per
legem etiam immediate introducitur. Cuiuſmodi neceſſitas
dotis & donationis propter nuptias conſtituenda eſt, ſine fa-
cto enim hominis per legem ipſam, filiam dotare & donatio-
nem propter nuptias vxori conſtituere neceſſe quis habet.
4 Quæ neceſſitas præciſa eſt. Cauſatiue † etiam intelligi neceſſi-
tas poteſt. Veluti cum ab hoſtibus captus quis eſt, vel alimẽtis
indiget, neceſſaria quippe redemptio, & alimentorum com-
paratio eſt, ſi ab hoſtibus liberari & vitam tueri quis ſtatuat.
Ad neceſſitatem hãc cauſatiuam & illa accedit, Quotiẽs feudi
dignitatem aut ius eius tueri quis cogitur. Idq; contingere æq;
contra dominium directum, atq; ſubditos vel tertium poteſt.
Quid enim, ſi qua feudo aut inueſtituris cedere dominus dire-
ctus negat, quæ ſub feudo comprehenſa Vaſallus aſſerit. Quid
ſi iura aliqua vaſallo præſtare ſubditi renuunt. Quid ſi in feudo
aut parte qua eius ſibi eſſe tertius contendit. An non defenſio
nem feudi ſuſcipere. Vaſallus compellitur, niſi ſi contemptui
id aut neglectui habeat. Defenſio hæc & ſumptus, qui ob eam
fiunt, neceſſitatem haud dubie cauſatiuam habent. Neceſſita-
tis huius cauſatiuæ rationem haberi, ex text. oſtenditur. in d. l.
de die. §. tutor. ff. qui ſat. cog. neceſſitas enim cauendi de qua
ibi præciſa non eſt, vt cauſatiua ſolummodo, ſi vſumfructum,
hæreditatem, fideicommiſſum aut legatum conſequi quis ve-
lit. Atqui neceſſariam cautionem illam lex habet. Id quia ra-
tionis videtur, neceſſitatem aut neceſſitatis ius in re honeſta
admittere, vt hæreditatem quis, vſumfructum, fideicõmiſſum,
aut legatum conſequatur. Neceſſitatis huius cauſatiuæ, quæ
per legem introducitur, rationem habendã Fulgoſ. etiam ſcri-
bit in conſ. 202. Guilielmus col. 4. circa med. Geminia. in conſ.
112. nu. 3. Cor. in conſ. 11. col. 17. ver. nec refragatur lib. 3.

Diſtinctione hac neceſſitatis triplicis ita facta, conſequens
fit niſi ad neceſſitatem præciſam aut cauſatiuam ob cauſam
quam iuſtam, & cum à lege ipſa immediate neceſſitas induci-
tur intelligi decretum non poſſe, quod in debitis neceſſarijs
loquitur. Id eſt, quæ vel neceſſitatem præciſam habent, qualia
ſunt, quæ ad dotem aut donationem propter nuptias contra-
huntur, vel in quibus neceſſitas cauſatiua ex cauſa iuſta ineſt,
ob libertatem puta capti redimendam, ob vitam tuendam, a-
limenta comparanda feudi aut iuris eius conſeruandi aut recu
5 perandi cauſam. Neceſſitatis plane, de qua in primo † diſtin-
ctionis capite, & quæ à facto merè voluntario ſine cauſa quæ
iuſta, deſcendit, rationem non haberi, ex tex. glo. & doct. decla
ratur in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cogan. ratione
fortiori argumentando. Etenim ſi neceſſariam cautionem lex
non habet, vt priuilegium cautionis neceſſariæ habeat, quæ
ex voluntate aut conuentione ſeu promiſſione mera, nõ à le-
ge exiſtit, quamuis cauſam iuſtam habeat. Quanto minus ne-
ceſſitatis habenda ratio erit, in qua cauſa vlla iuſta non oſten-
ditur? Et quæ non à lege mox, verum ex promiſſione & volun-
tate mera debitoris immediate naſcitur. Quid debitorem ſe
ex mutua pecunia agnoſcit cauſa mutui contrahendi prorſus
non declarata.

Itaq; cum niſi ob debita neceſſaria feudi alienatio permiſſa
ex decretis non ſit, partis erat, docere neceſſitatem in debitis
contrahendis præciſam aut cauſatiuam, hoc eſt, ex cauſa qua
iuſta interueniſſe per ea, quæ in reſponſo pro genero excuſſo
relata ſunt nu. 116. & plurib. ſeq. Ad quem modũ non excutien-
do, ex tex. in d. l. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. gloſ. & doct. ibi gene-
ri ius perſpicuum atq; extra controuerſiam omnem apparet.
Hoc eſt voluntaria debita æſtimanda, quibus pars nititur. Vt-
pote quæ à mera vaſalli defuncti promiſſione & voluntate in-
ducta ipſius vaſalli non à lege eſt. Quo magis admirer, Ale-
xand. & Soci. teſtimonijs in d. §. ſi neceſſaria partis diuerſæ vti
aduocatum non puduiſſe. Contrarij enim expectationi partis
tex. ille cum gloſſ. Alexan. & Soc. doct. quæ alijs euidentiſſima
ſunt.

Præter tex. in d. §. ſi neceſſaria tex. & alios non paucos, & ip-
ſos ſane quam aduerſario reſiſtentes, in d. reſponſo cõmemo-
ratos pro genero habemus num. 44. Ex quibus tex. oſtenditur,
voluntarium, non neceſſarium debitum intelligi, in quod ex
voluntate & promiſſione coniectus ſua quis eſt. tex. item con-
tulimus in c. 2. Ibiq; Decium in quarto nota. de teſtib.

Aduerſario item Tiraquel. nocet in tracta. de vtroq; retra-
ctu fol. 97. num. 15. & ſeq. Quem incogitate plus ſatis pro ſen-
tentia ſua aduocatus etiam partis nominat. Neceſſarium enim
id ait, quod à cauſa originem neceſſaria habet, ex Bald. Alber.
& Ang. apud eum relatis. Et per tex. in l. alienationes. ff. famil.
erciſ. In eandem ſententiam teſtimonium Areti. productam
in reſponſo ipſo pro genero habemus in l. is poteſt in fin. ff. de
acqu. hær. Qui hæredem neceſſarium eum non credit, qui ex
aditione hæres voluntaria fit, quamuis poſt aditionem neceſ-
ſario hæres maneat, neq; repudiandi ius competat. Eum de-
mum neceſſarium hæredem exiſtimat, qui neceſſarius initio
eſt, adire quæ compellentur. Quo Aret. dicto Alciatum vti di-
6 ximus in l. 2. §. ex his nu. 17. ff. de verb. obl. Idem vltra † Areti.
& Alcia. ex gloſ. & doct. declaratur in l. ſi duo in gloſſ. pen. ff. de
acqu. hær. Damnum non intelligi, quod ex cauſa originem lu-
cratiua habet. Vnde qui hæreditatem adit, damnum pati ob id
non dicitur, quod oneribus hæreditarijs obligatur. Id quia o-
riginem damna aut onera hæc ab hæreditate habent. In qua
titulus verſari lucratiuus dicitur, ſequitur Ruin. in conſil. 79.
nu. 10. lib. 2.

Ad modum item memoratũ decreta yolant & blanchæ ac-
cipienda, argumentis & rationib. quam plurimis, atq; ipſis ne-
quaquam ficulneis declaratum & confirmatum in d. apud nos
reſponſo legitur nu. & ſequentium agmine.

Sententia hac ita obfirmata, Argumenta non obſtant, qui-
bus aduerſariorum partes ſuſcipiendas aduocatio & patroci-
natio eorum duxit. Et primum quidem non mouet, ſi debita
neceſſaria intelligimus, quorum neceſſarium initium eſt, nec
in dotibus & donationibus propter nuptias decretum obtine
re. Si quid voluntarium ex his initium eſt. Matrimoniũ videli-
cet, quod non cõtrahere, ab eoq; temperare licet. Egregia ſa-
ne inſpectio & euangelicæ traditioni amica. Quam ne quidem
fidei expers agnoſceret. Ita in arbitrio hominis eſt, à matrimo
nio abſtinere, ſi aut in cœlibatu aut turpitudine vitã quis exi-
gendam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0087-8

gendam cenſeat. Illæ quam facilius, & poteſtatis noſtræ ſit in-
digens res probationis non eſt. Si quidem natura id ipſa do-
7 cet. Cum nihil ſit ardore † carnis vehementius. In quo furo-
rem lex obſeruat. §.illud quoq; in auct en. quib. mod. nat. effi.
ſui. Gloſſ. in l.vni.in verſ. capta.C.de ſenatus conſul.Clau. tol-
len.& in §.1.in verſi.baccata inſti.de ſucceſ.ſubl.tex.huc perti-
net in l. 2. §. initium.ff.de orig. iur. phas nephaſq; omne ab eo
commiſceri,qui virginis captus amore eſt. Ibique Bal. ſcribit,
hominis ſenſum puellarum amore peruerti. Philoſophus itē
7.ethicor.cap.3.ab ira & cupiditatibus venereis, idq; genus a-
lijs manifeſtas corporum mutationes inſecutas. Et in furorem
pleroſque atque inſaniam adactos ſcribit. Salomonem item
mulierum impatientia templum idolis ædificaſſe. Eademq́ue
pro numine coluiſſe pagina ſacra docet libr. 3. regum capit.11.
& cap.Salomon.32. q. 4. vinoq́ue & mulieribus apoſtatas fieri
Salomon teſtis ipſe eſt eccleſiaſtici.cap. 47. Sed nec apoſtolus
ipſe citra dei munus, ad carnis ſtimulos arcendos valebat. In-
de fit,vt pœnam leniorem ferat, qui amoris vi offendit Oldra.
in conſilio 210.regularis nu.4. Quod ſi extra matrimonij per-
miſſum libidini indulgendum quis ſentiat. An non impoſſibi-
8 lem rem ſpectat. Siquidem poſſe † quiſquam non creditur,
quod perfici ſine turpitudine nequit.l.vulgo.ff.de ſtatu homi.
l.ſi cum dies.§.compromiſſo.ff.de arbitr.l.filius.ff.de cond.in-
ſti.l.nepos proculo.ff.de verb.ſigni.l.reprehendenda.C.de in-
ſti.& ſubſti.capit.vt iuxta.de offic.ordin.cap.indecorum de æ-
tat.& quali.c.contingit de arbitr.c.denique in fin.4.diſt.Quo-
modo fieri poſſe id dicemus, quod citra ſalutis fieri diſcrimen
nequit.capit.faciat.22.q.2. Iſer.in c.1.num.3.de controuer. in-
ter domi.& emp.feudi.Capit.deciſ.166.num.12.Inde ad ea po-
teſtatis plenitudo non pertinet, quæ turpia ſunt, vti ſcriptum
habemus in tract.de antiq.temp.par.1.numer. 25. ad Venetam
impreſſionem, ſecundum quæ, fundamento prorſus erroneo
argutia hæc partis nititur, ab initio aut origine voluntaria do-
tis & donationis propter nuptias obligationem neceſſitatém-
ue exiſtere. Quin etiam poteſtate in re turpi admiſſa, proli ta-
men illegitimæ alimenta miniſtrari, doteſq; conſtitui oportet
vt habetur in c.cum haberet de eo qui duxit in matri.

9 Secundo reſpondetur, Voluntarium eſto † initium dotis
& donationis propter nuptias ſit, quod à matrimonio venit,
laudatiſſimum tamen eſt, iureq́ue diuino ſacramentorum o-
mnium primum in ſtatu innocentiæ conſtitutum geneſ. c. 2.
ſicut.§.1.32. q. 2. Idq; ex philoſopho etiam oſtenditur. 2. œco-
nomicæ. Vbi ex ara deorum venire vxorem ait. De quo Iſer.
meminit in capit.1.in princip.num.13.ante fin. de prohi. alien.
feudi per Freder. Itaque cum initij huius laus honeſtaſq; ſum-
ma in manifeſto ſit, ad rem non attinet, voluntarium id eſſe.
Quocirca ſi initium tale probatum in debito vaſalli etiam vo-
luntarie cōtracto conſtaret, controuerſia non tanta forte ex-
erceretur. Atqui neq; neceſſarium, neq; laudabile, aut vtile in
debito vaſalli cōtrahendo initium vllum docetur. Præſumen-
dumq́ue id non fore, reſponſum noſtrum pro genero teſtatur
num.23. Id quidem imprimis, perſona vaſalli perſpecta, ſui pa-
lam profuſi. Quæ res manifeſtior ex numero & magnitudine
debitorum & alienationum fit, quam vt probationem aliam
expoſcat. Sed nec id partis teſtes inficiātur. Ita ex diuerſis pars
argumentatur. Id eſt, ab initio voluntario, de iuſtitia cuius &
vtilitate euidenter conſtat, ad initium, quod illicitum potius
ex perſona præſumitur, quam vt iuſtitia vtilitáſue eius appa-
reat.

Tertio reſpondetur Initij huius voluntarij in debito neceſ-
ſario dijudicando, nō aliter rationem haberi, niſi ſi per legem
ipſam immediate & citra conſenſum, promiſſionemq́ue ho-
minis, neceſſitas inducatur.d.l.fideiuſſor.§. ſi neceſſaria. Ibiq;
gloſſ.& doct.vulgo.ff.qui ſat.cogan.cum alijs ſuperius enarra-
tis. Sed enim ex promiſſione & volūtate vaſalli defuncti debi-
ta conflata hæc ſunt. Ergo non voluntaria dici omnino non
poſſunt.

Quarto reſpondetur, nihil præmiſſorum eſſe omnium fac.
Quæ tam validiſſime mouent. Illud ſaltem inficiari neminem
non pudeat, niſi in debitis ex cauſa voluntaria contractis de-
cretum non intelligi, in quibus cauſa iuſta verſatur. Idq; & ad-
uocatio ipſa diuerſa expreſſim confitetur, cum ad argumen-
tum reſpondet, quod in fraudis committente, & decreti aut
10 iuris feudalis perimendi occaſione conſiſtit. Sed enim † cau-
ſam ipſam iuſtam exprimendam, quotiens niſi ob cauſam quā
iuſtam fieri quid nequit. Neque ſatis eſſe, cauſam ipſam poſtea
doceri, aut probationibus confirmari, ne alias defendendi, &
probationes contrarias præſtandi facultas eripiatur, dilucide,
ſatiſq; monſtratum in reſponſo prædicto pro genero eſt num.
196. Locupletius & ſcite magis num.386.col.4. in fin. ver. hoc
ita admiſſo. Cuius rei notula etiam apud iudicem facta non
ſpernenda eſt in ver. cauſam in ſpecie.

Non obſtat, decretum yolant generaliter in debitis loqui,
ob id per decretum reſtringendum blanchæ non eſſe, quam-
uis de neceſſarijs in eo mentio debitis fiat. Quatenus decreti
yolant ampliandi cauſa decretum ipſum editum blanchæ eſt.
Atque ideo abſonam rem videri, reſtrictionem ex decreto
11 † induci, quod ampliandi factum nomine ſit.l. ea lege in prin.
ff.locati.l.ſi cui ſerui in prin.ff.de legat.l. ea tamen adiectio.ff.
de leg.3.l.ſi mancipia.ff.de fundo inſtrumen.l.1. §. vnde quæri-
tur.ff.de publica. Negamus enim, ampliationem vllam in blā-
chæ decreto eſſe. Immo enim declarationem meram habet,
vt ad dotes etiam reſtituendas yolant decretum pertineat.
Quam declarationem ex verbis menteq́ue ipſa yolant percipi
decreto ipſo expreſſum blanchæ eſt. Qua igitur ratione decla-
ratio facta circa dotes reſtituendas legitur. Ita & circa debita
ipſa declarationem factam liquet, vt non in debitis omnibus,
verum in neceſſarijs tantummodo, locum yolant decretū ha-
beat, ne abſurda & incommoda ſequantur, de quibus expreſ-
ſio facta in reſponſo eſt, num.61.76.& ſeq.num.85.verſi. nono
debitorum eſto. Et num.90.in fin.& ſeq.& num.104.declara-
tione igitur admiſſa, argumentum labaſcit, Ampliationem re-
ſtrictionémue decreti yolant per blanchæ decretum fieri. Im-
mo enim neque ampliationem neque reſtrictionem blanchæ
decretū habet, in quo niſi declaratio non continetur. Siquidē
12 nouæ † rei quicquam declaratio non habet, leg. hæredes pa-
lam.§.ſi.quid poſt.ff.de teſta. In proœmio ſexti decretal. clem.
1.de iure patro.Gloſſ.in c.1.in verſi.filio.de ſum.trin.& fide cat.
Vnde nihil aliud declaratio ac grani à ſpicis excuſſio efficit.
Quæ ſpeciem nouam non inducit, ſed quæ erant grana aperit.
l.adeo.§.cum quis in fi.ff.de acquir.rerum domin.Bal.in l. edi-
ta in 10.oppo.C.de eden.Fulg.in conſ.147.viſa in fin. Secundo
13 reſpondetur, locum † regulæ non eſſe, vbicunq; inutilia ver-
ba aut effectus nullius fierēt.l. proculus.ff.de vſufruct.l. deni-
que.§.interdum. Ibique Bar.ff.de pecul.leg.Deci.in c.cum di-
lecta col. 3.verſi. ex quo infertur. de confir.vtili vel inutili. At
enim inutile verbum neceſſarijs quarto repetitum, manere,
niſi ſi ad originem neceſſariam, vel ad eam neceſſitatem refe-
ratur, quæ aut per legem immediate, aut ab homine quidem
inducitur, verum ex cauſa iuxta ſecūdum ſuperiora, & de qua
luculenter appareat, & cuius facta expreſſio ſit. Cæterum vbi
cauſa debiti contrahendi & pecuniæ mutuæ accipiendæ non
conſtat, neque expreſſio vlla facta de ea eſt, Quid aliud quam
feudi totius interitum vaſalli libidini committimus. Ad re-
ſponſionem hanc confirmandam pertinent quæ de interpre-
tatione abijcienda vnde ſterilia verba fiunt, ſatis ſuperq́ue
ſcripta in reſponſo memorato pro genero ſunt, num. 46.47.
77.312.

Neque contraria reſponſioni huic partis inſpectio eſt. Ef-
fectum in decreto hoc nō deeſſe, quam ad debita id trahatur,
quæ ex promiſſione contracta voluntaria ſunt. Siquidem ne-
ceſſaria omnia non inueniuntur, quæ à cōſenſu, promiſſione
deſcendunt. Quid enim, ſi pacto modo promittitur, aut ex
obligatione ante dotali, vel alias in foro ſalutis debetur. Effe-
ctum in his habere blāchæ decretum poterit, vtpote quæ vo-
luntaria mere in foro ciuili ſunt. Vnde non recte conſequen-
tia deducitur, ſi ad debita neceſſaria decretum id trahimus,
quæ initium aut originem à voluntate habent, ineptum atq;
otioſum prorſus decretum id fieri, quatenus nullum non de-
bitum neceſſarium poſtea inuenietur, quam contractum fue-
rit. Immo enim neceſſarium id non erit, Cuius nomine actio
vlla prædita iure ciuili non eſt.

Dij boni, Tantam, tamq́ue euidentem argumenti huius in-
eptiam ſtomachus quis tulerit? An non momenti nullius ver-
bum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0088-4

bum neceſſarijs liquidiſſime apparet. Quando quidem ad de-
bita ea excludenda, propter quæ actio non redditur, ſatis de-
bitorum expreſſio ſimplex fuerat neceſſariorum verbo omiſ-
14 ſo. Debitum † quippe id demum æſtimatur, cuius exigendi no
mine aduerſus inuitum actio competit. l. debitor. ff. de verbo.
ſigni. doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet.

Secundo argumẽtum hoc partis aduocatio patitur, in eam-
que reflectitur. Quoniam ſi interpretationem hanc admitti-
mus, vt in debitis operetur pro quibus actio non eſt. Nonne
occaſio apertiſſima facillimaque totius feudi perimendi dabi-
tur, debita ſcilicet contrahendo, quorum nomine actio accõ-
modatur. Id quod fieri vulgo aſſolet, per ſtipulationem puta,
aut pactum alias veſtitum.

Tertio ſi mentem hãc fuiſſe decreti dicimus abſurda pror-
ſus res conſequitur, vt eo caſu feudi incolumitati conſulere ex
verbo neceſſarijs voluerit, qui nunquam ferme aut perquam
raro accidit, vt ob debita naturaliter tantum feudi, reiue cuius
alterius ſtabilis alienatio fiat, quorum nomine actio non indu
15 citur. Itaque interpretationem † reijci omnino oportet, quæ
caſum tam inſolentiſſimum ſpectat. l. iura. cum ll. duabus ſeq.
ff. de ll. c. coram verſ. ſed fuit, de offic. deleg. Ibiq; Abb. ſcribit
eo caſu diſpoſitionem intelligendam, qui contingere poteſt
non etiam qui nunquam aut raro eueniat. text. huc ſpectat
in §. quãtumcunq; in aucten. de conſul. Quod rarenter fit, mi-
raculi vice eſſe. De quo Bald. meminit in d. l. iura. ff. de ll. Inde
Signorol. ſcribit in conſ. 169. nu. 2. iũcto verſ. item ibi erat fre-
quens. Quod accidere niſi raro non ſolet, id non ſpectandum
aut magni faciendum.

Sed enim animaduerſione alia inertiam verbi neceſſarijs,
declinare pars certat, quamuis ad debita relatio fiat, quæ con-
tracta voluntarie ſunt, vt in debitis effectum habeat, quæ à do
natione exiſtunt. Si quid cui ex cauſa donationis vaſallus de-
beat. O fœlicem inſpectionem, quæ autori ipſi validiſſime re-
ſiſtit. Et vnde vera ac recta decreti interpretatio iuuatur. Ra-
tio enim inquirenda, quamobrem propter debitum ex cauſa
16 lucratiua permiſſa alienatio non eſt. Ratio quippe † circa o-
mnia indagãda, cur ita factum quid ſit. l. 1. Ibi ratio, quæ cõſue-
tudinem ſuaſit, cuſtodienda eſt. C. quæ ſit longa conſue. Bal. in
conſ. 176. ſtatuto cauetur col. 1. poſt med. libr. 5. Et ſcite magis
Bal. idem ſcribit in aucten. poſt fratres. 2. C. de legit. hæred. Ra-
tionem legis perinde vt virtutem eius internam, & quaſi ge-
nus intuendam, quod de ſpeciebus ſuis ſingulis prædicat. De
quo dicto Iaſ. meminit in conſ. 63. colum. 4. circa med. libr. 3.
Eodem Caſtren. ſpectat in cõſilio 175. caſus præſens valde du-
bitabilis num. 4. verſic. præterea præſumẽdum eſt. lib. 1. Ratio-
ne aut cauſa qua ſtatuentes impulſos præſumendum argum. c.
erit autem. 8. diſt. Ratio plane debiti ex donatione excluden-
di, non alia eſt, niſi quia neceſſitatem in debito contrahendo
17 donatio non habet. Quæ ratio generalis † eſt ad debita omnia
quadrans, quæcunq; facta voluntarie ſunt, ob id ad debita tra-
hi omnia debet, ratio in quibus eadem competitur, cum & ſi
in caſu quo ſpeciali ſcriptura loquatur. l. hęc actio. ff. de calum.
l. regula. §. & licet. Ibiq; Bart. & Bald. ff. de iuris & facti ignor. l.
nomen debitoris. §. fin. l. pater filium. §. fundum. Ibiq; Bart. in
fi. ff. de lega. 3. l. 2. §. ſi mater. verſic. quid ſi curatores. ff. ad Ter-
tullia. Et apud nos in conſ. 135. nu. 32. & in conſ. 227. nu. 3. Quid
hic dicendum, vbi in debitis neceſſarijs generaliter ſemperq;
decretum loquitur.

Si dixeris, inter debitum ex donatione, & debita alia volun-
tarie cõtracta differre, quod cauſa iuſta aut vtilitas interuenire
in debito alio quam ex donatione poteſt. Reſpondetur, etiam
in donatione ob cauſam, vtilitatem inueniri donatoris poſſe.
Atque & donatio prohibita ob cauſam eſt, veluti quæ propter
nuptias fit. Quam abſolute aut ſimpliciter facere vaſallus non
permittitur, verum hæredibus eum mariti reſtitui decretũ iu-
bet. Vtilitatem plane & cauſam iuſtam in donatione propter
nuptias inueniri vt citra onus reſtitutionis fiat, proculdubio
eſt. Quid enim, ſi ad matrimonium optatum citra donationẽ
propter nuptias id genus, hoc eſt ſine reſtitutione, aſpirare va
ſallus non poteſt. Apparet igitur, vtilitatis huius habitam ra-
tionem non eſſe.

Secundo reſpondetur, nihil argumentum hoc cauſæ iuſtæ
ſeu vtilitatis pendendum. Quando quidem cauſæ cuius iuſtæ
aut vtilitatis fides facta vlla non eſt. Quam tamen faciendam,
monſtratum ante habemus, cum à facto pendeat, Quod pro-
bationem expoſcit, ita vti in memorato ſcriptum reſponſo eſt
18 num. 116. Idque & contra † principem recipi, quotiens niſi ob
cauſam quam iuſtam facere quid non permittitur, in tractat.
monſtratum de antiq. temp. habemus part. 1. num. 5. verſi. hoc
igitur ita præſuppoſito, in conſ. 48. in princip. in conſ. 241. col.
11. in fi. verſic. Secundo reſpondeo. & in conſ. 293. num. 4. Qui-
bus Ruin. aſſuitur in conſilio. 41. num. 12. in conſil. 46. num. 19.
in conſ. 147. num. 8. in conſ. 175. numer. 8. lib. 1. in conſil. 98. col.
8. in fi. lib. 4. & in conſil. 3. num. 5. lib. 5. Idem Curti. ſen. probat
in conſ. 48. memoriæ recolendæ num. 50. & ſequ. & in conſil.
ſeq. nu. 89. verſi. tamen iterato redeundo ad ipſum decretum.
Gramma. dec. 15. Cap. dec. 166. num. 7. Gigas in tract. de crimi-
ne læſæ maieſt. lib. 3. q. 14. ſi fidem de cauſa iuſta aſſertio in his
principis non habet, quæ à poteſtate eius non pendent, Quã-
to minus aſſertioni credendum vaſalli inferioris erit, qui prin-
cipi ipſi ſeruit. Rurſus ſi Vaſallo fides de cauſa ab eo expreſſa
non tribuitur, Quanto minus cauſa in eo præſumenda iuſta
erit, quæ expreſſa nõ ſit. Immo enim nec in principe ipſo cau-
ſam iuſtam præſumendam, ſine qua quid fieri ab eo nequit,
in d. teſtatum tracta. habemus nu. 9. in conſ. 5. nu. 5. verſic. rur-
ſus quando in d. conſil. 241. col. 11. in fi. & ſeq. in conſ. 253. nu. 8.
verſi. quod tamen non putem. Ruin. in conſ. 7. nu. 19. in conſil.
21. nu. 12. in conſ. 36. nu. 16. in conſ. 39. nu. 17. in conſ. 229. in fin.
lib. 1. in conſ. 95. nu. 9. lib. 3. in conſ. 98. nu. 16. verſi. poſſet etiam
dici lib. 4. Fortun. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum nu. 300. in fi.
& duob. ſeq. ff. de lib. & poſt. Capit. d. dec. 166. nu. 8. Rubeus in
leg. naturaliter. §. nihil commune num. 108. ff. de acq. poſ. Hoc
amplius, ſatis non eſſet cauſam ipſam iuſtam vere probari, niſi
ſi expreſſio facta eius ſit, ſic quomodo luculentiſſime & vber-
rime remittendo, teſtatum ſuperius liquet nu. 10.

Non ob. narrando atque incidenter verbum illud neceſſa-
rijs, in blanchæ decreto expreſſum. Immo enim principaliter
& declarandi nomine, quartum id iteratum. Vnde ſi cõſultam
deliberatamque magis ex geminatione mentem arguimus, vt
in reſponſo declaratum memorato habemus nu. 133. Quid in
repetitione quarta probandum. Quis igitur ferat, incidenter
id & ſine myſterio expreſſum, quod inculcatũ totiens ſit. Rur-
19 ſus † cum niſi iudicio perpenſo, & ob querimonias, liteſque
præteritas æditum decretum non ſit, Conſulto atque ex ſen-
tentia graui repetitionem verbi neceſſarijs tam ſæpe factam,
Bar. traditio docet in leg. gerit nu. 10. ff. de acq. hær. Soc. in cõſ.
45. col. 1. lib. 4.

20 Secundo reſpondetur, ex verbis † etiam narratiuis ſeu enũ-
ciatiuis argumentandi ius eſſe, quæ geminata ſunt, vt inciden-
ter facta enunciatio dicatur. Sic quomodo in tractat. de antiq.
temp. ſcriptum apud nos legitur par. 1. nu. 50. Quid in gemina-
tione hic quadruplici dicendum.

21 Tertio reſpondetur. Non pluſquam ſemel † eſto neceſſa-
rijs adiectum verbum ſit, propter ſe tamen, non ob aliud fa-
ctum, id eſt, vt plenum fieret, in debitis quibus intelligi decre-
tum oporteat. Quo caſu & probationem, & diſpoſitionem ex
verbis enunciatiuis aut narratiuis ſequi, in eodem mõſtratum
tracta. & parte prima eſt nu. 67. & nu. 95. ad Venetam impreſ-
ſionem.

Argumentum & illud non mutat, exempli loco de neceſſa-
rijs debitis mentionem in blanchæ decreto factam, ab exem-
22 plis † plane reſtrictionem non induci vt ad debita relatio aut
reſtrictio fiat, quæ contracta neceſſario ſunt. l. regula. §. fi. ff. de
iuris & fac. ignor. l. ſcire oportet. §. hoc de his, Ibi quas exempli
gratia ſubiecit, &c. ff. de excu. tutor. leg. damni infecti ſtipula-
tio competit, ff. de dam. infect. l. 1. §. quod dicitur. ff. de vi & vi
arma. l. actionum. §. 1. ff. de actio. & obl. §. hactenus inſt. de gra-
dib. c. 1. ne cleri. vel mona. Reſpõdetur, per exempla reſtrictio-
nem non induci, quominus ad ſimilia diſpoſitio protendatur.
Declaratio tamen ab exemplis percipitur, in quibus caſibus
intelligi ſcripturam oporteat. leg. fin. §. cui dulcia. ff. de triti. vi-
no oleoq; lega. clem. non poteſt de procur. gloſ. in l. 2. in glo. 2.
in fin. ff. de priua. delict. Crot. in l. 1. in princip. num. 39. verſic.
ſecundo adduco. ff. de acqu. poſ. Fabius in l. naturaliter. §. ni-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0089-3

hil commune nu.63. eod. tit. Declaratio plane à rationis ſimi-
litudine aut identitate deſumitur, vt in caſibus locum diſpoſi-
tio habeat,quibus ratio eadem, atq; exemplis ſit in diſpoſitio-
ne adiectis,vt habetur in leg.vt reſponſum.C. de tranſact.in c.
ſedes de reſcript. Vnde ad caſus trahi diſpoſitionem non con-
uenit,qui diſſimiles exemplis, & rationis diuerſæ ſunt Crot.in
rubr.ff.ſol.mat.nu. 12. Riminal. in conſ.386.num.10.lib.2. Sed
enim diſſimilem , diuerſamq; penitus cauſam & rationem de-
bitorum , quæ voluntarie contracta, atq; eorum eſſe , quæ fa-
cta neceſſario ſunt. Promptiuſque ei ſuccurrẽdum, qui neceſ-
ſitate cogente,quam qui vltro quid agit,tex.docet in d. l. ſi fi-
deiuſſor.§.ſi neceſſaria. Ibique gloſ.& doct.ff.qui ſat.cog.cum
alijs apud nos in d.reſponſo adſcriptis nu.44.& nu. 82. Idque
& ſenſus ipſe communis docet. Itaq; ſicut ad debita initio ne-
ceſſaria,exempla decreti in dote&donatione propter nuptias
applicantur.Ita ad alia eiuſdem rationis referri neceſſarijs ver-
bum oportet.

Secundo reſpondetur argumentum regerendo, coloris e-
nim nonnihil argum.haberet , ſi debitorum mentio ſimplici-
ter facta in blanchæ decreto ſit , vt ex dotis tunc & donationis
propter nuptias exemplo reſtrictio debitorum non fiat. Quo
minus in debitis intelligi alijs poſſint, etiam quæ voluntaria
initio ſunt.Cæterum cum de neceſſarijs debitis ſemper loqua-
tur,quæ proprie intelligi niſi in his nequeunt , quæ neceſſaria
principio ſunt. Per exemplum ſubiectum , quod ad neceſſita-
tes id genus competit, quæ initio ipſo conſtant, Ipſa neceſſa-
riorum ſignificatio haud dubie adiuuatur , vt talia ſint prædi-
23 cata, qualia † exempla ſubiecta demonſtrant. l. ſi defenſor.ff.
de interroga.actio.l.ſi vno in prin.ff.loca.l.3. Ibiq; Barto. ff. de
fundo inſtr.l.Titia.§.1.ff.de verb.oblig.c. inter dilectos verſic.
cæterum de fide inſtr.c.apoſtolus.32.q.7.Abb.in c.2.nu.52. de
ordi.cognitio.

Nõ obſtat,neceſſaria debita ea etiam haberi , quæ facta vo-
luntarie ſunt.d.l.in commodato.§.ſicut.ff.commoda. d. l.3. C.
de act. & oblig. Ob id cum generaliter in debitis neceſſarijs,
blanchæ decretum loquatur,initij aut originis diſtinctione nõ
habita,voluntaria, an nõ origo ſit , generaliter decretũ ipſum
24 accipiendũ,neque hominis † eſſe,diſtinguere,vbi facta diſtin-
ctio à lege non eſt.l.3.in fi.ff.de offi.præſid.leg.de precio. ff. de
publicia. Et alia non pauca. Et quod Bal. ſcribit in conſ.371. in
volum.col.2.circa med. lib.5. Quod pro communi redditum
Sauiliano eſt,omnem interpretationem reſtrictiuam literario
contrariam ſermoni eſſe. De quo memoria habita apud nos
eſt in conſil.194.nu.4. Retorcutionem enim argumenti huius
partis diuerſæ aduocationem ſuſtinere, ex his oſtenditur, quæ
ſcripta initio ex textibus,gloſſis,& doct. habemus. Originem
25 in re proprie denominanda † ſpectandam. Neque neceſſaria
dici debita poſſe, quæ ab origine voluntatis oriuntur per text.
in d.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria cum glo.& doct.ibi per tex. in
l.alienationes. Ibique Alberi.ff.famil.erciſ. Ex gloſ. & doct. in
d.l.ſi duo.in gloſ.3. de acquir.hæred. Aretino in d. l. is poteſt in
fi.ff.de acqu.hæred. Bald.& Ang.in conſ. apud Tiraquel. rela-
tis in d.tracta.de vtroque retractu fol.97.nu. 15. & ſeq. Idque
textibus,doct.teſtimonijs,rationibuſque alijs, & ipſis inuictis
cumulatiſſime confirmatum in reſponſo memorato pro gene
ro habemus num.35.& ſequentium turba.In errore igitur ma-
nifeſtario aduocatio diuerſa deprehenditur. Cui viſum ſit,ne-
ceſſarium æſtimandũ,ad quod vltro quis ſe adſtrinxit, neceſſi-
tatem ipſi ſibi volens conciliando.

Secundo ad arg.reſpondetur,neceſſarium debitum eſto di-
catur, quod contractum vltro eſt , & initium cui voluntas de-
dit,neceſſarium tamen ſimpliciter non eſt. Neque ſimpliciter
neceſſitas contingit,verum poſt tempus demum , quam con-
tractũ eſt. In ipſo tamen contrahendo neceſſitas vlla non ſub-
26 eſt. Itaq; cum ſimpliciter † neceſſitas hæc nõ interueniat, De-
bitum neceſſarium dici proprie nequit , At improprie & ſe-
cundum quid, poſtquam cõtractum eſt. Tale quippe proprie
non dicitur,quod tale ſimpliciter,& quãtum ad omnia nõ eſt,
At ex aliquo tantummodo. Atque ideo ad neceſſitatem hanc
trahi decretum non conuenit, quæ neceſſitas ſimpliciter non
eſt. Cum proprie & ſimpliciter,non ſecundum quid, intelligi
verba debeant.l.ſpadonem.§.qui accepit. Ibique Bal.ff. de ex-
cuſ.l.ſi cui lana.l.hæres meus.§.1.l.hoc legatum. Ibiq; Bart.ff.
de lega.3.l.1.ff.de dona.l. fin. C. de his qui veniam æta. impe.c.
pen.de ſen.excomm.cap.ſtatutum. iuncto c. licet canon. de e-
lectio.lib.6.Barto. in l. Lucius.§.quæſitum.ff.de lega.3.in l.1.§.
hoc interdictum.ff.de fonte in l.maritus. §. legis Iuliæ. ff. de a-
dul.Bald.in leg.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocand.in
leg.ſi non ſpeciali.num.6.& ſeq.C.de teſt.Inde fit, vt debitum
proprie non dicatur, quod in diem aut ſub conditione debe-
tur.l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de lega.2.Bart. & alij in l. 1. num.32. ff. ſi
cert.pet. Alex in conſ.106.nu.3.verſi. tertio verba ſtatuti lib.5.
Et alia id genus innumera.
27 Tertio contrarius † argumento huic tex.eſt in d.c.2.Ibique
Dec.in quarto not. de teſtibus. Eam demum neceſſitatem in-
telligi,quę ineuitabilis ſit. Quocirca neceſſarium debitum nõ
recte id dixerimus , quod vitari poteſt. Sed enim debitum ex-
cludere haud dubiè liceat,quod vltro quis, reque vlla non co-
gente fit.

Apparet ex his , conſequentiam non admitti , neceſſarium
debitum poſtea efficitur , quam contractum licet voluntarie
eſt. Ergo ad debitum hoc trahi ſtatutum conuenit , quo debi-
torum mentio neceſſariorum fit. Quatenus pro voluntario
omnino habetur. Et nihili pendi neceſſitatem oportet, quam
volens quis ſibi accerſit. Vnde neceſſarium proprie dici id nõ
poteſt.

Quarto ad argum. reſpondetur. Generaliter eſto in debi-
tis neceſſarijs decretum loquatur , neceſſarium dici & id fac,
quod volens quis ſubit. Ad debitũ tamen id genus referri ſta-
28 tutum non cõuenit,ſiquidẽ abſurda † ex relatione hac deſcen-
dunt vt ei ſubueniatur,qui vitio , culpáue ſua coniectus in ne-
ceſſitatem eſt contra tex.in d.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. cum
alijs in d.reſponſo accumulatis nu. 44. & nu. 87. De quo vbe-
rius etiam infra diſſeremus. Abſurdum & alterum accedit , vt
feudi, iuriſque alieni perimendi occaſionem decretum pariat.
De quo abſurdo in reſponſo dictum prænarrato eſt num. 80.
verſic.enimuero rationi non congruit. Æque abſurdum con-
tingit, vt vigoris aut effectus quicquam verbum neceſſarijs to
tiens repetitum non habeat,ſi ad debita refertur,quæ contra-
cta voluntarie ſunt, quatenus ſub verbis ea comprehenſa ſatis
debitis erant,ita vti monſtratum ante habemus num.14. Quæ
29 cum ita ſint, generalitatem reſtringi † abſurdi vel vnius exclu-
dendi cauſa, lex iubet, vti ſcriptum habemus in conſ.86.nu.8.
Quibus Freder.accedit in conſil.210.caſus talis eſt,quidam E-
piſcopus poſt med. Iaſ. in conſil.182. col. 7.lib.2. Sed & in ver-
bis vniuerſalibus reſtrictionem admittẽdam, ne abſurdi quic-
quam conſequatur , in eodem demonſtratum reſponſo habe-
mus numer.76. Quin etiam verborum offenſionem lex agno-
ſcit,potius quam abſurdam rem ferat. Alex. in conſ. 81. nume-
ro 6.in conſilio 93.numero 4.& ſeq.lib.3.Dec. in cap. cum in-
ter in ſeptimo not.de exceptio. Quid hic dicendum, vbi nulla
reſtrictio,nulla verborũ læſio contingit. Quandoquidem ne-
ceſſarium demum id intelligi , in quo initio ipſo neceſſitas in-
teruenit,demonſtratum ante ſatis,atque in reſponſo prędicto reiecta
30 eſt. Hoc amplius † etiam ſi decretorum interpretatio
per decretum aliud inueniatur, ad literamq;,vt iacent, intelli-
gi verba oporteat. Ea tamen exploſa non cenſetur vnde abſur-
dum quid emanat Soc.in l.cum auus.nu.89.in l. Iulianus nu.5.
ff.de condit.& demonſt.in conſ.84.nu.3.circa fi.& ſeq.& nu.6.
lib.1.Corn.in conſ.14.col.3.verſi.item Bald.in conſ. 224. col. 5.
lib.2.in conſ.276.col.5.verſi.non tamen tollitur lib. 4. Expreſ-
ſius & ſignificantius in conſ.324.col.penult. in fi.lib.3.Brun.in
tract.de mulieribus arti.5.q.29.col.1.poſt med.in fin. quæſtio-
nis.Soc.iun.in conſil.1. nu.142. lib. 1. Quid dicturi hic erimus,
Vbi prohibitio vlla facta interpretandi non eſt ? Vbi nõ abſur-
dum vnum,at multiplex incurrit. De quibus abſurdis etiã me-
moria habita in d.reſpõſo,pro genero eſt nu.61. 76. & ſeq. nu.
85.ver.nono debitorum eſto nu.90.in fi.& ſeq. & num.104.&
ſupra nu.11.circa fi.
31 Quinto rationibus † & alijs argumentum hoc à locutione
aut ſcriptura generali deductum confutatur, De quibus in re-
ſponſo memorato nu. 51. 76. 78. 96. 105.328.332. 338. Vnde ni-
hil eſt , quod argumento illo generalitatis ſane quam flexili &
vitatu facili aduocatio partis fidat.

Sexto

Sexto arg. retorquetur. Namque præterquam quod in ſpe-
cie controuerſa euidentiſſime pars fallitur, generaliter neceſ-
ſaria debita intelligenda etiam quæ voluntarium initium ha-
bent, ſic quomodo monſtratum ſæpiuſq; habemus. Atq; ideo
ſignificationi neceſſariorum debitorum argumentum refra-
gatur, Rationibus, & alijs ſane quam mouentibus locũ reſtri-
ctioni generalitatis eſſe declaratum non obſcure eſt. Quod cũ
ita ſit, in manifeſto retorcutio emicat. Hoc eſt per legẽ ipſam,
legumq́; rationes, non etiam ab homine diſtinctionem, & re-
ſtrictionem debitorum neceſſariorum fieri.

Retorcutionem item euidentem & arg. illud ſuffert, locum
interpretationi in re clara non eſſe. Apertiſſima quippe res in
gratiam agnati & ſucceſſoris in feudo eſt. Neceſſaria debita ea
demum accipienda, in quibus aut initio ipſo neceſſitas ineſt,
atque ideo neceſſariam originem habẽt, vel ſi voluntaria, per
legem tamen immediate, & citra vllum conſenſum hominis,
neceſſitas iniungitur. Idq; ſicut textibus, gloſſarum, & doc. te-
ſtimonijs vulgo receptum oſtendimus, Ita lumẽ nitidiſſimum
obſcurare, ſolique tenebras offundere pars certat.

In eo ſane in primis repercuſſionem manifeſtiſſimam pars
ſuſtinet. Tota enim in eo eſt. Id vnum omnium maxime agit,
vt doceat, ad debita voluntariè contracta decretum trahen-
dum. Atq; ideo rationem eandem debitorum, quæ contracta
vltro ſunt, atq; eorum eſſe, quæ neceſſitate facta impellente
ſunt. Sed enim cauſam multo aliam voluntarie, atq; neceſſario
contractorum eſſe, faciliuſq; in neceſſario cõtractis opem fe-
rendam, declaratum ſatis ante eſt. Diuerſitate itaque rationis
inter debita hac admiſſa, quomodo ex diuerſis, rationemq́ue
diuerſam habentibus argumentandum pars cenſeat, aſſequi
ſatis non poſſum. l. ſi. ff. de calumn. l. Papinianus exuli. ff. de mi-
nor. l. 3. §. 1. ibi nec ratio diuerſitatis reddi poteſt. ff. de iniuſt.
teſta. l. Seio. §. fin. ff. de annuis lega. l. is cui. §. ſatisfactionis. ff. vt
in poſ. lega. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. l. interpoſitas.
C. de tranſact. Et alia in dicto reſponſo pro genero adſcripta
32 nu. 458. & num. 467. vſq; adeo porro † diuerſitatis ratione lex
obſeruat, vt curę ſermo aut ſcriptura generalis nõ ſit, quo mi-
nus reſtrictionem patiatur, vbicunque rationem diuerſam ea
habent, quæ ſub generali ſcriptura comprehenſa quis aſſerit
gloſ. in cap. qui circa in verſic. aliorum de electio. lib. 6. Dyn. in
conſ. 41. col. 2. in fi. Bar. in l. omnes populi num. 57. ff. de iuſti. &
iure. in leg. ſi plurib. nu. 6. circa med. verſi. in dubio qualiter in-
telligatur. ff. de lega. 2. Signorol. in conſil. 244. col. 2. poſt med.
verſic. nec obſtat. d. l. ſi ſeruitus. Bald. in conſ. 337. ſuper primo
puncto dico, quod legatus nu. 2. lib. 4. Paul. de Caſt. in conſilio
187. notandum eſt col. pen. poſt med. lib. 3. Areti. in conſ. 39. in
facto num. 3. Soc. in l. ſi is qui 200. §. vtrum nu. 4. ff. de rebus du-
bijs. in l. Marcellus. §. quidam col. 2. ante med. verſi. quarto cõ-
tra communem. ff. ad Trebel. in conſ. 21. nu. 15. lib. 3. Fel. in cap.
ſignificaſti col. 6. circa fin. verſic. & ſi diceretur quare eſt. de re-
ſcript. Corn. in conſ. 103. col. pen. in conſ. 108. col. 4. & in conſ.
184. col. fin. lib. 1. Saluiol. in rubri. ff. ſolu. mat. nu. 53. Rationem
plane multo aliam debitorum neceſſariorum, quam volunta-
riorum eſſe, & ante dictum, & in reſponſo ipſo eſt nu. 82. Quid
autem in ratione diuerſa occupamur. Imo enim ius idem & in
33 ratione † minore probandum, vt nec ad ea ſcriptura generalis
trahatur, ratio in quibus minor eſt, Fulgoſ. putat in conſ. 135. in
cauſa criminationis col. 3. ante med. Sed & ius idem verborum
vniuerſalium eſſe, eodem ſcriptum reſponſo legitur nume. 82.
Quæ res frequenti Decij locutioni contradicit, generaliter
ſcripturam generalem accipiendam, vt minor in caſu vno atq;
alio ratio arguatur. Sed .n. locus hic excutiendi non eſt. Qua-
tenus diuerſam rationem omnino voluntaria atq; neceſſaria
debita habent.

Sed arg. lector, quæſo ſincerus audiat, quo decreti blanchæ
ſenſum peruertere aduerſarius laborat. Verba enim decreti
obſeruat, quib. de ſuis, id eſt, vaſalli debitis mentio fit. Ita ob
vaſalli ipſius debita feudi alienationem decretum permittit.
Debita plane vaſalli ea proprie intelligi, quæ ab eo contracta
licet voluntarie ſunt. Scilicet vaſalli debita non erunt, quæ ne
ceſſario ſolui ab eo oportet. Et diſſolutionem quorum ob rem
ad eum ſpectantem vaſallo ipſi lex imperat.

Secundo argumenti plane ineptitudo fit ſiquidem de vaſal-
li debitis non ſimpliciter, verum ex qualitate mẽtio neceſſa-
rijs fit. Ita duo coniunctim decretum poſcit, vt vaſalli, atq; ne-
ceſſarium debitum ſit. Vnde ſatis non eſt, vaſalli debitum eſſe,
niſi & qualitas interueniat, vt neceſſario contractum ab eo ſit,
per ea, quæ ſtatuti qualitate probanda in reſponſo ſcripta prę-
dicto ſunt nu. 31. 125. 140. & nu. 396.

Non obſtat, ob cauſas etiam volũtarias feudi alienationem
permittendam, dum fraus modo aut dolus abſit. Quod argu-
mentandi genus eo ſpectat vt fraus præſumi dolúſue non ſole-
at. l. merito. ff. pro ſocio. Atq; ideo ex cauſa iuſta factam aliena
tionem intelligi. confutatum enim argum. hoc ex ſuperiorib.
liquet. Cauſam iuſtam nec in principe præſumendam vbicun-
que niſi ex cauſa qua iuſta facere quid non ſinitur. Atq; argu.
34 partis admiſſo, nunquam cauſa iuſta † præſumenda in princi-
pe non erit. Semper enim dici poterit, dolum fraudémue in
principe nõ præſumi, quem iuſtitiæ plenũ, & id ſentire, quod
iuri congruit, lex præſumit, vti ſcriptum habemus in conſil. 5.
nu. 2. in conſ. 103. nu. 14. in conſ. 168. nu. 9. in conſ. 172. in princ.
in conſ. 293. nu. 8. Et præſumptionem iuris principi aſpirare,
Abb. ſcribit in c. in cauſis. in ſecundo nota. de reg. iur. Dec. in
conſ. 125. nu. 4. Pariſ. in cõſ. 5. nu. 53. lib. 4. Quid ita igitur in pri-
uato homine, & principi nõ conferendo cauſam voluntariam
iuſtam præſumendam effutire non pudet. Id quod principi de
negatum vel ſummo eſt.

Apparet ex reſponſione hac, præſumptioni locum, de qua
in d. l. merito, nec in principis gratiam eſſe, vbicunq; tertij in-
commodum vertitur. Quid circa inferiorem probandum pri-
uatúmue erit. Idque in d. etiam explicatum reſpõſo habemus
nu. 62. & ſeq.

Secundo argumentum hoc partis textibus non paucis re-
35 fragatur, quibus † expreſſum eſt, reijciendam interpretatio-
nem eſſe, Vnde diſpoſitionis illudendæ circumueniendæque
occaſio præſtatur, vt in conſil. noſtro 118. num. 24. in conſ. 175.
nu. 3. & in d. reſponſo pro genero num. 61. & 77. Namque ſi ar-
gum. hoc partis admittimus, dolum fraudemq; non præſumi,
locum nũquam interpretatio memorata habebit, quæ ab oc-
caſione fraudis doliue pellenda deſumitur. Immo enim illuſo-
rium fieri actum patiemur, niſi ſi doli fraudiſúe præſtita proba
tio ſit. Quæ argumenti confutatio in reſponſo etiam prædicto
confirmata apparet numero 61. in fin. verſic. neq; contrarium
his eſt.

Tertio argum. diluitur, dolus fraúſue eſto abſit, quæ conſi-
lio aut ex propoſito, vt aiunt, committitur, Dolus tamen re
ipſa interuenit. Læſionem quippe enormem ex debitis tot in
maxima feudalium bonorum parte vſque adeo filius ſentiat, vt
aliena eum viuere miſericordia oporteat, ſi ratos patrios ha-
36 bere contractus cogitur. Dolum plane † re ipſa ſimilem, atq;
eum eſſe, qui conſilio admittitur, iuris incerti non eſt. l. 2. §. ſi
quis ſine. ff. de exceptio. doli. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor.
oblig. l. ſi ſuperſtite verſic. ſane. C. de dolo. Bar. in l. fi. num. 3. in
fi. ff. de prætor. ſtipul. Anch. in conſ. 39 pro clariori colum. 1. in
conſ. 83. viſis in fin. in conſilio 180. viſa num. 11. & in conſil. 375.
in ſupradicta num. 2. Corn. in conſil. 166. lib. 1. Deci. in conſ. 551.
nu. 4. Riminal. in conſ. 39. num. 13. lib. 1. in conſ. 222. in prin. lib.
2. Ripa lib. 3. reſponſorum de dona. reuo. c. 15. nu. 10. Soc. iun. in
conſ. 48. num. 24. in conſ. 129. num. 40. lib. 1. in conſ. 38. num. 25.
lib. 2. in conſ. 47. num. 40. in conſ. 50. nume. 6. lib. 3. Et alia per-
multa.

Non ob expreſſiuum principem fuiſſe, vt ad debita neceſſa-
ria initio, vel quorũ neceſſitas à lege ipſa mox imponitur, rela-
tio decreti fiat, ſi ea decreto ipſi mens fuerat. Argumẽti enim
& huius reflexionem non obſcure aduerſarius excipit. Namq;
cum debitorum memoria ſimpliciter in decreto habita volãt
eſſet, Ne in controuerſiam forte vocaretur, ob quæ debita a-
lienare feudum liceat, omnia ne, an aliqua tantum, incertitu-
dinem ſermone generali habente, Expreſſum id blanchæ de-
creto, atque elucidatum eſt. In quo neceſſariorũ mentio quat
tum totienſq; facta legitur, quotiens debitorum commemo-
ratio occurrit. Quæ euacua repetitio quarta fuerat, ſi debita
etiam blancha ſenſerat, quæ neceſſitate nulla cogente, cõtra-
cta initio ſunt. Per alia item, ad debita id genus initio neceſſa-
ria, vel quæ à lege mox inducuntur, trahi decretum oportet.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0091-4

De quibus in reſponſo memorato nu. 32. & ſequentium congerie.Et nu.386.verſi.ratione & alia.

37 Secundo reſpondetur. Expreſſum † de neceſſarijs debitis admodum prænarratum, hoc eſt initio ipſo, vel quorum neceſſitas à lege mox exiſtit, hoc ipſo intelligi, quod iuris id rationibus coactis, præſumptionibúſue colligitur Bald.in l. 1. §. ſeruus per illum text.ff.ad Sillania.Soci.in conſilio 188. col. fi. lib.2. Rurſus cum ex mēte decreti interpretationem hanc cōſiſtere in reſponſo teſtatum prædicto ſit numero 102. Expreſſum id habetur, quod ex mente procedit. l. tale pactum.§. fin. ff.de pact.l.ſi pactum.ff.de proba. Ex quibus text.ita Bald.ſcribit in conſil.200.verba Cyni in fi.lib.2.Idem ex Bart.Ang.& alijs oſtenditur in l.prætor.§.1.per gl.ibi in verſ.expreſſum.ff. de ope.noui nuncia.Rom.in conſil.270.271.in fi.Curt.ſen.in cōſil.49.nu.67.

Retorcutioni argu. & illud partis cedit, Qualitatem debiti
38 neceſſarij.ſecundum verbi †tempus,hoc eſt cum feudi alienatio fit,intelligendam.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal. cū talibus non paucis. Quæ in manifeſto retorcutio eſt. Siquidē verbo debitis qualitas neceſſarijs aſſuitur. Eam ob rem tēpore ipſo verbi debitis,interuenire neceſſitatem oportet: cum debita ipſa cōtrahuntur. Idque & à nobis obſeruatum in reſcripto memorato eſt,nu.40.

Secundo ad arg.reſpondetur. Verbo alienationis qualitatē fac neceſſariorum adiectam, Ad rem nihilo magis attinet. Siquidem locum regula nō habet,de qua in d. §. ſi extraneus, Vbicunq; abſurdi conſequi quicquam poteſt, ſi ſecundum verbi tempus qualitatem ſpectamus Cardin.Zabarel.in c.perpen dimus col.8.de ſenten.excom.De quo Saluiol. meminit in rubri.ff.ſol.mat.num.106.verſ.vel & quarto. Abſurda plane nequidem pauca ab interpretatione hac cōſequi,declaratum ſatis ſuperius eſt.

Tertio reſpondetur,ad eum caſum regulam iam dictam nō pertinere. Quo ratio eadem tempore verbi: atque ante tempus ipſum non eſt Saluiol.in d.rubric.ff.ſolu.matr.à contrarijs argumentando.l.1.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Rationem plane diuerſam,ante neceſſitas inueniatur, quam alienatio fiat &debita ineantur. An poſtea accedat,quam contracta ſunt, ſuperiora docent,quod frugi nullius verbū neceſſarijs totiens repetitum ſit,quod feudi vniuerſi ſubuertendi occaſio præſtatur,ſi tempore demum alienationis neceſſitatem exquirimus. Diuerſitatis item rationem cumulatiſſime & ſignificantiſſime ea indicant,quæ ad reſponſum notata memoratum ſunt.d. nu. 32.& ſequentium caterua.

Quarto reſpondetur.Quod dicitur,verbi tempore qualitatem accipiendam taxatiue id nō accipi, vt tempore alio interuenire qualitas non debeat. Idque ex text. demonſtratur in d. l.alienationes. Ibique Alber.ff.famil.erciſc. Ex Ang. in conſil. 243.multi ſunt conſortes poſt princip. Ex Aret.in d. l. is poteſt in fi cum alijs ſupra accumulatis. ſatis non eſſe tempore alienationis aut actus neceſſitatem interuenire, quotiēs niſi ob cauſam neceſſariam fieri quid nequit, niſi ſi & ante, initioq; ipſo conciliata neceſſitas ſit. Ita ſatis non fuerit,initio ipſo neceſſitatem contigiſſe, ſi poſtea deſijt. Neque ad rem attinet, cum alienatio feudi fit,neceſſitatem vrgere, ſi à voluntate orta neceſſitas eſt,atque ideo initio ipſo non fuit,cum factum debitū eſt, vel ante per legem ipſam impoſita aut inducta neceſſitas non ſit. Apparet ex his, rectam conſequentiam non eſſe tempore verbi alienationis, cum feudum alienatum, neceſſitas debiti apparet. Ergo ſatis ea neceſſitas erit, neque tempore quo alio anteriori ea exigitur. Ex his enim confutata conſequentia oſtenditur,quæ ſcripta mox ſunt. Contrarij item conſequētiæ huic text. gloſ. & doct.ſunt in d.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff. qui ſat.cog. Vbi quotiens ex conſenſu aut promiſſione hominis cauendi neceſſitas emanat,priuilegio cautionis neceſſariæ non fruitur. Atqui tempore ipſo cautionis aut verbi,cum præſtatio cautionis fit, neceſſitas ipſa cauendi inuenitur. Sic tempore ipſo verbi, & alio anteriori neceſſitatem ipſam interuenire oportet. Ex gloſ.item & doct.conſequentia proſternitur in d.l.ſi duo in verſic.ſcire.ff.de acq.hær.vbi ſatis non eſt,verbi tempore damnum cōtingere, niſi ſi & initio ipſo damnoſa aut onerosa cauſa ſit.

Quinto ſignificantius argum. ipſum proſternitur, quod à regula d. §. ſi extraneus.deducitur, Inficias eundo, alienationis tempore neceſſitatis qualitatem ſubeſſe. Etenim ſi ea demum neceſſitas in debitis intelligitur quæ initio cōtingit, vel per legem immediate iniungitur, vtiq; tēpore ipſo alienationis qualitas hæc non repetitur. Quia neceſſario tēpore alienationis contracta debita non apparent. Inde hallucinatio manifeſta partis,& fallacia argumenti eius euidens conſtat, cum ſatis neceſſitatem debiti in feudo alienando putat, quæ ex debito ipſo cōtracto fit. Quoniam de neceſſitate hac decretū non loqui,neque intelligi in ea poſſe, ſatis ſuperq; dictum tam ſæpiſſime eſt. Itaque cum ad neceſſitatem decretum pertineat, vel quæ initio eſt, vel à lege immediate procedit. Neceſſitas hæc nec tunc interuenit,cum feudi alienatio exercetur. Alienationis verba igitur qualitas eſto adiecta neceſſariorū ſit, verbi tamē aut alienationis tempore qualitas hæc neceſſitatis nō inuenitur,neceſſitas videlicet, quam lex exquirit, verum alia, quam nihil lex ipſa facit. Et quæ curæ legi non eſt.

Argumento alio opinionis ſuæ peruicaciam obſcurare partis aduocatio certat.Et ſi maxime ratio diuerſa debiti,quod voluntarie atq; eius videatur,quod contractū neceſſario eſt. At-
39 tamen † ei etiam opem ferendam, qui culpa ſua in neceſſitatē incidit ex Alex.& Soci.in d.l.ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. Fel.in c.ſi qui teſtium in fin.de teſtib.Bal.in conſ.20. quid importent iſta verba lib.2.Profligatum quippe arg.hoc ex his ſatis liquet, quę in reſponſo ſcripta ante memorato ſunt num.87.& tribus ſeq. Atque præter ea,quæ relata ibi leguntur,Ex Angel. Imol. Roman.Alex. & Soc.argum. ipſum debellatur in leg. Marcellus.§.res quæ.ff. ad Trebel. Bona fideicōmiſſa,quæ ob cauſam alienare neceſſariam licet,propter neceſſitatem non diſtrahi, in quam vitio ſuo hæres grauatus deuenit.Quam receptā ſententiam Soci.ibi aſſerit. Idem Alex.probat in l.quamuis nu.11. poſt med.ff.ſol.mat.& in conſ.32.circa fi.lib.1. Crebriorem opin.hanc Iaſ. etiam ait in aucten.res quæ nu.20. C. com.de lega.Et niſi ob vitæ aut membri redemptionem bona tunc fideicommiſſa non alienari,cum vitio grauati neceſſitas accidit, in d.aucten.res quæ circa fin. Fulgo.putat.Soc.in d. l. Marcellus. §.res quæ nu.4.

Bal.huc accedit in c. ex parte in prin.de conſuetud. Priuilegium ne vltra quam facere poſſit,maritus conueniatur,ei non tribui qui vitio ſuo factus pauperior eſt per tex.no. in l. pen.ff. de iure dot.ſequitur Iaſ.in leg.quod nomine in fin.primi nota. ff.de cond.indeb.Ex tex.id præter Bald. & Iaſ.confirmatur in l. ſed hoc ita §.1.ff.de re iudic. Quem tex.pro ſententia hac Crotus nominat in l.frater à fratre in fin.ff.de cond.indeb.Baldum etiam Crot. vocat in c.ſedes nu.5. de reſcript.

In eandem ſentētiam Bal.ſcribit in conſ.478. quædam ſunt res nu.2.lib.2. Quibus caſibus virum pauperiorem ſuſtentare vxor diues cogitur,receptum id nō eſſe, vbicunq; mariti vitio pauperies accidit.

Neq; dixeris,ad delictū prædicta ſpectare, ei ſubueniendum non fore,qui ex crimine factus egenus ſit. Rationem aliā eius videri,qui per culpam pauperie laborat.Ius enim idem & culpæ eſſe,Soc.ſcribit in d.l.Marcellus.§.res quæ nu.3. Crot. in d. l.frater à fratre in fin. Idem Alex.ſentit in d.l.quamuis num.11. poſt med.ff.de in ius vocan.Rationis quippe atq; æquitatis nō videtur, ad incommodum alienum culpam cuius recidere. Et noxiam vaſalli aut hæredis grauati culpam agnato ſucceſſori, ſubſtitutóue eſſe. Quam rationem in ſpecie Alex. obſeruat in d. l. quamuis. Ex his item ratio hæc iuuatur, quæ in reſponſo ſcripta prænarrato habemus nu.91.266.& nu.469. Atque nominatim ex facto aut culpa partis ius filij non minui in d. teſtatum reſponſo eſt,nu.92. Ibique aduocationis partis error ma-
40 nifeſtarius aperitur. Quam etiam † non præterit, ſui eam longe diſſimilem in iudicio illo grauiori Cercenaſchi fuiſſe. In quo aduerſus primogenituram à patre inſtitutam recte filium reclamare cōtendit. Si primogenituram filius oppugnat, quæ iure introducta diuino eſt Geneſis c.21.25.27. Ad Hebræos capit.12.capit.licet de voto.Oldr.in conſ.237.perlectis, vnde familiæ dignitas ſalua manet. Quid ita fronte tam perfricta defuncti factum ratum à filio habendū ſcribere non puduit, vnde filij excidium,& familiæ pernicies ſequitur.

Neque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0092-9

Neque reſponſio mutat, qua contra deciſiones has aduocatio ipſa vtitur. Ad eum caſum eas ſpectare, quo prohibitum quid regulariter, & permiſſum niſi in caſibus quibuſdam non eſt. Cauſam aliam ſpecie controuerſæ eſſe, In qua permiſſio, feudi alienandi per omnia vertitur. Vitijs enim & erroribus non paucis reſponſio hæc laborat. Principio, feudi alienationem ex cauſa quauis etiam voluntaria atque ex delicto etiam permiſſam putat. Atque ideo commune feudorum ius ex toto abrogatum. Aliter quippe permiſſio feudi alienandi intelligi per omnia non poteſt. At enim decretis ipſis yolant, & blanchæ reſponſio hæc repugnat, quibus niſi in caſibus certis dotis videlicet, donationis propter nuptias, debitis neceſſarijs, & neceſſitatibus alijs quibuſcunque feudi permiſſa alienatio non eſt. Ita niſi ob neceſſitates alienari feudum nõ poteſt. Quod ſi yolant & blanchæ mens fuerat, vt generalis & abſoluta feudi alienandi permiſſio eſſet. Quorſum de dotibus, donationibus propter nuptias, debitis neceſſarijs & neceſſitatibus alijs exprimere. Quid idem attinebat, reſtrictionem ad neceſſaria debita per blancham fieri. An nõ ſatis erat, feudi ipſius alienandi habenas ſoluere.

Secundo textibus non parum multis reſponſio hæc aduerſatur. Quibus expreſſum eſt, nominatim correctionem faciẽdam. Eandemq; ad caſus enarratos coercendam. Id quod reſponſi iam dicti index declarat in verſi. correctio.

Conſequens his fit, reſponſione ſua partem referri, cũ feudi alienationem permiſſam regulariter, atq; ex toto exiſtimat. Immo enim econtrario, prohibitam eam regulariter, & niſi in caſibus quibuſdam permiſſam non eſſe, & verba & mens ipſa decreti docent. Idq; & in reſponſo confirmatum prædicto legitur nu. 65. Quo magis admirer id genus reſponſione vti pudori non fuiſſe.

41 Hoc amplius contradictionis vitio † in reſponſione hac eripi pars nequit. Namque cum arg. illud refellere conatur, ſuperfluum neceſſarijs verbum totiens repetitum fieri, ſi ad debita refertur, quæ contracta voluntarie ſunt, In multis effectũ produci ait, de quibus dictum ante eſt. In quib. feudi permiſſa alienatio non erit. Conſequenter interpretationem tunc admittit, generalem feudi alienandi poteſtatem ob verbum neceſſarijs non eſſe. Itaque cum permiſſam modo alienationem ex toto ait, an non contraria ipſi ſibi loquitur.

Quid autem Alex. & Soci. teſtimonio in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria pars nititur, vt ei etiam ſuccurratur, quo vitio ſuo indiget ad neceſſitatemque trahitur. Atque ideo neceſſariam ſatiſdationem intelligi, etiam quæ ex cõtractu, delictóue præſtatur. Quoniam & per legem neceſſitas hæc cauendi inducitur. Mirum, ni parti ipſi argum. hoc euidenter obſtet. Neceſſa-
42 rium quippe † ſatiſdationem non aliam admittunt, niſi cuius præſtãdæ neceſſitas per legem ipſam immediate, ſine vlla eius promiſſione ab homine inducitur. Vnde ſi promiſſa ſatiſdatio ab homine ſit, voluntariam eam, nõ neceſſariam aiunt, quamuis neceſſitas in ea poſt promiſſionẽ inueniatur. Vnde ex verbis ipſis liquidiſſimis Alex. & Soc. menteque eorum perſpicua non poſſunt voluntaria debita nõ æſtimari, quæ ex promiſſione contracta hominis ſunt. Id quia ex promiſſione & voluntate hominis immediate oriuntur. Idq; ſermone prolixiore executi initio ſumus. Nominatimque id ex Soci. in d. §. ſi neceſſaria oſtendimus nu. 7. poſt glo. ibi, quę pellucide id diſſerit. Voluntariam ſatiſdationem intelligi, quæ ex cõuentione aut promiſſione debetur.

Neque ad rem attinet, ex facto hominis voluntario neceſſitatem hanc ſatiſdandi per legem imponi, atq; ideo originem voluntariam neceſſitati eſſe. Quoniam voluntas hæc in ſatiſdatione ipſa non inuenitur, quandoquidem promiſſio vlla facta de ſatiſdando non ſit. Vnde quia ſine conſenſu & voluntate vlla hominis cauendi neceſſitas per legem imponitur, neceſſaria ſatiſdatio iudicatur. Ad rem igitur non attinet, ex facto hominis voluntario cauendi neceſſitatem induci, vt volũtaria ob id cenſeatur, cum voluntas hæc à ſatiſdatione ipſa abſit, neq; ad cautionem ipſam verba promiſſionis aut facti hominis omnino reſpiciant.

Conſequenter his dicendum, Ex facto hominis voluntario tum denique effectum voluntarium ſequi, ſi ad effectum illũ voluntas ipſa aſpicit, & ad effectum illum verba ipſa diſpoſitionis ſpectant. Aliter atque ſi in facto hominis voluntario mentio vlla de effectu quo non fit, verum à lege ipſa præter hominis voluntatem, effectus ille introducitur. Legi enim ceu cauſæ eius immediatæ & proximæ, non homini tribuitur, ſic quomodo locupletius & luculentius declaratum in ſuperioribus apparet nu. 2.

Fel. item dictum non mouet in d. cap. ſi qui teſtium in fin. de teſtib. Pauperi ex æquitate ſuccurrendum, quamuis culpa ſua pauperies contigerit. In caſibus enim ab eo expreſſis loquitur. In quibus tertij non intereſt, neque incommodum alienum vertitur. Quod in patrimonio minuendo conſiſtit. l. 3. ff. de dam. infect. Cauſa alia ſpeciei controuerſæ eſt. In qua filij diſpendium & iactura feudi vertitur, quod filio ipſi debitum ex contractu feudi ipſius & inueſtituris maiorum eſt. Idque ex Imola & doct. oſtenditur in d. l. Marcellus. §. res quæ. Qui hæredi ſuccurrendum grauato non putant, qui vitio ſuo in neceſſitatem incidit. Id quia ſubſtituti incommodum vertitur. Vnde cum Imolæ teſtimonio Felyn. dictum nitatur, vt Imola ipſe ſentit, Ita intelligi Fel. oportet, cum tertij ius videlicet deterius non fit, neq; incommodo alieno pauperi ſubuenitur Bar. in leg. non ſolum. §. ſi liberationis verba nu. 7. ff. de lib. leg. & in l. cum quidam circa med. verſic. ſolutio intelligo. ff. de his quibus vt indig. Roma. in conſ. 221. num. 5. Huc & illud ſpectat, ſecundum qualitates & conditiones relati referens accipiendũ. l. ſi prior maritus. ff. ſolut. matrim. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti. Et alia non pauca. Felyni etiam ipſius verbis & ratione interpretatio ſeu reſponſio hæc confirmatur. Æquitatis enim ra-
43 tione † ad opinionem ſuam Fel. impellitur, vt culpæ, vitiiue ratio non prohibeat, quominus egenti ſubueniatur. Sed enim æquitatis locus rationi non eſt, vbicunque detrimento alieno pauperi opitulamur. Ita vti verbis pluribus in reſponſo teſtatum memorato habemus, numer. 91. & ſequ. num. 266. & num. 469.

44 Nihilo magis Bald. ſententia † officit in d. conſil. 20. libr. 2. ob debitum calore iuuenili, aut ex maleficio contractum bonorum fideicommiſſorum alienationem ob perſonam redimendam permitti, vbicunque propter neceſſitates ſubleuandas alienandi facultas datur. Vnde enim in carcerem vaſallus defunctus ob debita contracta conijci ex forma inſtrumentorum poſſet, vtpote quę in formam conſcripta executoriá ſunt. Sicut ob debita id genus diſſoluenda feudi permiſſa alienatio erat, ita propter debita hæc à filio ipſo feudum alienãdum. Idque Philiberti Ducis decreto, quo ius idem ſucceſſoris, atque vaſalli defuncti conſtituitur. Ex fide enim non bona ſatis Bald. inducitur. Vtpote qui parti ipſi euidenter nocet, ſi rationem eius ſpectamus. Idcirco enim pro debito voluntario & maleficio, perſonæ redimendæ ius eſſe ait. Quoniam expreſſim id à teſtatore conceſſum ob perſonam redimendam eſt. Qui in perſonam redimendam alienandi copiam nominatim fecit. Quo caſu ad debitam atque adeo cauſam voluntariam, cogitatum neceſſario videtur, cum bellum non geritur. Ius aliud ſeruandum Bal. ſubijcit, quotiens in cauſam illam perſonæ redimendæ alienandi poteſtas non fit. Tunc enim niſi legitima tenus alienandi facultatem non dari. Ita Bal. teſtimonium parti contrarium euidentiſſime apparet, quotiens de perſona redimenda in facultate ob neceſſitates alienandi, verbum non fit.

Secundo cum Bald. teſtimonio in d. conſ. 20. pars vtitur, Id Bald. ſentire facit, vt nihil interſit, ob neceſſitates ſimpliciter, an ob perſonam redimendam alienare concedatur. Vtroque quippe caſu etiam ob maleficium debitaq; volũtaria alienandi ius eſſe. At enim ſi eam Bald. fuiſſe mentem dicimus, incerta atq; frugi nullius verba illa facimus, & pro redemptione perſonæ. Quibus Bal. adnititur, Et quæ ſola expendit.

Tertio Bald. ipſe nominatim ſenſui huic reſiſtit, qui expreſſionis ratione mouetur, quod de perſona expreſſum redimen-
45 da eſt. Neque dici † poteſt expreſſionem hanc in verbo neceſſitates intelligi. Quoniam ſub verbo neceſſitates contineri redemptio non poteſt, etiam vbi comprehenſam alias dicamus, expreſſione ipſius redemptionis nominatim facta l. cum ex filio. §. 1. l. qui plures. §. itaq;. l. ex facto. §. item quæro. ff. de

vulg.l.nonnunquam.ff.de cond.&demon.l.expreſſa.ff.de reg. iur.& illud,dicite diſcipulis eius,& Petro.Diſcipulorum enim appellationi Petrus non cedit, poſtquam expreſſio facta eius eſt. Itaq; expreſſionis verbi redemptionis, non etiam neceſſitatum verbo Bald. ſententia fundatur. Quo circa redemptionis expreſſione remota, ſicut ius aliud admittendum Bald.putat, Ita parti ipſi perſpicue aduerſatur, ne ex verbo neceſſitates, redimere perſonam liceat, vbicunq; capti vitio neceſſitas contingit.Ita cum probatiſſima doct.ſententia in d. l. Marcellus.§.res quæ.& in d.aucten.res quæ. eo etiam caſu Bald. facit, quod vitæ aut membri redimendi neceſſitas incurrit, contra quam Fulgoſio & Soc.placere ante oſtendimns, Secundũ quę aduerſarius parti eo etiam caſu Bal. apparet quo propitios ſibi Fulgoſium cum Socino habet. Quos ipſos fatales parti eſſe, monſtratum liquido ante eſt.

Quarto vbi aliud ſcriptum apud Bald.fuerat,hoc eſt, rationem neceſſitatum habendam, quæ à facto hominis voluntario, ab hômineque ipſo immediate deſcendunt, flocci faciendum id eſſet,vtpote quod textibus, gloſſis, & grauiſſimis, pleniſſimiſque doct. teſtimonijs repugnat. Sic quomodo ſæpiſſime,cumulatiſſiméue monſtratum & ſuperius, & in d. reſponſo eſt.

Quinto non modo in d.conſil. 20.lib.2. ſed & in d. l. ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ratione fortiore Bald.pugnat.Ibi enim & tunc quoque nihili neceſſitatem facit,quæ vitio cuius euenit, cum tertij incommodum non vertitur. Quid hic dicendum, vbi feudi iactura periculumque verſatur. Et quamuis damni ratione tacente,Bald.dictum recipi in d.§.ſi neceſſaria.non ſoleat, damni tamen cauſa occurrente, recepta haud dubie ex prædictis apparet, parti quoque aduerſarius Bal. idem legitur in dict.conſil.478.num.2. libr.5. Inopiæ mariti rationem non habendam, vt ab vxore ſuſtentetur, quotiens mariti ipſius vitio egeſtas incurrit. A Bald.etiam vulnus luctificum pars accipit in d.cap.ex parte in princip.de conſuetu.& in d. cap. ſedes. nu.5.de reſcrip. De quo memoria habita ante eſt nu.39. vt mirari ſatis nequeam, impudenter adeo Baldum ſerum facere, à parte ſcriptum qui partem ipſam nominatim cõtemnat. Parti
46 etiam Bald.obſtet † in conſ.332.præmittendum eſt ad euidentiam,quod ordo nu.3.lib.1.Qui neceſſitatem euidenté poſcit, quotiens niſi ex neceſſitate perfici venditio nequit. At enim quomodo euidens dici neceſſitas poterit, quæ à cauſa originé voluntaria ducit.

Sexto ex diuerſis penitus aduerſarium argumentari, cum Bal.teſtimonium profert euidenter oſtenditur. In qua ſpecie enim Bald.conſuluit,ſi ad voluntaria debita alienandi facultas non trahitur,infructuoſa omnino verba illa fiunt, & pro perſona redimenda. Quoniam quę ob cauſam initio ipſo neceſſariam redemptio fit,incluſa ea, atque expreſſa ſatis in verbo neceſſitatibus erat. Ea de re effectus cuius eſſe verba illa nequeunt. Et pro perſona redimenda, niſi ſi ad cauſas etiam volun-
47 tarias trahitur. Quod cũ ita ſit,Ita verba intelligi † illa decet, & pro perſona redimenda,ne irrita,vacuaq; ab effectu iaceãt. leg.1.in fin.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit.l.quibus diebus. §. dominus. Et quod ibi Barto.& Socin.ff.de condi.& demon.cum alijs in d.reſponſo pro genero ipſo accumulatis nu.46.& ſequ. num.77.312.& num.340. & quorſum in redemptione ob cauſam initio neceſſariam prouidere, cum prouiſum iam ex verbo ipſo neceſſitatis eſſet. Inutilis enim prouiſio abijcienda.l.ſi plures.ff.de teſtamen.tute.Soc.iun. in conſilio 182. num.13. & ſeq.lib. 2. Vnde cum niſi in cauſa voluntaria vtilitatis quid afferre prouiſio illa de perſona redimenda nequeat. Ad cauſam ipſam voluntariam nõ trahi non poteſt. Ratio hæc verborum vacantium aut ſuperfluẽtium,in decreto ſilet, quamuis ad debita non trahatur,quæ contracta voluntarie ſiunt. Namque & ſi maxime expreſſio facta in dote,donatione propter nuptias, & debitis neceſſarijs eſſet. Conſequens tamen non fit,ad cau-
48 ſas alias neceſſarias trahendum decretum eſſe, quatenus † extra caſus expreſſos correctorium educi ius non ſoleat, vt in dicto notatum reſponſo habemus, num. 85. Vnde niſi ſubiectio facta verborum eſſet, & pro neceſſitatibus ſuis alijs quibuſcunque caſus omnes comprehenſi neceſſarij non fuerant, in quibus initio ipſo etiam neçeſſitas ſubeſt. Qui nõ infrequentes contingunt. In qua clauſula & pro neceſſitatibus alijs ſuis quibuſcunque verbis pluribus occupati in reſponſo prædicto ſumus num. 67.& pluribus ſeq. Atque vbi ſub verbis illis debitis neceſſarijs, neceſſitates comprehendi omnes poſſent, quod nequaquam admittimus, cum frequentes citra debita,
49 interueniant,ſatis tamen † eſt, vocari in dubitationem poſſe, ad neceſſitatés ne alias verba illa pertineant. Quo caſu ſuperflua dici verba illa non poſſunt, & pro neceſſitatibus ſuis alijs quibuſcunq;, ſatis quippe verba operantur, quæ dubitationé abigunt Roma.in conſ.117.ex præmiſſa col.2.Alex. in conſi.33. nu.9.verſic.nec ad hoc obſtat lib.1.& apud nos in l.1. nu. 115. ff. de lega.1.

Septimo pręmiſſorum omnium nihil eſſe fac. Ad perſonam redimendam in ſpecie Bal.eſto neceſſitates verbum proſit, ad rem id nihilo magis attinet. Id quia ex diuerſis prorſus argu-
50 mentum deducitur. Id eſt,à † teſtatore in bonis ſuis, ad principem in feudo.Inter quos non paululum differt,ratioq́ue diuerſitatis non leuis vertitur. Teſtator enim pro arbitrio bona ſua diſponit.§.diſponat.in aucten.de nupt. Princeps plane deteriorem agnatorum conditionem ſine cauſa in feudo non facit,quatenus ex contractu agnatis ius cõpetit, quod citra cauſam lædere princeps non permittitur. Sic quomodo ſcriptum apud nos legitur in tracta.de antiq.temp.par.1.nu.5. Sed enim cauſa iuſta iuris agnatorum in feudo lædendi, intelligi in eo nequit,quod neceſſitate nulla vrgente,ex voluntate,aut mera animi libidine fit. Et in quo delinquẽdi & feudi totius peſſundandi occaſio præſtatur. De qua occaſione ſcriptum ſatis in d. reſponſo legitur nu.80.verſi. enimuero rationi congruit. Rationis igitur diuerſitate inter caſum Bal.in d.conſ.20.& caſum controuerſum interueniente,nihil eſt,quod à caſu Bald.argu. deſumatur.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ver.ſed hæc diſſimilia ſunt.ff. de verbor.oblig. Et alia innumerata.

Octauo alienum à ſpecie controuerſa Bal.dictum eſſe, non
51 obſcure declaratur. Quoniam † offerendi hic ius tractatur, quod hypothecam expoſtulat, vt in dicto expreſſum reſponſo eſt,nu.387.ver.ius hoc offerẽdi,& num.duobus ſeq. Sed enim ad debita voluntaria decreta fac pertinere,quod ipſum modis omnibus improbamus,feudum tamen alienare, hypothecæúe ſubijcere nõ aliter licet,niſi ſi debita conſtent,quorum nomine alienatio aut hypotheca fit.l.diuus. Ibiq; Bart.ff. de mili. teſta.Et alia non pauca. Enimuero debita vlla anteriora non docentur,propter quæ pignori necti feudum deberet. Qualitate igitur debitorum in decreto expreſſa non apparente, Id eſt,quod propter debita antecedentia hypothecę feudum deſtinaretur, fruſtra decretorum beneficio partem fidere in d. monſtratum reſponſo eſt nu.32.125.140.verſ.Idq; recipi & nu. 396. Hypotheca plane tacente,nihil eſt,quod ad ius offerendi pars adeat. Non me fugit,indaginem longiorem in reſponſione hac octaua exquiri. Cæterum cum abunde ſatis aliæ non deſint,ocioſam in ea diſceptationem duxi.

Apparet ex his,rectius Bal.teſtimonium in d. conſ.20.lib.2. in generi gratiam ſub reſpõſo memorato à nobis productum num.94. Sed & Bald. teſtimonia quatuor aduerſario oneroſa in quinta ante data reſponſione apparent. Inde mentis diuerſæ turbatam ſpectare valetudinem licet. Cum Baldi cõſilia ſecum facere, & perinde quaſi ſibi opitulantia vocari à Tiraq. putet. Quãdoquidem aduerſarij ipſi validiſſime & ſane quam perſpicue cum Tiraquello Baldo reſiſtunt.

Sed Bald. teſtimonium aliud vtile ſibi pars ait in conſil. 49. dominus Dynus lib. 3. ab oppoſitis in morem hunc argumentando. Sicut alienandi prohibitio in verba vniuerſalia concepta ſpeciem omnem alienationis apprehendit. Ita ex diuerſo, quæ verbis vniuerſalibus ob neceſſitates quaſcunq; alienandi facta permiſſio eſt, Ad neceſſitates trahẽda omnes erit, etiam
52 quæ à voluntaria cauſa exiſtunt. Enimuero † ex reſponſo prædicto diſiectum argument.hoc legitur numer.68. Ad neceſſitates,quæ ex debitis fiunt, porrigi decretum non poſſe, vtpote de quibus expreſſio facta in ſpecie eſt. Idq; vltra ſcripta ibi, ex Roma.iuuatur in conſ.503. numer.4. Ruin. in conſilio 121. in fi.lib.2.Eodem & illud ſpectat,conditionis repetitionem in legatis non admitti, in quib. conditio adiecta ſpecialis eſt ſeu proui-

prouiſum in ſpecie apparet. l. ſub conditione cum gloſſ. ff. de
hæredi.inſti.l.alumnę in prio.ff.de adimen.lega.Bald.in l. cum
multæ verſic. ibi ergo, hic dicit imperator. C. de donat. ante
nupt.Ang.in conſil.294.colum.2. in fin. & colum.ſequ. in fin.
Cum.in conſil.112.ciuis quidā Florentinus colum.2. poſt med.
Rom.in d.conſil.503.num.4.Ioan. de Ana.in conſil. 8. circa fi.
Alexan.in conſil.66.lib.3.& in conſil.158. nu.5.libr.6.Reſpon-
ſionibus & alijs non paucis clauſula confutata, & pro neceſſi-
tatibus ſuis alijs quibuſcunq;, in reſponſo prędicto legitur nu.
69.& pluribus alijs. Atq; ſenſu ipſo communi clauſulam non
obſtare liquet, quæ de neceſſitatibus, non debitis voluntarijs
loquitur.

Quod vero dicitur, locum decretis aut feudi alienandi fa-
53 cultati nunquam ferme futurum, ſi ad † debita relatio neceſſa
ria ſit. In quibus initio ipſo neceſſitas inuenitur. Re ipſa falſi
conuincitur. An non neceſſitas ipſa vltra dotes & donationes
propter nuptias, in feudi bonis, iuribúſue eius per iudicia &
extra conſeruandis, recuperandíſue, In dignitate eius tuenda.
In prædijs feudalibus colēdis calamitatem à grandine aut cœli
iniuria vaſallis & colonis eorum patientibus. In fractis rectiſ-
que ædificijs habendis. In ſumptibus neceſſarijs vtilibúſue fa-
ciendis. In morbis curandis, In obſidijſque charitatiuis feudi
iure domino directo præſtandis. In liberorum diſciplina lite-
raria aut militari. In captiuitate redimenda, quæ citra culpam
acciderit, per bellum puta aut latrones, piratáſue. Caſus deni-
que infiniti propemodum mortalibus incurrunt, quibus ini-
tio ipſo neceſſarijs rebus vltra debita perſoluenda, indigeant.
Et in quibus culpæ quicquam adſcribi vaſallis nequit. Atque
vt verum non diffiteatur, cum neceſſitas rerum in argumen-
tando hoc initio ipſo, excluditur, ſenſus communis egeſtus
non dubie includitur, cum tam manifeſtiſſima pernegan-
tur. Niſi ſi ſcientem, prudentémue hoc genus argumenta iu-
uant.

Tolerabilior plane inſpectio diuerſa fuerat, ſi ob cauſam
quam iuſtam aut vtilem nomina facta debitorum oſtenderet,
quamuis euentus ſecutus triſtis ſit. At enim non modo fides
facta rei aut cauſæ vllius iuſtæ non eſt, verum ex debitoris per-
ſona, prodigi videlicet, contra iuris præſumptio certat. Tole-
rabilior item aduerſarij inſpectio fieret, ſi in debitis ipſis con-
trahendis cauſæ cuius iuſtæ facta commemoratio ſit. In quam
rem pecunia tanta, tamq; crebro ex mutuo caperetur. Et ob
quam bonorum Tot quæ præcipua eſſent, alienationes fierét.
Et quam neceſſariam cauſarum expreſſionem vſque adeo o-
ſtendimus num. 10. vt bono cui eſſe probationes earum non
ſoleant.

Argumento alio adminiculum ſibi aduerſarius parat. Nam-
que filij & agnati ius feudi cauſam tuentis ex eo totum cōſtat,
quod ad debita initio neceſſaria, ſeu quæ legis neceſſitate im-
mediate fiunt referri decreta oportet. Id quia rationis æqui-
tatiſúe non videtur neceſſitati eius auxiliare ius eſſe, quæ agē-
tis culpa acciderit. Enimuero rationem hanc aduerſarius ita
54 elidit & cædit. Nihil culpam faciendam, † vnde conciliata ne-
ceſſitas eſt, Quotiens ad cauſam neceſſitatis commiſſa aut or-
dinata culpa non ſit. l. electio. §. ſi is quem. ff. de noxal. l. non o-
mne. ff. de ſtatu li. l. ſi quis. ff. de actio. & obl. & alia id genus.

Alienum arg. hoc à re propoſita eſt. Quatenus non id diſce-
ptatur, vt pœnę aut incommodi quicquam ex culpa ſua vaſal-
lus hæréſue eius luat. Verum id demum agitur, ne ex vaſalli de
bitoris culpa damnum in feudo ſucceſſor faciat feudoq́; ipſo
careat. Quo caſu oneroſum tertio culpam cuius non eſſe, in-
diſcriminatim leges doct. que clamant. Ad caſum vel non or-
dinata culpa ſit, vt ex reſponſo memorato liquidiſſime abun-
déq; liquet nu. 91. & ſeq. & nu. 266. & nu. 469.

Secundo reſpōdetur. De eo quæri fac, culpæ ne pœnam de-
pendi à vaſallo oporteat, Tametſi ordinata ad caſum non ſit.
Impunitam tamen id genus culpam non eſſe, quo minus caſus
aut damnum præſtetur, quotiens damnum ipſum ſequi ab ea
poteſt. Et pro eo tunc rem haberi ac ſi parata culpa ad caſum
ſit Bartol. in leg. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commoda. Corn.
in conſ. 273. col. 3. circa fin. lib. 1. Ruin. in conſ. 65. col. fin. libr. 5.
Sed enim damnum & detrimentum feudi ex culpa hac ſequi
vaſalli poſſe, ſi pro arbitrio in ſucceſſorum necem, debitorum
nomina facere feudumq́; pignori ſupponere & alienare lice-
at, quis non videt, Ad ſententiam hanc Corn. idem quadrat in
conſ. 23. col. 3. verſi. & volunt. in conſ. 38. litera 9. lib. 2. & in cō-
ſil. 12. col. 3. lib. 4. Ad rem non attinere, ad caſum ordinatā cul-
pam non eſſe, vbicunque damnum quis ex ea accipit. Idq́ue &
Crot. probat in l. conſtante nu. 57. verſic. tertius caſus. ff. ſolut.
matr. in ſecunda lectura.

Tertio ex Fulgoſ. arg. poterit in l. qui furtum col. 1. ff. de cō-
dit. furti. Ad caſum culpam paratam hoc ipſo intelligi, quod
cauſam quis præbuit, vel in cauſa fuit, quam ob rem caſus ille
acciderit. Idem Corneo placet in d. conſ. 273. col. 3. circa fi. lib.
1. Idem Iaſ. ſentit in l. non amplius. §. 1. in tertio not. ff. de leg. 1.
In cauſa plane diſpendij tam grauiſſimi vaſallum debitorem
eſſe, ſi ob debita eius diſtrahi feudum oporteat non omnium
quiſquam ignorat.

Quarto reſpondetur. Ad caſum hoc ipſo relatam culpam
cenſeri, quod caſum illum futurum cogitare non ęgre quis po
tuit Corn. in d. conſil. 12. colum. fin. verſic. cum itaque guerra.
lib. 4. Caſum plane feudi perimendi facile ex debitis ceſſurum
nemo non perſpicit, qui ſenſus communis expers prorſus
non ſit, Si debita contrahit quorum ſe imparem diſſolutioni
videt.

Quinto reſpondetur, diſtinctionem hanc ad caſum nec ne
ordinata culpa ſit, ita ſpectari, ſi omittendo culpa admittitur,
Aliter atq; faciendo. Eam enim reus ipſe præſtat, vt ordinata
ad caſum non ſit. l. in rebus. §. 1. ff. commoda. §. item is cui in fin.
inſti. quib. mod. re contra. oblig. Quo tex. in ſententiam hanc
Dec. vocat in c. ex ratione col. pen. in prin. verſ. ſed iſta reſpon-
ſio ſatisfacit, de appella. faciendo plane hoc, debita contrahē-
do, culpam admiſſam, proculdubio eſt.

Vt colorem opinioni ſuæ pars inducat, hoc eſt, ad debita de
cretum trahi, quæ ex cauſa facta etiam voluntaria ſunt, argu-
mentum illud obſeruat, quo ad extenſionem valere non vul-
gariter ſolet. Fauorabile videlicet decretū eſſe, quo feudi per-
miſſa alienatio eſt, Iure quippe vulgato vtimur, fauores am-
pliandos. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. c. cum dilecti. Ibiq;
Innoc. de donat. reg. odia libr. 6. fauorem plane inde colligit,
55 quod ad † priſtinum ius redit, quo rem ſuam quiſq; diſpone-
re pro arbitrio permittitur. l. in traditionibus. ff. de pactis. l. le-
gem. C. eod. tit. l. cum eſſet. §. fi. ff. de ſeruitu. ruſti. prædior. l. ob
res. ff. de pact. dotal. l. Theopompus. ff. de dote præleg. l. etiā.
§. licet. ff. ſolut. matr. l. verbis legis. ff. de verb. ſignifi. l. in re mā-
data. C. manda. §. per traditionem. Ibi nihil enim iam conue-
niens eſt naturali æquitati. & c. inſti. de rerum diuiſio.

Mirum ſatis facere nequeo, id genus argumentorum medi-
tatione partem teneri, quæ contraria ei ſunt. Languentis por-
ro ſtomachi eſt, delectum ciborum non facere. An non retor-
cutionem euidentem in argumēto hoc aduerſarius ſuffert, va-
ſalli quippe feudum dici ſimpliciter non poteſt, At in eius vita
ſolummodo, Quo extincto, ad agnatos ſucceſſores ex contra-
ctu & inueſtituris defertur. Ad quem caſum Romanorum ius
non pertinet. Neq; arbiter quiſquam & moderator in re eſt,
quæ ad eum ſimpliciter non pertinet, verum alij reſtitui, aut
ad alium peruenire ipſo ſublato, debet. Ibi enim ratio æqui-
táſue vlla non patitur, vt rem diſponere aut alienare in perni-
ciem eius liceat, ad quem reditura ex contractu eſt. l. peto. §.
prædium. ff. de leg. 2. l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. com.
56 de lega. Rurſus † quod ius cui quæſitum per inueſtituram feu-
di eſt, ad cōtractum nominatum ſpectat. c. de forma. 22. quæſt.
5. Bar. in l. iuriſgentium. §. quinimmo nu. 19. Ibiq; Iaſ. num. 6. &
ſeq. ff. de pactis. Abb. & alij in c. quæ in eccleſiarum col. fin. de
conſti. Dec. in conſilio 78. in fi. in conſil. 131. colum. 4. verſic. &
ideo cum in feud. Iaſ. in l. ſi pecuniam num. 14. ff. de condit. ob
cau. Et in vſibus feud. nu. 34. De quo etiam apud nos in tractat.
de antiq. par. 1. nu. 5. Inde ius feudi lædere vtpote ex contractu
quæſitum princeps non permittatur, vt in d. tracta. teſtatum
57 & loco habemus. Itaq; cum & iuri † communi Romanorum,
nedum feudorum, & tertij hoc eſt ſucceſſoris in feudo, per de-
cretum derogetur, vt de eo diſponere in perniciem alienam
liceat, non poteſt decretum id genus odioſum non dici. Idq́ue
expreſſim apud nos notatum in reſponſo prædicto legitur nu.
69. & pluribus ſeq.

58 Nihilominus tex.nocet † in cap.1.§.ſin autem diſſentiente,
quali.olim feud.po.alien. Permiſſam olim feudi alienationem
ſimpliciter fuiſſe. Quoniam verum id erat, cum deſcendens
vaſallo erat.Id quia hæreditarium feudum præſumitur.Atque
ideo contra factum defuncti venire deſcendens non permitti-
tur, Non idem in feudo ex pacto & prouidentia admittendū.
Eius enim alienādi facultatem ad iniuriam alienam fuiſſe, cre-
dibile non eſt, vt ius alienum minui antiquum feudorum ius
ſineret.

59 Secundo reſpōdetur, vbi feudi † alienationem in ſucceſſo-
rum perniciem & iuris ex inueſtituris quæſiti derogationem,
vetuſtiore feudorum iure admiſſam dicamus, non poſſet ius
hoc vetuſtius odioſum non dici per ea quæ in d. ſcripta reſpō-
ſo ſunt num.71. Vnde coloris pluſculum partis arg. haberet, ſi
niſi ex lege feudorum agnatis ius & ſucceſſoribus non eſſet.Ibi
enim dici poſſet, fauorabile decretum cenſeri, ex quo ad le-
gem ipſam feudorum remeatur. Aliter atq; vbi ex contractu
atq; inueſtituris ius deſcendit. In quibus lædendis fauor intel-
ligi prorſus nequit.

Tertio reſpondetur, ex contractu quæſitum ius eſſe nō fac.
fauorabile decretum dici nihilo magis queat, ſi ad alienatio-
60 nem trahitur, quæ ob cauſam volūtariam fit. Siquidem † feu-
di totius ſubuertendi occaſio à decreto tum paratur, ſic quo-
modo in dicto monſtratum reſponſo liquet, nu.50.345.& fu-
ſius apud indicem in verſic. cauſam in ſpecie col.3. poſt princ.
verſic.ratione & alia. Vbi fauorabilem diſpoſitionem docui-
mus, vnde bona conſeruantur. Ergo non odioſa non erit, vn-
de feudi ſequi profuſio poterit, ab oppoſitis colligendo. l. 1.ff.
de his qui ſunt ſui vel alie.iuris. Quo magis admirer, fauorabi-
le in ea parte decretum contendi.

61 Verba plane illa, ſincere † & ſine fraude, de quibus in d.c.1.
§.ſin autem diſſentiente, ex fide relata bona non ſunt, Infeuda
tioni quippe adſcripta, non alienationi ſunt. Infeudatio por-
ro non ſimiliter iure etiam nouo prohibita, atq; alienatio eſt.
d.c.1.§.ſin autem diſſentiente.& c.1.§. Similiter de lege Corra.
Soci.in conſ.66.col.2.lib.3.§.ex contrario col.17.verſic. ſum in
tertia & vltima.ff.de acq.poſ. Et alia non pauca. Itaque diuer-
ſis penitus argumētum deducitur, id eſt, ab infeudatione per-
miſſa, ad alienationem, quæ prohibita eſt.

Fauorem in decreto aliter etiam aduerſarij expendūt, quod
ad vtilitatem publicam feudi alienandi permiſſio ſpectat. At-
62 que interpretationem largam vtilitatis † publicæ cauſa agno-
ſcenda, leg.hoc modo.ff.de condi.& demon.Bartol. in leg.2.§.
exercitum.ff. de infam. & in leg. quemadmodum circa med.
per gloſſ. ibi. C. de agri. & cenſi. libr. 11. Iaſon, in aucten. res
quæ numer.18.C.com.de legat. In quo argumento mirum, ni
offenſionem pars ſubeat. Ad vtilitatem quippe publicam per-
tinet, bona conſeruari, non etiam ea diminuendi & dilaceran-
di occaſionem præberi.§. Sed & maior. Ibi expedit enim rei-
publicæ, ne re ſua quis male vtatur. inſtitu. de his qui ſunt ſui
63 vel alie.iur.Socin.in conſ.35.nu.9.lib.1. Reipublicæ item † &
priuatorum confert, bona vel paganica aut ruſticalia, nedum
feudalia in agnatione conſeruari, in quibus familiæ ſplendor
emicat.l.1.§.antepen. Ibi publice enim intereſt, partus non
ſubijci, vt ordinum dignitas, familiarumque ſalua ſit.ff.de ven
tre inſpi.Bal.in aucten.habita num.10.in fin.C. ne filius pro pa
tre Paul.de Caſt.in conſ.421.quod iſta mater col.3.lib.1.in cō-
ſil.83.præſens caſus colum.1.lib.2. Scite Ang.in conſ.68. Mar-
tinus Ioannes num.4. Alexan.in conſ.36.num.7.verſic.& præ-
ſertim, quia ſecundum eos.in conſ.134.num.3.in conſ.144. nu.
6.lib.6.Soci.in conſ.128.num.5.lib.4.Dec.in conſ.372. num.8.
Quocirca aduerſario ipſi ſenſus eius refragatur, vt publice vti-
le ſit, paſſim feuda vel ob cauſas voluntarias diſtrahi. Econtra-
rio quippe, è re publica eſt, niſi ob cauſas neceſſarias initio ip-
ſo, alienandi ius non tribui.

Secundo arg. hoc vtilitatis publicæ diluitur, vtilitatem pu-
blicam eſto in alienationibus voluntarijs decretum habeat.
Strictim tamen ſeruari vtilitatem ipſam conuenit, ne ad incō-
modum alienum trahatur, agnatiſúe aut ſucceſſorib. noçeat,
ius quibus in feudo quæſitum ex contractu & inueſtituris ma-
64 iorum eſt. Id quia fauorabile intelligi † decretum nequit, qua-
tenus tertij ex eo ius læditur, vt in d.expreſſum reſpōſo liquet,
num.53. Reſtrictionemque in diſpoſitione admittendam, quę
ob vtilitatem facta publicam ſit, vbicunque damnum tertius
ex ea ſentit, ex text. oſtenditur in l.2.in fi.ff. ad munic.iuncta l.
Lucius.ff.de admi.tutor. Ex quibus tex.ſimul connexis ita So-
cin.ſcribit in conſ.275.num.12.verſic.nam licet alias lib.2. cum
alijs in d.reſponſo adiectis nu.53.& ſeq. Sed nec cauſæ piæ ter-
tij incommodo ſuccurrendum.tex.docet in c.ex tenore de fo-
ro compe. Inde pauperis in iudicio miſerendum diuinum ius
non patitur exodi c.23.

Tertio cum niſi in debitis neceſſarijs, in quibus initio ipſo
neceſſitas inuenitur, vtilitas verſari publica nequeat. In volun
tarijs plane vtilitatis publicæ læſio arguatur, vtpote rebus ab-
vtendi, tertioque incommodandi occaſione præſtita, ſi ad alie
nationes voluntarias decretum trahimus ad alienationes ip-
ſas neceſſarias reſtringi decretum oportet, Locum in quibus
65 tantummodo obtinet, vt ad cauſam ſuam † diſpoſitio reſtrin-
gatur.leg.2.ff.de his, quæ in teſta.delen.l.cum tale.§.falſam.ff.
de condit.& demon.l. in agris.ff.de acq.rerum domin. Soc.in
l.1.num.39.ff.ſol.mat.in l.cum auus num.39.circa fi. verſi. hoc
ſuppoſito conſidero.ff.de condi.& dem. Alba.in conſ.38.nu.3.
Text.huc ſpectat in l. fi. verſ. quare & ſi in ea cauſa.ff. de exer-
citor.Bal.in l.neq; mater.C.de iure dot.

Quod autem ex diuerſo obijcitur, decretum yolant in de-
bitis ſimpliciter citra neceſſariorum qualitatem, loqui. Eique
non modo per decretum blanchæ non derogari, verum ex-
preſſim teſtatum, ne derogationem patiatur. Difficile profli-
gatu non eſt. Principio, idcirco derogatum non eſſe à blancha
expreſſum, Quoniam eandem yolant, atquæ blanchæ ipſi mē-
tem fuiſſe ſentit, hoc eſt, vt de neceſſarijs debitis yolant etiam
intellexerit, ne abſurda tot conſequantur, de quibus memoria
habita ante eſt num.11. Vnde cum eandem yolant, ac blanchæ
ſententiam fuiſſe blancha ipſa innuat, atque ex verbo neceſſa-
rijs totiens iterato declaret, Recte derogationem vllam non
interuenire blancha ait. Quatenus derogationis aut diſpoſi-
tionis alterius quicquam declaratio non habet. l. hæredes pa-
lam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. cum alijs ſuperius relatis, nu-
mer.12.

66 Conſequens reſponſioni huic ſit, vt ſi † aliam yolant men-
tem fuiſſe quiſpiam aſſerat, hoc eſt, vt ad voluntaria debita et-
iam, decretum eius trahatur, decreto eius derogatum à blan-
cha cenſeatur. Quandoquidem repugnantia inter proteſta-
tionem blanchæ & factum ipſum inueniatur. Factum quippe
neceſſitatis blācha expoſcit, vt neceſſaria debita ſint. At enim
cum proteſtatione cohærere factum hoc non poteſt. Ea pro-
pter potentius factum proteſtatione erit. Atque ideo per de-
cretum blanchæ derogationem yolant ſtatutum admittet, Ita
vti in d.explicatum reſponſo eſt, num.108. Idq; confirmatum
apud nos etiam apparet in conſ.70.nu.15.& ſeq.& in conſ.144.
num.14. Inde reiectionem arg. ſui pars ſuffert. Cui viſum ſit, in
compatibilitatis quicquam inter voluntaria debita, neceſſa-
riáue non verti. Et quod opponitur, niſi expreſſim derogatio-
nem non induci, in eodem profligatum reſponſo eſt, nume-
ro 113.

67 Et quod dicitur, inter decreta † hæc yolant & blanchæ non
differre. In debitiſque vtrunque neceſſarijs intelligi, vt iuri id
conſentaneum non repudiamus, verbiſq; pluribus in eodem
confirmatum reſponſo legitur num.100.& quinque ſeq. Ne-
ceſſaria plane debita aliter atque diuerſa pars credat, ex texti-
bus gl. locupletiſſimiſque doct. teſtimonijs & rationibus aſſe-
quimur.

68 Æque parti diuerſæ † contrarium & argum. illud eſt, potius
decretum habendum, quod plenius ſit Rom.in conſ. 104.nu.
3.cum alijs apud nos aggregatis in rubri.ff.de lega.1. num. 114.
& num.pluribus ſequentibus. In præſuppoſito quippe pars
hallucinatur, quæ plenius yolant decretum idcirco exiſtimat,
quod debita plura, hoc eſt, voluntaria eſſe, ſecūdum partem,
complectatur. Imo enim vberius blanchæ decretum nō du-
bie apparet. Quod rem ipſam cumulatius exequitur & decla-
rat, quibus locum caſibus habeat. Idque ſenſu ipſo communi
patet. Plenior quippe ſermo eſt, cum debitorum neceſſario-
rum, atque vbi debitorum ſolummodo aut ſimpliciter, men-
tio ſit.

Secundo reſpondetur. Plenius yolant eſſe decretum, fac
69 blanchæ tamen decreto † ſtandum, vtpote vltimo, vt in d. ex-
preſſum reſponſo eſt nu.107. Rurſus cum in debitis neceſſarijs
blanchæ ſemper decretum loquatur, Et neceſſaria proprie nõ
alia dicãtur, niſi neceſſitas quibus initio eſt, aut per legem ip-
ſam immediate imponitur, vtiq; blanchæ decreto ſtandum,
quod certius & ſpecialius eſt per ea, quæ in eodem ſcripta re-
ſponſo ſunt nu.349.ver.& in ſpecie & nu.351.

Non obſtat, rationem, in decreto yolant expreſſam genera
lem eſſe, quæ ad debita æque voluntaria, atque neceſſaria ſpe-
ctat. Quæ ratio generalis in verbis illis conſiſtit, Ea alia debita
ſua in eorum dedecus atque damnum nonnunquam remane-
rent inſoluta. Eiuſdem generis verba illa dicũtur, ſubditorum
vtilitati, fauoribus, & conſeruationi ſummopere conſulere
poſſit. In eandem ſentẽtiam Caroli decreti confirmatorij ver-
ba expenduntur, quibus ad pietatem, æquitatem, præſeruatio
nemque, ad tranquillitatem pariter & incrementum bene
70 dilectorum fidelium, &c. Itaq; ſicut generalis ratio † & com-
munis debitorum omnium apparet iuxta volũtariorum ac ne-
ceſſariorum, quæ ex verbis prædictis percipitur. Ita ad debita
omnia trahi tam voluntaria quam neceſſaria debet, etiam ſi in
caſu quo ſpeciali ſcriptura loquatur. l.1. in prin. cum ibi not. ff.
Vti poſſi. l.1. C. de interdict. Eodem text. pertinet in l. ſcire le-
ges. ff. de ll. in l. quod dictum. ff. de pactis in l. adigere. §. quam-
uis. ff. de iure patro. glo. in cap. cupientes. §. deniq;. in verſic. in-
ſtruatur de electio. libr. 6. Tradit Geminia. in conſ.39. col.1. De
quo ſuperius etiam nu.17. & alia non pauca.

Profligatum enim arg. hoc atque retortum ex ſuperioribus
liquet, ſpecialem rationem hanc non generalem eſſe. Quoniã
ſi in debitis voluntarijs decretum yolant admittimus, vtiq; vti
litati, fauoribus & conſeruationi ſubditorum non conſulitur.
Immo enim incommodis, & feudorum iactura ſubditos affi-
ci, feudiq; perimendi occaſionem præſtari demõſtratum nec
ſemel eſt. Fauorem quoque ſubditorum in alienationibus ob
debita voluntaria non intelligi, ſuperiora docent, cum dete-
rius agnatorum ius per alienationes fiat per ea, quæ ante tradi
ta, & in d. reſponſo ſunt num.71. & plurib. ſeq. Et ſi fauorabile
71 † dicitur, quod ad conſeruationem pertinet, vt in d. reſponſo
nu.345. & apud reſponſi prædicti indicem in ver. cauſam in ſpe
cie col.3. poſt prin. ver. ratione & alia. Vtiq; non odioſum dici
decretum non poterit, vnde feudi diſſipandi occaſio præſta-
tur. l.1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Æque ſpecialis ratio in
Caroli decreto confirmatorio apparet, cum incrementum in
eo enarratur. Quod enim incrementum vbi feudi diminuen-
di ac perdendi facultas datur. Secũdum quæ, niſi ad debita ne-
ceſſaria rationes & verba prædicta non pertinent. Per dotem
enim & donationem propter nuptias, per alimenta, per neceſ-
ſitatum aliarum ſubleuationem, fauores, commoda & incre-
menta ſequi, decus & ſplendorem familiarum cõſeruari, quis
72 non videt. Proinde cum ſpeciales † rationes appareant in de-
cretis memoratis enarratæ, non poteſt diſpoſitio eorum ad ca
ſus, hoc eſt, debita neceſſaria non reſtringi, In quibus rationes
ipſæ ſolummodo mouent. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg.
2. Idq; locum & in ratione tacita habere, reſponſum prædictũ
docet nu.418.

73 Secundo reſpondetur. Generalem decretorum fac † ratio-
nem eſſe, quæ ad debita etiam voluntaria ſpectet. Generaliter
tamẽ intelligi diſpoſitionem ſpecialẽ non cõuenit, quæ in de-
bitis neceſſarijs loquitur, Vbicunq; diſponẽtis mens generali-
tati refragatur, Verũ ad caſus tunc reſtringi ſpeciales oportet,
in quib. loquitur. l. de eo. §. ſi quis ex vnis, Iuncta glo. fi. ff. ad ex-
hiben. §. fratris cum gl. inſti. de nup. Soci. iun. in conſ.30. nu.37.
lib.1. & in conſ.163. nu.38. lib. 2. Mentem plane ſtatuentium ad
debita voluntaria non reſpicere, ſatis ſuperq; confirmatum &
ſuperius, & in reſponſo memorato eſt. Et qui explicate magis
de mente comitare atq; ex verbo neceſſarijs quartum iterato
poteſt per ea, quæ in d. notata reſponſo ſunt nu.133. Rurſus cũ
initio ipſo decreti blanchæ, yolant decretum refertur, verbis
illis blancha vtitur, Et in caſu neceſſitatis, &c. Ita niſi ad caſus
neceſſarios blanchæ mentem non trahi palam fit. Quorſum
porro de neceſſarijs debitis, neceſſitatibuſq; totiens meminiſ-
ſe, ſi debita etiam includimus, quæ facta voluntarie ſunt.

Tertio reſpondetur. Generalis ratio, eſto ſit in decretis ex-
preſſa, Ab ea tamen ampliationem induci decreti non conue-
nit, quo niſi de debitis mentio neceſſarijs, non fit, vt ad volun-
taria etiam relatio fiat. Quæ rationem eandem atq; neceſſaria
non habent. Alex. in conſ.79. num.9. verſi.2. poteſt reſponderi
lib.6. Soc. in conſ.9. circa fi. verſ. ex quib. patet ſolutio lib.3. Ra
tionem plane longe aliã ei ſuccurrendi, qui coactus, atq; eius,
qui volens delatus in neceſſitatẽ eſt, cum ſenſus ipſe cõmunis,
tex. docet in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſ. cog. cum
alijs tum ſupra, quam in reſponſo priore adnotatis nu.44.

Quarto reſpondetur, nihili rationem generalem fieri, vbi-
cunq; verba reſtrictiua adiecta rationi ſunt Alex. in conſil. 59.
col. pen. in fi. verſi. non obſtat quod illa verba generaliter ad-
iecta lib.3. Deci. in conſ.291. col. 4. verſic. non obſtant allegata
ſupra in contrarium. Atqui verba reſtrictiua in blanchæ de-
creto haud dubie ſunt, in quo de neceſſarijs debitis ſolummo
do memoria habetur. Reſtrictio item & in yolant decreto in-
uenitur, cum de dotibus, donationibus propter nuptias, & ne
ceſſitatibus quibuſcunq; loquitur. Item Yolant decretum ad
neceſſitates & ipſum reſtringitur. neceſſitates porro niſi prin-
cipio ipſo, aut quæ per legem mox imponuntur non dici teſta
tum ſatis & ſuperius, & in reſponſo anteriori eſt, nu.92. ver. vn-
decimo cum neceſſitatum, &c.

Quinto reſpondetur, per rationem generalem dictum ſpe-
ciale non extendi, vbicunq; abſurda res conſequi ab extenſio-
ne poteſt. l. vt gradatim. ff. de mune. & honor. Inſti. quib. alien.
licet vel non in princ. Vbi ratio illa fragilitatis muliebris, pro-
pter quam fundum alienare dotalem non licet, quamuis gene
ralis ſit, & ad bona etiam non dotalia quadret, prohibitionem
tamen non amplificat, vt ad bona trahatur quæ dotis nõ ſunt.
Verum ad fundum dotalem reſtringitur. Idque ideo fit, ne ab-
ſurdum fiat, vt facultate bona ſua diſponendi omnino mulier
careat. Ita Hannibal in rub. ff. ſol. mat. num.162. Abſurda vero
hic cõtingere ſi ad debita etiam voluntaria decreta trahimus,
teſtatum haud ſemel eſt nu. maxime.11.

Non obſtant verba illa dedecus & damnum in decreto yo-
lant inſerta, ad voluntaria etiam debita competere. Probro
quippe atq; dedecori non minus vertitur, cum voluntarijs at-
que neceſſarijs ſatis debitis non fit. Quomodo dedecoris hu-
74 ius † haberi rationem non oportet, quod voluntarie quis aut
ob cauſas voluntarias ſubit. l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. non
videtur fraudare. ff. de reg. iur. l. cum donationis. C. de tranſact.
l. venditor. C. de reſcin. vend. reg. damnum lib.6.

75 Secundo reſpondetur dedecus † vel ſuum nedum defuncti,
excipiendo detegi Bal. in l. poſt mortem cir. fi. ff. de adoptio. A-
ret. in conſ.65. in præſent. in 3. dubio. Cauſa eadem replicandi
eſt. Idem quippe replicationi atq; exceptioni fauor præſtatur.
l. pen. §. fi. ff. ad l. fal. l. fi. Ibiq; doct. C. de eden. Alex. in conſ. 235.
nu.9. lib.6. Deci. in conſ.14. circa fin. Et in ſpecie turpitudinis
allegandæ, Bar. notat in l. iuſiurandum quod ex conuentione.
§. procuratore num.5. ff. de iureiur. Excipiendo igitur contra
Senauſium, & replicando contra P. recte defuncti turpitudinẽ
allegare conceditur.

Tertio reſpondetur, arg. remittendo, Namque ſi interpre-
tationem admittimus, vt ob debita etiam voluntaria feudum
alienare concedatur, dedecoris grauioris occaſio vtique præ-
bebitur. Siquidem via latior faciliorque ad feudum corrum-
pendum aperitur. Quo deperdito, cum profuſor ipſe, tũ ſuc-
ceſſores etiam in ludibrio & ſordibus vitam degant. Quod nõ
76 ſimiliter fiet, alienandi arbitrio coanguſtato, Proinde † inter-
pretatio potior habenda, vnde leuius famæ, exiſtimationiſq;
periculum exiſtit. l.1. §. totiens. verſ. ſed incertum. ff. de ventre
in poſ. mitten. l. ſed ſi 15. §. an autem. ff. de carbo. edi. l. 2. Ibique
Dec. & Iaſ. in fi. C. eod. titul. l. quotiens nihil. ff. de regul. iur. c.
veniens qui cleri. vel vouen. c. denique. 4. diſt. c. duo mala, &c.
nerui. 11. diſt. c. conſider. 22. q.1. c. hi qui. 26. q.2. c. ſi quod verius.
33. q.2.

Aliter etiam dedecus pars obſeruat, quod turpe videatur,
contra factum patris filium obſtrepere. Et qua ratione ſi inter
homines atq; in carcere ob debita aut vitia pater eſſet, libera-
tionem eius curę filius haberet, Ita eo ſublato notã maculãm-
ue hanc à filio abolendam. Inſpectionẽ hãc mirũ ni pars ſuffe-
rat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0097-8

77 rat. Et principio † quidem flagitio huic eripi aduocatio diuer-
ſa nequit. Cui econtrario in cauſa viſum rationis aut turpitu-
dinis longe maioris eſt, Cercenaſchi videlicet vbi à filio natu
minore primogenituram oppugnandam duxit ob familiæ to-
tius ornamentum ſplendorémue inſtitutam. Et qua conſtan-
te alimenta pro conditione & dignitate defutura eius non e-
rant. Quanto honeſtius aduerſus alienationes hypothecáſue
filius veniet in familiæ totius contemptum hominumq́; obſcu
riorum gratia factas. An non opinionem, verecundiamq́; par-
tis contradictio tanta tamq; euidens onerat.

Secundo hoc genus argum. ſublatum in reſponſo prædicto
legitur num. 92. ratione fortiore argumentando. Demonſtra-
tum enim ibi habemus, Contra patris factum nullo dedecore
vel tum filium reclamare, cum de bonis ſuis inhumaniter aut
inofficioſe quid agit. toto tit. ff. & C. de inoffic. teſtam. Quid in
bonis feudalibus dicendum, quæ aduentitia & ad filium omni
no peruentura patre ipſo extincto, ſunt. Et in quibus diſponē-
di ius non ſimiliter vt in profectitijs patri eſt.

Tertio reſpondetur, notam & turpitudinem omnem in pa-
78 trem † referendam, à quo cum theſaurus parandus liberis fo-
ret 2. ad Corinth. c. 12. & c. prædicator. 16. qu. 1. Paul. de Caſt. in
conſ. 305. notandum eſt col. 2. circa med. lib. 2. Tex. huc ſpectat
in l. nihili, & l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis in l. ſcripto. ff. vnde
leg. §. facilior. Ibi cū omnia quæ noſtra ſunt liberis noſtris ex
voto paremus. ff. de bonis liber. leg. cum auus. ff. de cond. & de-
mon. l. cum acutiſſimi in fi. C. de fideicom. l. vni. in fi. C. de his,
qui ante aper. tabul. l. de emancipatis. §. cum enim. C. de legi.
hæred. Non modo rem liberis non fecit, verum factam attri-
uit. Bona quippe matris ex parte bona profuſa, feudum ex par
te non exigua in dotibus nouercæ diminutum, cuius ſeruandi
cauſa, pecuniam ab vxore filij acceptam, in partem numerari
nouercæ oportuit. Vnde tanto minus habere ex feudo credi-
tur, ſic quomodo in reſponſo declaratum priori eſt, num. 424.
Ob id in patrem ipſum, non in filium acclamatio partis con-
79 cionatoria vertenda. Contra ſtimulos † enim naturales à pa-
tre actum curæ cui liberorum calamitas non fuit. leg. amiciſſi-
mos in fin. ff. de excu. tutor. Vnde mentis morbo affectū eum,
cum ita contraheret, credibile eſt. l. 2. & l. Titia in fi, ff. de inof-
fic. teſt. l. patronus. §. fin. ff. de lega. 3. Inde fit, vt patris priuile-
gio inter liberos teſtandi, non fruatur, qui patris affectum ad
liberos non exhibuit gloſ. in l. ſi filius, qui in poteſtate. Ibique
Iaſ. col. 5. in fi. verſi. pro iſta communi ſolutione. ff. de lib. & po.
Bal. in conſ. 196. licet regulariter lib. 5.

Quarto ex diuerſis penitus argument. deducitur. Patris cu-
ram ſi in carcere teneretur, veriſimiliter filius haberet, Ergo
tantúdem creditoris extranei gratia, patre ipſo defuncto, præ-
ſtandum. Dij boni, Quid extenſionis aut ſimilitudinis hic au-
dio, de patre ad extraneum, vt parem ad extraneum, atque pa-
trem animum filius exhibeat. l. fin. ff. de calumnia. & alia infi-
nita.

Quinto in partem ipſam rationeq́; fortiore argum. regeri-
tur. Etenim ſi patri carcerato pietatem deberi ait, Ergo car-
ceris cauſa tacente, pietatis hoc ſilere ius conuenit, Tametſi
in viuis pater ſit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cū ceſ-
ſante de appella.

Argument. quoque non mouet, quod ex Card. deſumitur
in conſilio 41. in primo dubio. Ex quo colligi pars ſentit, vt nō
modo poſt debita contracta, ſed tū quoque neceſſitas ea facié-
80 di præſumatur, cū debita ipſa fiunt, ſimiliter vt tempore † cō-
feſſionis numerata pecunia intelligitur Gloſſ. & doct. in l. ſi ex
cautione. C. de non numer. pecun. Bartol. in leg. poſt dotem,
num. 21. ff. ſolut. matr. Et alia non pauca. Digna ſane aduocato
inſpectio, vt neceſſitas pecuniæ accipiendæ cum debitum ini-
tur, atque ideo vt factum neceſſitatis præſumatur cōtra quam
ſcriptum eſt, facta non præſumi. Atque in ſpecie neceſſitatis,
textib. & doct. confirmatum id ne parce quidem in reſponſo
prædicto habemus nu. 119. & plurib. ſeq.

Neque mutat, tempore inſtrumenti factum quid præſumi
vt in dict. leg. ſi ex cautione not. Quoniam negatur, facti præ-
ſumptionem interuenire. Immo enim de facto ipſo numera-
81 tionis per † confeſſionem apparet, Quam optimā probatio-
nem eſſe ſcriptū apud nos legitur in conſ. 61. nu. 3. & in cōſ. 171.
nu. 4. Vnde ſubſtantia ipſa facti per confeſſionē liquet. In tem-
pore demū controuerſia cōtingit, quo tempore facta nume-
ratio cenſeatur. Quo caſu niſi aliud doceatur, de tempore fa-
cta confeſſionis creditur. At enim ad factum ipſum aut facti
ſubſtantiam præſumendam argumentari non licet, Vt factum
ipſum neceſſitatis de tempore inſtrumenti præſumatur. Qua-
tenus de facto ipſo non conſtat.

Secundo ad argument. reſpondetur, illud retorquendo. In
cauſa. gloſſ. & doct. in dict. leg. ſi ex cautione, factum ipſum cō-
feſſione probatur. Sed enim circa factum neceſſitatis, & ob
quam cauſam debita inirentur, confeſſio, expreſſióue vlla nō
inuenitur. Quam tamen neceſſariam expreſſionem fuiſſe, ne-
que ſatis probationem haberi, & ſuperius dictum, nu. 10. & in
memorato confirmatum reſponſo eſt.

Tertio reſpondetur. Ex diuerſis penitus argum. colligi. Id
eſt ab eo, quod fieri poteſt, ad impoſſibile. In ſpecie enim glo.
& doct. in d. l. ſi ex cautione. Bart. in d. leg. poſt dotem. à volun-
tate & poteſtate confitentis res pendet. Cui & donandi ius eſt.
leg. in re mandata. C. manda. Cauſa longa alia ſpeciei contro-
uerſæ. In qua vaſalli arbitrio feudi alienatio non pendet, qua-
tenus niſi ex cauſis permitti neceſſarijs non ſolet. Eam ob rem
82 nec ſi neceſſitatis facta † expreſſio ſit, fidem ei citra probatio-
nem, haberi conuenit. leg. qui teſtamentum. ff. de probat. cum
alijs in d. reſponſo accumulatis nu. 187. Quid hic probandum,
vbi neceſſitatis facta commemoratio non eſt.

Inepte quoque & inconſulto plus ſatis pro parte Silua. vo-
catur in conſ. 26. num. 17. Qui parti & ipſe contradicit. Bona
enim teſtatoris, quorum alienationem vetuit, niſi ob debita
teſtatoris ipſius diſſoluenda alienari non putat. Propter hære-
dis plane debita alienandi ius non eſſe. l. peto. §. prædium. ff. de
lega. 2. Ratio eadem facit, ne ob debita alienare feudum con-
cedatur, quæ ab ipſo contracta alienatore ſunt. Itaque ab eo
contractum eſſe debitum oportet, cui integrum diſponere de
feudo ſit. Id eſt, quotiens ob eam cauſam factum nomen de-
bitoris eſt, propter quam feudi permitti alienatio ſolet. Ex tex.
igitur in d. §. prædium controuerſia explicari præſens videtur,
neceſſitatis rationem in tertij diſpendium non haberi, quam
voluntarie quis atque immediate ex facto ſuo primum ſubijt.
83 Si dixeris, ex aditione † hæredis voluntaria bona alienari,
in quibus alienandi prohibitio contingit. Reſpondetur, per
legem immediate obligationem induci, quamuis propter adi-
tionem. Ipſe plane hæres nihil promiſit, neque ex promiſſio-
ne ſua conuenitur, vnde non ex contractu, ſed quaſi teneri di-
citur, quem lex introduxit. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio.
& obligat. §. hæres quoque inſti. de obligat. quæ ex quaſi con-
tract. na.

Secundo reſpondetur. Idcirco ob debita id genus teſtato-
ris bona alienari, in quibus alienandi prohibitio inuenitur,
quoniam ex facto ipſo prohibentis debita exiſtunt. In arbitrio
cuius alienandi ius erat. De quo genere feudum non eſſe, ne-
mo dubitat. Itaque cum ex bonis hæreditarijs & paganicis ex
dict. §. & conſil. Silua. argumentum pars colligit, ex ſeparatis
penitus argumentum deducitur.

Tertio ex diuerſis arg. deſumi, aliter ēt oſtenditur, quod ab
actu neceſſario ad volūtarium pars colligit. Ideo .n. ob debita
defuncti bona alienātur, In quib. prohibitio alienādi vertitur,
quod prohibitio alia quā ipſius teſtatoris prohibētis nō præ-
ſupponitur. Prohibitio plane à teſtatore ipſo recēs in præiudi
cium ſubijci creditorū nō potuit. l. debitorū & l. ſeq. C. de pac.
Vnde cum in dominio pleno teſtatoris bona ſint, atque ideo
ſatis ex eis fieri creditoribus oporteat. Mirum facere non de-
bemus, ſi qua ratione bonorum alienationem in præiudicium
creditorum interdicere teſtator non poterat, Ex bonis ipſis
creditores ab hærede dimitti teſtatoris oportet, ne deterior
creditorum conditio ex perſonis hæredum fiat. l. 2. §. ex his. ff.
de verb. oblig. Cauſa & ratio longe alia vaſalli eſt. In dominio
cuius pleno feudum non eſt. Atque ideo non ſimiliter ob de-
bita eius voluntaria feudum ab eo ſucceſſoréue eius diſtrahi,
atq; bona paganica teſtatori alienare, hærediúe eius licet.
84 Abb. opem etiam pars implorat † in c. vt ſuper num. 15. de
rebus eccleſ. non alie. Alienandi prohibitionem ad alienatio-
nes demum illicitas pertinere. Alenationem plane, quæ ex
cauſa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0098-4

cauſa etiam voluntaria fit, permiſſam licitámue intelligi. Quid
mentis parti ſit, cum id genus teſtimonijs vtitur, aſſequi ſatis
non valeo. Contrarius quippe aduerſario Abb. non obſcure
eſt. Siquidem non aliter licita alienatio rei eccleſiaſticæ eſt, in
qua Abb. loquitur niſi neceſſaria aut vtilis euidenter eccleſiæ
ſit. c. 1. de rebus eccleſ. alie. lib. 6. Itaque cum neque neceſſitas
neq; vtilitas aliqua in debitis contrahendis doceatur, non po-
teſt Abb. teſtimonium parti non obeſſe. Neceſſitatis plane
85 † aut vtilitatis probationem ex diuerſo præſtandam, neque fi-
dem aſſertioni alienatoris de eis haberi, reſponſum prius do-
cet nu. 25. & trib. ſeq. nu. 146. & pluribus ſeq. nu. 187. & nu. 246.
Quid hic admittendum, vbi aſſertio vlla neceſſitatis facta aut
vtilitatis non eſt.

Secundo Abb. dictum reijcitur. Teſtatum enim ex ſuperio-
ribus, & in reſponſo ipſo eſt, Decretorum permiſſionem ad a-
lienationem non trahi, quę ob cauſas voluntarias fit. Quod cũ
ita ſit, caſus is, cum ex cauſa voluntaria feudum alienatur, ſub
iure communi feudorum relinquitur. l. ſi extraneus. ff. de con-
di. ob cau. l. ſi cum dotem in prin. ff. ſol. mat. Iure plane feudo-
rum prohibitam alienationem eſſe non dubitatur. Itaque non
86 poteſt illicita † alienatio non eſſe, quæ contra quam prohibi-
tum eſt, exercetur. l. teſtamento cẽturio. §. fi. ff. de manu. teſta.
Iaſ. in l. ſi procurator nu. 5. ff. de cond. indeb.

In Philiberti etiam decreto ſpe aduerſarius locat ſub lubri-
ca, quod pro ſoluendis ſeu conſtituendis dotibus, &c. Ibi, Ita
quod cenſeantur tales ſucceſſores habere ipſa bona feudalia
cum onere & obligatione præmiſſis. Et teneãtur ad id perſol-
uendum ad quod potuiſſet ille, cui agnati ipſi ſuccedent. Vnde
ſicut vaſallus defunctus debitis ſoluendis adſtringebatur, etiã
quæ contracta voluntarie ſunt. Ita obligatione hac teneri ſuc-
ceſſores videntur.

Sed enim adminiculi quicquam à decreto hoc pars non ac-
cipit. Monendi enim primum ſumus, additionem in decreto
hoc Philiberti ad caſus contineri, mentio quorum in decretis
ſuperioribus fit Yolant & blãchæ. Additio plane Philiberti id
demum habet, vt quod permiſſionis aut voluntatis, in decreto
Yolant circa dotes ſoluendas aut conſtituendas in vaſallis de-
functis erat, ad neceſſitatem tam in vaſallis quàm ſucceſſorib.
eorum trahitur. Decreto quippe Yolant permiſſio ſolummo-
do continetur, vt poſſint & valeant vaſalli & cuilibet licitum
eorum ſit, & dotes conſtituere, &c. Ob id inuiti compellendi
ad dotes conſtituendas non videbantur. leg. non quicquid. ff.
de iudic. Rurſus, quia niſi vaſallis ipſi ſuperſtitibus, permiſſio
ea fauebat, ad ſucceſſores trahenda eorum non videbatur. Vt-
87 pote ratio in quibus diuerſa contingit. Quatenus † debitis va-
ſalli exoluendis ſucceſſor non obligatur, qui hæres defuncto
non ſit. c. 1. an agna. vel fil. Et apud nos in conſil. 197. in princip.
Idque locum & in hærede vaſalli ex inuentario, habere, Iſer. &
Aluaro. ibi ſcribunt. Alexand. in conſ. 19. num. 4. lib. 5. Soc. iun.
in conſ. 42. nu. 3. lib. 3. Quocirca viſum Philiberto fuit, Yolant
decretum in duplici hoc capite ampliare, vt ad neceſſitatem
permiſſio, & ad ſucceſſorem pertineat.

Neque dixeris extenſionem hanc circa neceſſitatem & ſuc-
ceſſores per blanchæ iam decretum factum. Quoniam niſi in
dotibus id cautum reſtituendis non eſt. In dotibus plane con-
ſtituendis & debitis neceſſarijs perſoluendis expreſſum id non
læditur. Quam ob cauſam neceſſaria declaratio aut ampliatio
hæc viſa Philiberto fuit, Vt in dotibus etiam conſtituendis &
debitis neceſſarijs perſoluendis locum neceſſitas aut compul-
ſio tam cõtra vaſallos ſuperſtites, quam ſucceſſores eorum ha-
beat. Ita noui aut ampliationis quicquam præter neceſſitatem
& coactionem in vaſallis & ſucceſſoribus Philiberti decretum
non habet. Atque ideo extenſio per Philibertum facta circa
debita nõ eſt, Vt ob debita voluntaria etiam, alienari feudum
oporteat.

Secundo ad caſus Philiberti decretum reſtringendum, qui
ſub decretis permiſſi anterioribus ſunt Yolant & blanchæ, Ex
verbis ipſis Philiberti dilucide oſtenditur. Ibi in caſibus, de
88 quibus in ipſis ſtatutis. Itaq; cum † ad caſus ipſos ſtatutorum
antecedentium relatio fiat, ad eos & naturam eorum reſtringi
referens Philiberti decretum oportet. Ita vt excluſa omnia in-
telligantur, mentio quorum in relato nõ fit. c. veniens de præ-
ſcriptio. c. cũ venerabilis. §. quia vero. de excep. c. fi. de vſu pal-
lij. Quos tex. in ſententiam hanc Geminia. vocat in conſ. 25. nu.
3. circa fi. Idem Alex. ſcribit in conſ. 154. nu. 5. in fi. verſ. tertio re-
ſpondeo libr. 2. At enim niſi ad debita neceſſaria decreta Yo-
lant & blanchæ non pertinere, quam fuſiſſime monſtratum &
ſuperius & in reſponſo prædicto habemus.

Tertio reſtrictionem hanc ad caſus faciendam, qui in decre
tis comprehenſi Yolant & blanchæ ſunt, verba ipſa Philiberti
ducis tam in rubrica quam in nigro aut textu perſpicue docẽt.
Ibi ſecundũ quantitatem tamen patrimonij & qualitatem do-
mus & perſonarum. Quæ verba non ab re & in rubro inſerta,
& repetita in nigro ſunt. Vt niſi debita neceſſaria nõ compre-
hendant.

Declaratione hac reſtrictionis ita obfirmata, Argumentum
non obſtat ex diuerſo obiectum, hoc eſt, æque ſucceſſores feu-
di ad id perſoluendum adſtringi, ad quod compelli defunctus
poterat. Ex his enim confutatum arg. liquet, quæ ſcripta ante
ſunt, hoc eſt, vt niſi in caſibus locum compulſio circa feudi a-
lienationem non habeat, qui expreſſi aut comprehenſi in de-
cretis ipſis ſunt Yolant & blanchæ, ob dotes videlicet, dona-
tiones propter nuptias, & debita neceſſaria. Extra quos caſus
protendi verba Philiberti ad eos limitata & reſtricta non con-
uenit. l. in agris. ff. de acq. rerum dom. l. age. Ibiq; poſteriores.
C. de tranſact.

Secundo ex verbis ipſis decreti arg. diluitur, Ibi, & tenean-
tur ad id perſoluendum, ad quod potuiſſet ille, cui ſuccedent
ipſi agnati, ſtatutorũ præmiſſorum diſpoſitione ſeruata. Qui
89 ablatiui † abſoluti ſeruata diſpoſitione, &c. conditionem ha-
bent. l. ab emptione. ff. de pact. l. euictis agris. ff. de vſur. l. à te-
ſtatore. ff. de cond. & demon. Late poſteriores in rubric. ff. ſol.
mat. vnde ſenſum hunc verba illa habent, ſtatutorum diſpoſi-
tione ſeruata, vt non aliter ſucceſſores teneantur, aut alienare
feudum liceat, niſi ſi caſus occurrerint, de quibus in ſtatutis
Yolant & blanchæ. Cæterum ſi extra caſus illos feudum alie-
nare conceditur, vtiq; diſpoſitio ſtatutorum obſeruata Yolant
& blanchæ non erit. Itaque cum ad debita neceſſaria decreta
ipſa Yolant & blanchæ reſtringatur, ſi ob voluntaria alienatio
90 fit, vtiq; conditione † defecta verba ipſa decretorum inueniũ-
tur. Atq; ideo locum diſpoſitio obtinere eorum non poterit.
leg. pecuniam. Ibi perinde eſt enim, &c. ff. ſi cert. pet. l. neceſ-
ſario. ff. de peri. & commo. rei vendi. Et alia infinita. Rurſus cũ
in conditione diſpoſitio poſita Philiberti ſit, caſus neceſſario
præſupponuntur, mentio quorum in ſtatutis fit, ad quos caſus
91 verba ipſa conditionis ſpectant. Proinde † caſus ipſos conſta-
re ita præſuppoſitos oportet. Glo. Fut. Sal. & Fulgo. in l. man-
cipia in verſi. aduocandum. C. de ſeruis fug. Rom. ſing. 489. ſta-
tutum puniens Alex. in rubr. ff. de ſol. mat. nu. 22. Soc. in l. 1. §. ſi
is qui 400. nu. 3. ff. ad Trebel. Dec. in c. conſtitutus col. 2. ante
med. de reſcrip. Et alia non pauca.

Tertio in partem ipſam decretum regeritur, etiam ſi ad vo-
luntaria id trahi debita dicimus, Quod modis omnibus perne
gamus, formam enim ſtatutorum Yolant & blanchæ adimple-
ri Philibertus iubet. Atqui & domini directi cõſenſum, & pe-
cuniæ numerationem Yolant cum blancha exigunt. Quod
neutrum hic interueniſſe reſponſo monſtratum prædicto ha-
bemus. Et quidem in numeratione, ſermone id teſtatum pro-
lixo habemus nu. 18. & plenius nu. 401. De conſenſu nu. 390.
verſ. neq; mutat, & nu. plurib. ſeq.

Quarta vbi forma decretorum ſeruata circa conſenſum do-
mini & numerationem pecuniæ eſſet, In alio tamen adimple-
ta non eſt, neque implementum contingit. Id eſt, circa obla-
tionem agnatis faciendam. Quæ oblatio inepta in iure offerẽ-
di controuerſo apparet. In hoc enim oblationem agnatis fie-
ri decreta præcipiunt, vt potiores ipſi habeantur, ſi emere bo-
na malint. Quæ inepta & inſulſa prorſus oblatio hic fuerit, ſi
iure offerendi vti agnati velint. Cum creditũ vllum non ante-
92 cedat, propter quod ipſi offerant. Itaq; cum ad ius † hoc offe-
rẽdi decretorũ verba nõ quadrent, locus diſpoſitioni eſſe eo-
rum non poteſt. l. ſi quis ſeruũ. ff. ſi quis cautio. l. c. cũ hic ſtatus.
§. ſi ſponſus. ff. de dona. inter virum & vxo. l. ſi vero. §. de viro. ff.
ſol. mat. leg. ita autem in princip. ff. de admi. tuto. leg. ſi ſeruũ.
§. non dixit prætor. ff. de acq. hæred. leg. adigere. §. quamuis. ff.
de iu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0099-2

de iure patro.l.4.§.totiens.ff.de damn.infect.l.1.§. loquitur.ff.
de aqua quoti. & æſti.leg.fin.C.de prædi.minor.leg.furioſi.C.
de nup.c.quoniam de vita & honeſta.clerico.c.maiores.§.cæ-
terum de Baptiſ. ca.in noſtra de iniur.ca.indemnitatibus.§.ſed
cum eas de electio.lib.6.cap.penul.de conceſſ.præben. eo.lib.
In quam ſententiã text.& alios Soci. nominat in conſil.30. nu.
30.in fin. verſicul.item patet ex verbis ſtatuti lib.1. Tradit Ge-
minia. in conſil.35.nume. 6.in fi.& in conſi. 65. col. 1. prolixius
Fely.in c. nonnulli. num. 34.verſic. vbi verba de reſcript. Qui
ad deciſiones nõ paucas infert. Ad quas ſi ſpectemus, mirum,
nì à controuerſia omni res hæc vacet.

Quinto correctoria iuris cõmunis feudorum, decreta hæc
Yolant, Blanchæ, Philiberti, & Caroli ducum eſſe non dubita
tur. Quatenus nec ob cauſas neceſſarias iure ipſo feudorum
alienatio eorum permittitur, vt in reſpõſo teſtatum prædicto
legitur num. 30. & num. 69. Idque & iure recipi canonico ſo-
let.c. quæ in eccleſiarum. Ibique Dec. in ſexto nota. nu. 10. de
conſtitutio. Riminal.in conſ.81.nu.16.verſic.& prædicta pro-
cedunt lib. 1. Itaque cum in obligatione & alienatione feudi
decreta ſolent ad caſum iuris offerendi trahi phas non eſt. Si-
93 quidem extra caſus † ſuos ius trahi correctorium nõ ſolet, ne-
que extenſionem vel ob rationem eandem admittit, vti in d.
notatum reſpõſo apparet num. 85. Sed nec ex ratione maiore
extẽſio recipi in correctorijs ſolet, niſi ſi expreſſa ratio eſt, vel
pro expreſſa habetur, quia non pluſquã reddi vna poſſit Imola
in l.ſi vero.§.de viro nu.14.in fi.verſ.potes dicere.ff. ſolut. mat.
Aret.in conſ. 27. proponitur num. 2. in fin. verſic. non obſtat
quod melior videtur eſſe ratio. Soc. in conſ.28. num.25. lib.4.
94 Quid dicẽdum hic erit, vbi † ratio diuerſa inter alienationem
& ius offerendi conſtat. In alienatione enim vt eam ob debita
feudatarius patiatur, impedimentum niſi vnum non inueni-
tur. Id eſt, quia in feudo ius habet, quod per ius commune alie
nare feudorum non licet. In iure plane offerendi impediendi
ratio duplex vertitur, ſeu ius duplex vaſalli contingit, feudi vi-
delicet, & debiti, cum creditor vaſallus & ipſe anterior ſit. Ius
plane duplex fortius ſimplici eſſe, non dubitatur. l. cum in ad-
optiuis in princip. Ibique Bald. C. de adoptio. cum alijs in d.re-
ſponſo adſcriptis numer.315.verſic.& ſi præſumptio & nume-
ro 335.

95 Conſequenter his dicendum, Caſum hunc † iuris offeren-
di in decretis Yolant, Blanchæ, Philiberti, & Caroli ducũ præ-
termiſſum iuri feudorum communi relinquendum. d. l. ſi ve-
ro.§.de viro.ff.ſolut.mat.l.commodiſſime.ff.de lib.& poſt.leg.
ſi ita quis & l. pater filium. ff. de vulga. l. quod conſtitutum.ff.
de mili.teſt.l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.oblig. l. illam.
Ibique Areti.in ſecundo no.C.de colla.leg.ſancimus.C.de te-
ſta.leg.præcipimus in fi.C.de appel.c.2.de tranſla. epiſc. cap.1.
de ſent.excom.lib.6.clem.ne Romani de elect.c.2.Ibiq; glo.fi.
de pœn.diſt.1. Et alia id genus.

Sexto ad Philiberti decretum reſpondetur. In ambiguo eſto
ſenſus eius ſit, quem tam pellucidiſſimum ante mõſtrauimus,
96 Potiorem tamen in re † dubia interpretationem habendam,
vnde agnatorum ius ex inueſtituris & contractu quęſitum mi-
nus læditur, per ea, quæ in d. ſcripta reſponſo habemus nu. 52.
verſ. Et qua ratione. Et in locis alijs eiuſdem reſponſi permul-
tis quæ index eius oſtendit in verſ. tertius.

97 Caroli denique decretum parti † ipſi obſtat nedum auxilia-
re eſt. Pietatem quippe, æquitatem, præſeruationem, trãquil-
litatem & incrementum ſubditorum obſeruat. Quæ omnia
alienationi reclamant, quæ ob cauſam voluntariam fit. Atque
ideo ad feudum dilapidandum & ſucceſſorum ius feudandum
latum iter aperitur. Vnde ad egeſtatem agnati impelluntur,
quo libidini & profuſioni alienantium, debitáue pro arbitrio
contrahentium indulgeatur. Quinetiam eſuriem paſſurus a-
lienator ipſe erit, ſi ſuo res tradita arbitrio ſit. Itaq; cum niſi ad
debita neceſſaria Caroli verba non competant, non ad ea re-
ſtringenda non erunt.

Secundo ad debita neceſſaria Caroli decretum reſtringen-
dum, qui dilucide magis nitere, atq; ex verbis illis poteſt. Qui-
bus præſeruationem, & incrementum in ſtatuto Yolant con-
templatur. An non conſumptio atque diminutio vaſallorum
tam alienantium, quàm ſucceſſorum euidenter conſequitur,
ſi ob cauſas voluntarias alienare conceditur. Itaque ex ratione
à Carolo expreſſa, quæ ad neceſſarias demum cauſas ſpectat,
ad debita ipſa neceſſaria reſtringi decretum oportet, vel ſi ver-
bis id conceptum amplioribus ſit. Iure quippe certiſſimo vti-
98 mur, ex ratione † ſpeciali diſpoſitionem generalem reſtrin-
gendam.l.credendum in prin.ff.qui pet.tutor. leg. cum pater.
§.dulciſſimis. ff.de lega.2.l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa-
tro.leg.milites agrum in prin.ff. de re mili. Abb. in conſ. Baſil.
col.9.in 2.dubio. Ang.in conſ.190.viſa dicta quitatione. Chaſ-
ſan.in conſ.vltimo. col. 2. circa med. Idq; locum & in ratione
tacita habere text. oſtenditur in d. l. milites agrum. Gl. & Bal.
in l.quamuis.C.de fideicom.Bal.in l.fi. num.6. in fin. C. de lib.
præteri.Rom.in conſ.100.& in conſ.104. Dec.in c. ſuggeſtum
in 2.nota.de appel.in conſ.64.col. 4. in fi.verſic. & ſic manife-
ſte infertur. Iaſ.in l.non dubium num.36. C. de ll. Caſſador. in
regul.cancel.deci.31.nu.4.fol. 47. Quid hic dicendum, cauſa
aut ratione à Carolo duce enarrata.

Æquitas plane, qua tãtopere pars nititur, aduerſaria eidem
99 haud obſcure eſt. Quid enim † æquitatis ſpectari in decreto
poteſt, quod odioſum eſſe, & ſupra, & in reſponſo mõſtratum
anteriori eſt, cum & agnatorum in iure ex contractu & inue-
ſtituris quæſito lęſionem, & iuris communis feudorum, dero-
gationem decretum habeat. In odioſo ſtatuto vero quomodo
æquitatem pars intueatur, non facile aſpicio. Secum quippe
inuicem certant æquitas & odium. l. cum quidam. ff. de lib.&
poſt.reg.odia lib. 6.

Secundo æquitatem adeſſe parti fac, eius tamen habenda
100 ratio non videtur. Quatenus ius † ipſum ſcriptum inuenitur
æquitati contrariũ, Id eſt feudi ius alienandi nõ eſſe. Quo caſu
potius æquitate ius ſcriptum eſſe, quamuis durius, procul du-
bio eſt. In ſubſidium quippe æquitatem amplectitur, cũ præ-
ſto ius ſcriptum non eſt.l. proſpexit. ff. qui & à quib. c. fi. Ibiq;
Imola & Abb.de tranſact.Gl.in c.ſuper his in ver.arbitrium de
accuſa.Gloſ. & doct.in l.placuit.C.de iudi. Neq; ex capite ho-
minis æquitatem fingendam, verum iuris tramites ſectandos,
Bal.ſcribit in l.ædem.C.loca.De quo Curt.ſen.meminit in cõ-
ſil.vlt. col.3.poſt med.ver. & ideo cum habeamus. Idem ex Sa-
lic. probatur in l. bona fides per illum tex.ff.depoſi. Quem Iaſ.
ſequitur & commẽdat in l.2.§.item ſi in facto num.17.verſ.2.&
fortius.ff. de verb.oblig.

Tertio aut prohibitam feudi alienationem ob cauſas volũ-
tarias dicimus, Id quod magis eſt admittere. Quo caſu nihil
prorſus contra prohibitionem ſcriptam æquitas pendenda. d.
l. bona fides.& d. c. ſi cũ alijs mox relatis. Aut permiſſam pro-
pter cauſas voluntarias expreſſim alienationem cõtendimus,
Et falſum id euidenter eſt, neceſſitatum & debitorum neceſſa-
riorum mẽtione totiens facta, Aut in obſcuro ſeu in ambiguo
rem eſſe aſſerimus, in re plane dubia ſenſum agnoſcẽdum, vn-
de correctionis iuris, Læſionis tertij, abſurdi & occaſionis feu-
di perimendi excluſio ſequitur cum ſuperioribus, tum reſpõ-
ſo ſatis monſtratum anteriori eſt. Quarto reſponſiones eſto
prænarratæ non moueant, quæ ſane quàm fortiter vrgent, ad
caſum iuris offerendi in decretis omiſſum æquitatem trahi ni-
101 hilo magis conuenit, quamuis rationem ſimilem aut eandem
caſus omiſſus habeat. In eo quippe admitti † extenſio non ſo-
let, quod introductum per æquitatem eſt. l. pœnales. §. Iulia-
nus.ff.ad l.falci. Vbi cautio, de qua ibi æquitatis cauſa à præto-
re inuenta ad perſonas, réſue alias non porrigitur. Idem text.
probat in c.ſuſceptum de reſcript. lib. 6. Quem in ſententiam
hanc Crot.vocat in l.omnes populi num.214.verſic.quinta cõ-
cluſio. ff. de iuſti. & iure. Gloſ. huc accedit in l. ſeruitutes. §. ſi
ſublatum in verbo pars.ff.de ſerui.vrba. præd. cum ad æquitiũ
trahendam æquitatem non putat. Quæ verba quid aliud ſo-
nant, niſi extenſioni locum in æquitate non eſſe. Quæ locum
ſententia haud dubie habet, vbicunq; in caſu quo ſpeciali ri-
gori æquitas anteponitur, ſimiliter vt in ſpecie controuerſa.
In qua contra quam iure prohibitum feudorum eſt, alienatio
eius in caſibus permiſſa quibuſdam legitur, quæ ex decretis
ſunt. Dotis videlicet, donationis propter nuptias, & ſi qui ne-
ceſſarij alij ſunt. In quibus æquitatis ratio contingit, vt ei ſuc-
curratur, qui nullo ſuo vitio pertractus in neceſſitatem eſt. In
qua re meminiſſe oportet, ſi ad caſum æquitas nõ extenditur,
qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0100-9

qui rationis eiuſdem, ſimiliſúe eſt. Quanto minus, vbi ratio
102 diuerſa in caſu omiſſo inuenitur. Sed enim † rationem longe
diuerſam cauſæ neceſſariæ, atque voluntariæ eſſe, vt non per-
inde facile ei ius patrocinetur, qui culpa ſua, atq; ei, qui nul-
lo ſuo merito in neceſſitatem deuenit, Tex. oſtendit in d. leg.
ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cog. leg. quod ſi minor. §.
reſtitutio. ff. de minor. leg. ſed & ſi per prætorem in fin. ff. ex
quib. cauſ. maior. leg. cum poſtulaſſem in fin. ff. de dam. infect.
Curt. Sen. in conſilio vltimo, numero 4. verſic. & potiſſime in
caſu. Inde mirum ſatisfacere nequeo, æquitatis cauſam, quæ
niſi in debitis neceſſarijs non vertitur, ad voluntaria etiam de-
bita porrigi. Quo caſu feudi in perniciem alienam abligurię̃-
di occaſionem, facultatemq; præſtari, demonſtratum nec ſe-
mel eſt. Rationem & aliam diuerſitatis inter alienandi & offe-
rendi facultatem explicatam ſupra habemus nu. 94.

Adminiculis prædictis vbi ſe deſtitutum aduerſarius vidit,
ad illud confugit, ex obſeruatione inſecuta ambiguitatem o-
mnem declarari. Vſu quippe receptum & moribus aſſerit, vt
ad debita quæuis vel voluntaria decreta trahantur, ob eáque
103 feudi ius alienandi competere. Sed enim † qui cõſuetudinem
aut obſeruationem aſſerit, probationem eis implere neceſſe
habet, cum à facto pendeat. l. præſcriptione. Ibiq; Bart. nume-
ro 11. & ſeq. C. ſi contra ius vel vtil. pub. l. 1. Ibique glo. 2. & Bal.
in l. nota. C. quæ ſit longa conſuet. c. 1. de præſcrip. lib. 6. Bart.
in l. omnes populi nu. 67. ff. de iuſt. & iure. & in l. de quibus nu.
7. ff. de ll. in 1. lectur. & in poſteriore lectu. num. 21. in quarta q.
princ. Vbi modum probandi docet. At enim non modo con-
ſuetudinis huius fides non fit, verum ne fieri quidem poterit.
Siquidem non niſi ob cauſas pluſquam neceſſarias alienatio-
nes perfici feudi ſolent. Atq; ob dotes fere. Idq; vſus ipſe do-
cet. Quæ pellucida magis res fiet, ſi alienationum inſtrumen-
ta aduerſarius proferat.

Secundo monẽdi ſumus, domino directo inconſulto, Cau-
ſa vlla debitorum contrahendorum non expreſſa, feudalium
bonorum verbo non facto, Pecuniæ numeratione non pate-
facta, oblatione aut denunciatione agnatis non facta, contra-
ctus peractos quibus hypothecæ feudum ſuppoſitum aduer-
ſarius contendit, contra quam & iure communi feudorũ pro-
hibitum, atque decretis ipſis eſt. Atque ideo non immerito
aduerſus contractus id genus à filio feudi ſucceſſore reclama-
104 tum, & actori contradictum. Ea propter vbi probatio † qua
obſeruationis præſtari in debitis voluntarijs poſſet, ſatis non
eſſet, ob cauſas etiam voluntarias feudum diſtractum, ſimpli-
citer aut generaliter educere. Verum probatio præſtanda in
ſpecie controuerſa eſſet, Id eſt, ijs etiã caſibus probatio ob de-
bita voluntaria feudum alienatum, quibus domini directi cõ-
ſenſus non interuenit, cauſa vlla expreſſa in debitis contrahẽ-
dis, feudi facta mentio non eſt. Pecuniæ numeratio non de-
monſtrata. Et agnati ſeu ſucceſſoris cõtradictio interuenit per
ea, quæ in d. notata reſponſo ſunt nu. 487. Quibus Rolan. ac-
cedit in conſ. 80. num. 11. & ſequ. Quid dicturi hic erimus, vbi
non modo probatio in ſpecie, ſed nec in genere de conſuetu-
dine hac præſtatur. Immo enim quod ad probationem in ſpe-
cie attinet, ne quidẽ in ſpecie controuerſa allegatio facta con-
ſuetudinis eſt. Conſequens igitur non ſit conſuetudo aut ob-
ſeruatio ita alienandi in genere allegatur, etiam ſi probationis
vicem allegatio ſuſtineret, Quod falſiſſimum euidenter eſt,
Ergo quibus caſibus factæ alienationes ſunt caſui ſimiles con-
trouerſo erant. Atque ideo dubia & incerta allegatio proba-
tióue reperitur, quam irritam eſſe conſtat. l. duo ſunt Titij. ff.
105 de teſt. tut. Et alia non pauca.

Tertio ad perſonas conſuetudo † obſeruatióque reſtrin-
genda, Inter quas ſecuta eſt. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.
l. 1. §. Iulianus. Ibique Bartol. ff. de itin. actúque priua. Bald. in
c. 1. in fin. de feud. cognit. Ruin. in conſil. 19. num. 17. lib. 1. Hoc
amplius quia iuri contraria hoc genus conſuetudo eſt, nec ad
caſus eam ſimiles extendi conuenit Floria. in l. venditor. §. ſi
conſtat. ff. com. prædior. Afflict. in dict. cap. in princip. in vlti-
mis verbis. de feudi cognit. Socin. iun. in conſil. 101. numer. 13.
lib. 2. Conſequens igitur non ſit, agnati aliqui rerum ſuarum
non ſatagentes feudum illicite paſſi alienari ſunt, Ergo ad in-
iuriam id rediturum aliorum erit.

Quarto ſi ob debita voluntaria permiſſam alienationem di-
cimus, Cur donationem propter nuptias ita fieri decretum
non ſinit, vt perpetuo apud mulierem, hæredéſue eius mane-
at cum fraudem non habet, at fide bona perficitur, quoad nu-
ptias aſpirari optatas poſſit, veluti ſi virginem aut adoleſcen-
tulam in matrimonium beneficiarius expetit, qui plenior an-
nis eſt, & qui ad coniunctionem aliter peruenire expectatiſſi-
mam nequit. Id quidem in primis, quod cauſam initio neceſ-
ſariam hoc genus donatio habet. Itaq; ſi cauſa neceſſitatis ceſ-
ſante, hoc eſt, mulieris interitu matrimonio direpto ad irritũ
donatio per decretum deducitur, quanto magis ob debita ini-
tio voluntaria feudi impedienda alienatio erit. l. patre furioſo.
ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Et talia ſexcẽta. Quod ſatis ſu-
perq; ad verboſa partis interpretamenta abijcienda argumen-
tum valet, pellucidum quippe decretorum ſenſum obſcurare
aduerſarius certat.

106 Quinto ex ſententia arg. proteritur † Vercellis lata die 16.
Iunij 1557. Per quam alienatio id genus infirmata feudi eſt nul-
la pretij reſtitutione facta. Sed & fructus reſtituere emptor
iuſſus. Quæ ſententia ratione validiore hic obſtat, quod inter
agnatos emptor erat, quamuis gradu propiore actor eſſet. Cũ
alienus hic tam à gente vaſalli, quam à patria, cõtractus inter-
poſiti. Quo caſu grauior haud dubie prohibitio iuris interue-
nit. Siquidem iniuſſu domini in agnatos, vel remotiores alie-
nationem feudi impune permitti, in prædicto teſtatum reſpõ-
ſo legitur num. 488. Quod aliter in alienis aut extraneis ſerua-
ri tit. docet de prohib. alie. feud. per Lotha. & per Frede. c. quæ
in eccleſiarum de conſt. Quod cum ita ſit, alium decretorum
ſenſum eſſe obſeruatio ipſa declarat, quæ à ſententia ſenatus
deſumitur.

Neque partis reſponſio mouet, ob id feudi alienationẽ diſ-
107 ſolutam, quod in † fraudem facta proximiorum eſſet, vt feudi
pretium in filias, quas ſolas habebat, venditor erogaret, quo
locupletiores dotes haberent, fraudis plane rationem hic ſile-
re, cum filium clariſſimum contrahens haberet. In promptu
enim reſponſio eſt, fraus in feudo eſt, vendendo interuenerit,
rationem eius tamen non aliter haberi, atque ſi & emptor ipſe
fraudem participet. leg. prima in princip. Ibique Gloſſ. in ver-
ſic. non ignorauerit. ff. quæ in frau. cred. Gloſ. & doct. in §. item
ſi quis in fraudem inſt. de actio. Vnde cum fraudis emptoris al-
legatio non interueniat, Tantum abeſt, vt probatio facta eius
dicatur, nihil eſt, quod fraudi nomine ſententiam Vercellis di-
ctam pars aſſerat.

Secundo fraudis reſponſionem aduerſarius ſuſtinet. Nam-
que ſi filiarum rationem, quo dotes optimas magis haberent,
& in quibus neceſſitas maior vertitur, ſenatus nõ habuit, pre-
tijq; & fructuum iacturam emptor agnatus fecit. Lõge minus
extranei & in cauſis aut debitis voluntarijs haberi rationem
conuenit.

Quarto eo reſponſio pertinet, vt dolum in caſu controuer-
ſo præſumi contra patrem contrahentem non oporteat. l. me-
rito. ff. pro ſocio. At. n. locum præſumptioni huic bonitatis ad
incommodum tertij nõ eſſe quotiens damnum quiſpiam ſub-
ire à præſumptione hac poteſt, in d. monſtratum reſponſo eſt,
nu. 62. & ſupra num. 34. Diſpendium plane ſucceſſoris manife-
ſtiſſimum liquet.

Quinto argum. partis perfringitur. Dolus aut fraus eſto cõ-
ſilio abſit, Re ipſa tamen dolum filius, feudiq; ſucceſſor ſentit.
Quia ex læſione enormi dolus apparet, Sic quomodo dictũ in
ſuperioribus eſt. Dolum plane reipſa virtutis eiuſdem atq; cõ-
ſilio ſeu ex propoſito, vt aiunt, æſtimari. Tractatum etiam ſu-
perius habemus nu. 36.

Sexto probationes cauſarum in lite Vercellis dijudicata fa-
ctas audio, acta enim nõ legimus propter quas alienatio facta
feudi dicitur, quæ non meritoriæ aut leues videntur. Itaque ſi
cauſis ibi demonſtratis, ſententiam nihilominus paſſus feudi
emptor idemq; agnatus tam pernicialem in pretij & fructuũ
perditione eſt, Quid in extero hic admittendum à quo cauſa-
rum præſtita probatio non eſt.

Ad probationes poſtremum pars adijt, Id eſt, ob cauſas ini-
tio neceſſarias contractus peractos. In qua re ſermonem opus
prolixiorem non arbitror, Quandoquidem probationibus

cauſam ſuam deficere hoc ipſo pars admittit, quod niſi argumentis quibuſdam leuiſſimis ſe inuoluit. Quibus cum debitoris defuncti conditio, reſque ipſa tum rei conuenti teſtimonia non molliter reſiſtunt.

108 Iure enim † illo incogitate vtitur. In ſpecie probatur difficili, vel cum inopia probationum laboratur, In probationib. ius acquieſcere, quæ contingere poſſunt. At enim ad eum id caſum demum pertinet, quo ex facti, ſeu negotij, aut rei natura probandi difficultas exiſtit. Qualia ſunt, quæ domi fiunt. l. conſenſu. C. de repud. Alex. in conſ. 64. nu. 5. lib. 1. Et in locis alibi permultis doc. Eiuſdem generis ſunt quæ per vniuerſitatem geruntur, Ad quam intromitti extranei non aſſolent. cap. 3. loco de proba. cap. veniens. 2. in fi. de teſtib. Alex. in d. conſil. 64. nu. 5. In cauſa eadem inueniuntur, quæ niſi clam non fiũt, Cuiuſmodi coniuratio eſt, Quam criminis ſocij propterea indicant. c. fi. de teſtib. cogen. Rationem eandem partus ſuppoſiti eſſe, Dec. ſcribit in conſ. 342. nu. 3. Ius aliud probãdum, ſi ex facti, negotij, aut rei natura legitima præſtari probatio poteſt. Ibi enim locum probatio non habet, quæ idonea non ſit. Verum patri imputatur, cur probationem parandam nõ curauit, quam lex exquirit, vt poſt gloſſ. in d. capit. tertio loco. Anton. de But. docet not. 14. Ibique Felyn. num. 5. Dec. in ſecundo no. Alex. in d. conſ. 64. nu. 6. lib. 1. in conſ. 148. nu. 3. in conſ. 152. nu. 11. & maxime, verſic. item poſito lib. 5. Dec. in conſ. 133. colum. fin. verſi. vltimo, non obſtat ſi dicatur in conſ. 189. nu. 10. Iaſ. in l. fi. circa fi. C. de his quibus vt indig. Quib. in locis ita probationem non idoneam doct. recipiunt, ſi habitu aut potentia, & actu ſeu re probandi difficultas incurrit. Non idem admittendum, ſi actu tantummodo aut caſu difficultas cõtingit, habitu vero aut potentia idonea parari probatio poterat. Ibi enim in culpa eum eſſe, qui idoneam ſibi probationem non adhibuit. Idq; locum & in ſpecie fauorabili obtinere, veluti cum matrimonij probatio occurrit, ne probationes minus legitimas admittat. Quatenus idoneas præparandi facultas erat, in dictis conſ. 148. & 152. Alex. ſcribit. Dec. in conſ. 310. poſt prin. Quid in re hic dicendum, quam odioſam eſſe, cum ſupra, tum in reſponſo demonſtratum prædicto eſt.

109 Secundo probationes † neceſſitatum impletas pleniſſimas fac, ad rem inutiles eas haberi, expreſſione earum in ſpecie nõ facta, & ſuperius declaratum numer. 10. & in reſponſo antedicto cumulatiſſime eſt numer. 196. Locupletius & ſignificantius num. 386. verſi. hoc ita admiſſo, vt niſi ex cauſa, &c. Sed & notula id non ſpernenda apud reſponſi indicem ampliatum & confirmatum in verbo cauſa. ver. cauſam in ſpecies. Demõſtratum enim & textibus, & gloſſ. & docto. teſtimonijs haud leuibus habemus, vſque adeo cauſas ipſas neceſſitatum nominatim enarrandas, propter quas feudi aut obligatio aut alienatio fieret, vt ſatis earum probatio non ſit, quæ poſtea accederet.

Apparere ex his non ægre poteſt, partis diuerſæ armis non modo generi cauſam iuſtiſſimam non oppugnari, ſed iuuari potius eiſdemq; ipſis aduerſarios referiri.

Iam in re liquida controuerſia fit. In debitis quippe quæſtio cuncta vertitur in quibus clariſſima Decreti Blanchæ poſterioris verba ſunt, vt neceſſaria ea eſſe oporteat, Idq; quantum repetitum, fruſtra igitur in debitis contra ſignificantiſſima decreti verba contendimus. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. l. ancillæ. C. de furtis.

Laus Deo, virgini, Diuoq; meo tutelari, Atq; vniuerſæ cœleſtium ordini. Sauiliani. 20. Octobris 1564.

FINIS.

SVMMA-

# SVMMARIA ORDINE LITTERARIO IN TERTIVM RESPONSVM CRAVETTAE DIGESTA.

A.

ACtvs ad cauſas aliquas limitatus ex alijs non ſuſtinetur, nu.43. ver. idq; in vniuerſum.
Alimentorum fauore ſucceſſoris ius deterius non fieri, nu. 46. & in ver. victus.
Altare vnum detegendum alterius tegendi cauſa non eſſe, nu.47.
Alij factum vnius non prodeſſe, ſicut nec officit, numer.23. ibiq; ampliatur.
Alius. Pactionem aut ratihabitionem cum vno interpoſitam alij nõ prodeſſe, nu.9. & in verſic. prodeſſe.
Approbari contractum teſtamentúmue ab eo intelligi, qui quid ex eo petit, nu.24. ver. imo enim.

B.

BOnorum minoris alienationem in ijs faciendam, quæ diſpendio leuiori minorẽ afficiunt, nu.47. ver.2. vbi. ibiq; idem in feudo, quod alienare per decreta conceditur.
Bonum quempiam in perniciem alienam nõ præſumi, nu.53. ver. ex qua Caſtrenſis traditione.

C.

CAncellationis facto facilius quam verbis teſtamentum reuocari, nu. 63. ver. quibus & illud adſuitur. & in verſic. reuocationem.
Capitula niſi ob cauſas admittenda in eis expreſſas non eſſe, nu.56.
Cauſam facti potius quam factum ſpectandum, vt aliud innuere verba videantur, nu.10.
Cauſam iuſtam ab intereſſe non liberare, quod promiſſum aut iure debitum actionis ſit, nu.19.
Cauſam iuſtam ab eo non præſtari, quod ſecutum poſtea eſt, quam fieri quid deberet, nu.21.
Cauſas alienandi in ſpecie & nominatim exprimendas, quotiens ſine eis prohibita alienatio eſt, nu.36. & ſeq.
Cauſas alias ſubeſſe ſatis non eſt, niſi tanquam ex eis acta res ſit, nu. 43. & in ver. actus tanquam.
Cauſæ falſitas, quæ in aureis quadringentis ad venditionem narratur, nu.44.
Cautio conditione pendente à debitore præſtanda, nu.29.
Certa relinquenda propter incerta non eſſe, num. 30. & in verbo incertum.
Clauſula executoria quæ dicatur, nu.63. & in ver. executoria.
Confeſſio teſtibus, inſtrumentis, præſumptioneq; iuris etiam & de iure potior, num.42. Ibiq; & in ficta id aut tacita præſumptione ampliatur.
Confeſſioni authoris ſucceſſorem nec ſingularem contrauenire, nu. 65. & in verſi. ſucceſſorem.
Confirmatio in dubio potius quam actus nouus præſumenda, nu.16. & in verſic. ratihabitio.
Confirmationem cum qualitatibus omnibus factam actus confirmati intelligi, nu.14. & in ver. ratihabitionem.
Confirmationis naturam eſſe, vt firmum actum non maiorem efficiat, vel noui quicquam inducat, nu.13. & in verſic. ratihabitione.
Contrarietate ſentẽtiam nullam fieri, nu.26. ibiq; ampliatur & in verſi. nullum.
Contrauenire contractui eum non dici, qui facultate vtitur in contractu ipſa permiſſa, nu.15. & in verſi. exceptionis.
Culpa eſt, à ſuperiore non flagitare, quod concedi mos eſt, nu.1.
Culpæ emptori feudi dandum, qui ante laudimia ſoluit, quam venditori denunciauit, cui reuendendum feudum erat, nu.1. verſic. quanto magis. Ibiq; & culpam & dolum ex denunciatione non facta argui. & in ver. denunciationis omiſſionem.

D.

DEcipiendum quempiam principe, legéue authore non eſſe, num.60. verſic. & cuius maximopere intereſt.
Denunciationis omiſſionem culpa & dolo non vacare, nu.1. ver. quanto magis. & in ver. culpæ.
Depoſiti controuerſi robur, nu.57. verſi.2. vtile depoſitum eſſe.
Depoſiti faciendi in ſpecie controuerſa cauſa, nu.61.
Derogandum verbo aut nutu vno ei non eſſe, quod laboribus vigilijſq; paratum multis eſt, nu.57. Et in verſi. laboribus.
Doli præſumptione eum laborare qui promiſſa non exequitur, neque id præſtat quod præſtandum ab eo eſt, numero 18. & in verbo malam fidem.
Dolus. Ex dolo ſuo commodum quempiam auferre non licere, nu.4.
Dubium. In dubio interpretatio potior, vnde actus confirmatus aut ratus habitus, non recens quid inductum creditur, nu.16. in ver. confirmatio & in verſi. ratihabitio.
Duplex impedimentum, ſimplici potentius, nu.24.

E.

ELuſorium. Interpretatio abijcienda, vnde in poteſtate cuius ſit eluſorium actum aut ius alterius efficere, nu.55.
Exceptio in ſpecie opponenda, vt certa claraq; appareat, nu.37.
Exceptionis opponendæ prohibitionem ad eam non pertinere, quæ ex capite eiuſdem contractus aut ſtatuti deſcendit, num.51. & in ver. contrauenire.
Exceptionem ineptam & ridiculam intelligi, quæ ſub verbis incluſa regulæ non ſit, ibiq; exceptioni inſitum, vt regulam declaret, quibus intelligi caſibus debeat, numer.24. verſicul. quod ſi ad bona etiam paganica.
Executoria clauſula quæ intelligatur, nu.63. & in verſi. clauſula.

F.

FActum probandum, nu.2.
Factum verbis validius, nu.64. verſi. factum plane.
Feudi alienationem vitioſe factam à filio etiam ſucceſſore citra pretij reſtitutionem reuocari, nu.25.
Feudi alienationem nec ob cauſas neceſſarias concedi, atq; ideo difficilius id quam minorum bona diſtrahi, nu.48.
Feudi alienatio ex decretis permiſſa in bonis minus pernicioſis facienda, nu.47. verſi. ſecundo vbi.
Feudum ex regiſtro præſumi, vt feudalia bona præſumantur, quæ relata in regiſtro non ſunt, nu.62. & in ver. regiſtrum.
Feudum facto ipſo probari quod onera quis paganica propter bona qua non trahit, nu.64.
Fructus etiam percipiendos, in contractibus bonæ fidei poſt moram deberi, nu.17.

G.

GRauatum reſtituere quod reſiduum tempore mortis eius inuentum erit, niſi ob cauſas neceſſarias & viri boni arbitrio non alienare, num.53.

I.

IMpertinentia capitula vbi palam ſunt, reijcienda, tametſi ſtatuto cautum ſit, capit. omnia per clauſulam ſaluo iure impertinentium admittenda, nu.34.
Incertum. In re incerta ſententiam certam dari graue, nu.27.
Incertum admittendum non eſſe, vt quod certum eſt relinquatur, numer.50.
Inconuenienti vno admiſſo, plura ſequi, nu.3.
Inferiorem contra factum ſuperioris ne quidem vitioſum venire, numero 59.
Intellectus c.1. an agna. vel fil. nu.25.
Intereſſe fauorabilius pœna, atq; ideo difficilius eius, quod intereſt, quam pœnæ excuſationem tribui, nu.20.
Intereſſe appellatione fructus contineri, nu.22.
Interlocutoriam, à qua appellatum eſt, ex nouis probationibus facti non iuſtificari, etiam quod deductum in prima inſtantia ſit. Dum tamen



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0103-6

probatio eius repudiata à iudice à quo, non inueniatur, numer. 35.
Interpretationem in re clara ſilere, nu. 40. & in ver. præſumptionem.

L.

LAboribus grauibus introductum non facile reſcindendum, nu. 57. & in ver. derogandum.
Librum rationum in ſpecie conficiendum, ſeu in ſpecie non in genere, aut ſumma accepta expenſaq́ʒ in eo referenda, nu. 38.
Limitatio. Actus ad cauſam aut rem vnam limitatus egredi eam non debet, num. 43.

M.

MAlam fidem in eo præſumi, à quo promiſſa non fiunt, nu. 28. & in ver. doli.
Minori hæredi in eo reſtitutionem nõ concedi quod cum defuncto actum maiore eſt, nu. 11. & in verſ. reſtitutionem.
Moræ purgationem poſt temporis interuallum longum nõ admitti, nu. 6.
Moræ purgationi iuramentum obſtare, nu. 5. ver. id quidem in primis.
Moram purgare vbi conceditur, quod intereſt præſtandum, num. 6. ver. iam vbi moræ, &c.

N.

NEceſſariam cauſam ita intelligi, ſi initio ipſo neceſſitas ſubeſt. Aliter atq́ʒ cauſam neceſſitati voluntas tribuit, nu. 54.
Neceſſitatum limites egredi non licere vbicunque niſi ob cauſas neceſſarias alienare non conceditur, nu. 52.
Negatiuam, bona plura allodialia non eſſe, ex regiſtro probari, in quo deſcripta niſi aliqua non ſunt, nu. 62.
Nullitatis prohibitionem aut remotionem ad eam non trahi, quæ à contrarietate deſcendit, nu. 26.
Nullam ſententiam contrarietas efficit, nu. 26. & in ver. contrarietate.
Numerationem per decreta exquiſitam probandam, nu. 51.

O.

OBligatio facti quod intereſt poſt moram habet, nu. 5.
Ordinarius ad cauſam delegatam iniuſſu ſuperioris nec delegatione ipſa perempta, accedit, nu. 60.

P.

PLura bona à quopiam poſſideri aſſerens, quam dictum ſit, probare neceſſe habet, nu. 30. & in ver. probandi onus.
Præiudicialem quæſtionem anteuertendam, nu. 32.
Præſumptiones ad caſus tacitos nõ etiam expreſſos pertinere, ex circumſtantijsq́ʒ eas colligi, nu. 39.
Princeps mutuam pecuniam vtilitatis publicæ cauſa recte exigit, ſi aliter mederi neceſſitati nequit, nu. 58.
Probandi onus eum ſequi, qui bona plura aſſerit, quam dictum ab aduerſario ſit, nu. 30. & in verſic. plura.
Probatione deficiente pro non facta rem haberi, nu. 45.
Probationem in ſpecie generali anteſtare, nu. 41.
Prodeſſe alij non debet quod geſtum inter alios eſt, num. 9. num. 23. & in ver. alius.
Proteſtationem à facto contrario perimi, numer. 28. & in verſi. reſeruationem.

Q.

QValitatum probatio neceſſaria quas decreta expoſtulant, numero 51.

R.

RAtihabitio potius quam actus noui confectio præſumenda, nu. 16. & in verſi. Confirmatio. Dubium.
Ratihabitione actum confirmari, non ampliari aut noui quicquam ab ea induci, nu. 13. & in verbo confirmationis naturam.
Ratihabitionem ex qualitatibus omnibus factam cenſeri, quæcunque in actu inſunt, qui ratus habetur, nu. 14. & in ver. confirmationem.
Rationem in teſtibus potiuſquam teſtimonia obſeruandam, nu. 10. & in ver. teſtimonia.
Regiſtrum ad feudi præſumptionem valere, vt quæ expreſſa in eo bona nõ ſunt, feudalia cenſeantur, nu. 62. & in ver. feudum.
Renunciationem non præſumi ſcite & ampliando, nu. 7.
Renũnciationem ex actu contrario non induci, quotiens coniectura quæ percipi alia poteſt, nu. 8.
Reſeruationem à facto contrario extingui, num. 28. & in ver. proteſtationem.
Reſtitutionem in integrum hæredi minori ob id non dari, quod cum defuncto geſtum maiore eſt, nu. 11. & in ver. minori.
Reuocationem teſtamenti potiorem eſſe, quæ facto cancellationis, quam quæ verbis inducitur, nu. 64. verſic. quibus & illud adſuitur & in verſic. cancellationis.

S.

SEqueſtrationi fructuum locum & ſub inſtantia prima eſſe, cum ſoluendo reus non eſt, nu. 31.
Solutio probanda, nu. 2. ver. & in ſpecie.
Specialem expreſſionem in cauſis alienandi exquiri, ſine quibus permitti alienatio non ſolet, nu. 26. & ſeq. & in ver. Cauſas.
Succeſſorem ne quidem ſingularem confeſſioni & facto authoris obſtrepere, nu. 65. & in verſi. confeſſioni.
Superuenientibus probationibus decretum nullum non conualeſcere, nu. 33. Ampliatur, nu. 35.
Subtilitatis pernicioſæ interpretationem abijciendam, nu. 24. ver. quare ſubtilitatis.

T.

TAnquam cauſas alias quam expreſſas ſubeſſe non ſufficiet, niſi tanquam ex eis actus fiet, nu. 43. & in ver. actus. & in ver. cauſas.
Teſtimonia à ratione mala diſſolui, nu. 10. verſic. quocirca.

V.

VAlorem prædij maiorem ob vicinitatem intelligi, nu. 49.
Victus cauſa in perniciem ſucceſſoris alienationem nõ permitti, nu. 66. & in ver. alimentorum.
Victum ad quæſtum & redditus moderandum, nu. 46.

F I N I S.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0104-2

# CONDIMENTVM RESPONSI PRO GENERO, QVO VELVTI ZACCHARO QVODAM MOLLIOR RES CVNCTA, SAPIDIORQVE FIAT.

## RESPONSVM TERTIVM.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Iuri & æquitati interlocutionem non cõuenire aduerſus Generum dictam, ſequentia declarant. Principio errorem triplicem in facto habet. Prior in aureis nummis contingit ex depoſito numeratis, qui pro aureis habiti monetæ ſunt, quos albos vulgo dictitant. Et qui floreno vno minoris ſinguli quam qui ex auro ſunt. Depoſitum enim ex aureis nummis factum pro dimidiato precio aduerſario expediẽdum interlocutoria iubet. Atqui cum niſi aureos mille albos dimidia pretij pars nõ habeat. Amplius haud paulo quam dimidia pretij parte in pecunia obſignata aduerſarius auferret, Florenos nimirum centum ſupra mille. Alter facti error, aureorum etiam monetæ æqualitate admiſſa, vt nõ plus in nummo ex auro quam in moneta ſit, aureis tamen centum pluris depoſitũ quam pretium dimidiatũ eſt. Quod ſolidũ aureos bis mille non excedit. Quam ſummam aureis centum pecunia depoſita ſuperat. Neq; mutat, laudimiorum pecuniã deberi. Quoniam fidem ex actis factã laudimiorum nõ legi. Rurſus fide etiam facta, numerationem eorum fieri ante nõ oportuit, quam certior rei eius factus venditor fuerat. Qui vel debita ea non eſſe oſtenderat, vel ad minorem ea modum præſtanda non ægre impetraſſet. Siquidẽ nec eis, qui minore quã venditor cõditione ſunt, Id genus denegari beneficium ſolet.
1 Quare ſi culpa † dicitur, qui apud ſuperiorem non petit, quod
concedi alijs ſolet, ſic quomodo in reſpon. monſtratũ pro genero habemus, nu. 272. Ibiq; ampliatum id legitur, etiam cum exitum aut impetrationem difficilem res habet. Quanto magis reus culpæ æſtimandus aduerſarius erit, à quo denunciatio omiſſa laudimiorum eſt, quæ priuato, cuius intererat, facienda non ſuperiori erat. Et in qua difficultatis quicquam nõ inerat. Culpam plane ex denunciatione neglecta argui, reſponſum ſatis memoratum docet nu. 274. Quibus text. accedit in l. 1. §. ſi mulier, iuncta gloſ. in verſi. ei qui. ff. de lib. agno. vbi culpæ mulier tenetur, quæ intra 30. dies, quam diuertit prægnantem ſe eſſe marito non dixit. Quocirca repetitionem alimentorum non habet, quæ filio præſtitit. Ex Bald. etiam id iuuatur in l. 1. nu. 12. C. de vſur. & fructi. legat. in culpa actorem intelligi, à quo iurium ſuorum certior factus reus non eſt.

Hoc amplius, in dolo eum intelligi, improbumq; & fraudulentum eum æſtimari, qui vbi commode poteſt, certiorem alium non facit, Caſtren. ſcribit in conſ. 338. quia exceptiones in prin. li. 1. per tex. in l. creditor hypothecas. C. de diſtract. pig. Idẽ ex Bal. probatur in c. 1. nu. 1. de cõtrouer. inter Vaſal. & aliũ. Vbi ex tex. id confirmat in d. l. creditor. Pro qua ſententia tex. etiã videtur in l. ſi fundo. §. fi. ff. de euict. Quem Soc. refert in l. 2. §. voluntatẽ col. pen. in prin. ff. ſol. mat. text. huc præter Bald. Caſtren. & Soci. adiungitur in l. ſi vina. 2. ff. de peri. & commo. rei vend. l. 1. §. venditor. Ibiq; Bart. in fi. ſecundi nota. ff. de act. empt. in l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. l. fi. Ibiq; Bal. col. 1. ver. nota quod creditor. C. de litigio. Idem Bart. admittit in l. quæro. ff. de act. empt. Rom. ſing. 282. nunquid ſi ſum magnus mercator. Corn. in conſ. 12. col. fi. & in conſ. 81. lib. 3. Et apud nos in conſ. 83. nu. 3. & in conſ. 142. nu. 20. in conſil. 172. nu. 5. & in conſ. 192. nu. 4. Arte plane denunciationem prætermiſſam difficilis coniectura non eſt. In eo enim cura ſtudiumq́ue omne erat, vt grauis oneroſaq; modis omnibus villæ controuerſæ recuperandæ facultas fieret.

Error facti tertius perſpicuus fit, quod pro numeratis aurei bis mille habiti pretij totius ſunt. Atqui aureos quingentos ex dicta pecunia in villam alteram ex parte dimidia redimendam erogandos lectio ipſa inſtrumenti venditionis teſtatur. Et quos inſumptos in eam cauſam non eſſe, tam rei confeſſione, quam actis & iuris etiam præſumptione liquet. Probatio-
2 nem quippe † factum deſiderat, neq; præſumi iure ſolet. l. denique. ff. ex quibus cauſ. maior. l. quæcunque. §. qui à pupillo. ff. de publicia. leg. qui à quolibet. ff. de contra. empt. l. in bello. §. factæ. ff. de capit. l. 1. C. de manda. prin. l. 1. & l. ſiue poſſidetis. C. de proba. l. aſſeueratio. C. de non nume. pecun. l. ſi emancipati. Ibi te quæ emancipatum eſſe probaueris. C. collat. c. cum in iure de offic. deleg. cap. 1. de procura. c. in præſentia de proba. c. Raynucius & capit. Rainaldus de teſtament. Et in ſpecie ſolutionis, probandum eam fore, ex text. oſtenditur in l. quinquaginta. ff. de proba. in l. 1. C. eod. tit. & in l. fi. C. de ſolut. gloſ. & doct. in l. 2. in gloſ. magna verſi. item quis probabit. C. de iure emphy. Bal. in conſ. 508. tenor nu. 2. lib. 5. Signorol. in conſ. 182. nu. 3. poſt prin. ver. & quando non apparet.

In quo tertio facti errore videndum. Namque robore contractus admiſſo, quem vitijs vndiq; ſi carere, reſponſum ipſum pro genero indicat, quod intereſt ob villam non redemptam à reo præſtandum non dubie atque ex æquitate liquet, de qua in l. curabit. C. de action. empt. Enimuero pro æquitate hac, quæ à fonte ipſo rationis naturalis nemini non emanat, Iniuriam minime obſcuram Gener accepit, vt pretium etiam non acceptum aduerſario refunderet. De quo ſummã illam detrahi aureorum quingentorum oportuit, quos ſolutos non eſſe
3 clariſſime conſtat. Inde aliud † ex alio malum, & quod aiunt, inconuenienti vno admiſſo, plura conſequi. l. & ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vend. l. à teſtatore. ff. de cond. & demon. l. ratas. C. de reſcin. vendit. §. cogitati in Aucten. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. Namq; cum damno ob villam non redemptam mulctandus reus eſſet. In actorem ipſum detrimenti omnis cauſa verſa, vt pretium non oblatum reſtitueret. Ita & pretium & commoda omnia bonæ fidei illæ occupator haberet. An non iurĩ
4 omni † iuxta humano atq; diuino exagitat, Dolum ſuum quæſtui cuipiã eſſe. l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. l. ſed & ſi hæreditas. §. pen. ff. ad exhiben. l. ab hoſtib. §. ſi vir. ff. ſol. mat. leg. cum ita in princ. ff. de lega. 2. l. nomen. §. filio. ff. de lega. 3. l. 1. §. 1. ff. excep. do. l. itaq; Fullo. ff. de furtis. leg. non fraudatur. §. nemo. ff. de reg. iur. c. ex tenore. Ibique Dec. in quarto nota. c. ſuper literis de reſcrip. c. & ſi neceſſe de dote poſt diuor. reſti. c. ſicut tuis literis de Simonia. c. auaritiæ de elect. lib. 6. c. eum qui de præben. eo. lib. c. legi. 16. q. 1. tradit Bar. in l. Titio. ff. ad municip. Signorol. in conſ. 110. nu. 12.

Neq; ad facti errores hos diluendos aſſerta ratihabitio valet. Quoniam confutata ſatis ſuperq́; in reſponſo memorato apparet, num. 447. verſic. apparet ex his, aduſque num 473. & ſcriptis alijs poſterioribus. Atque pręter iam ſcripta, Bono cui
5 aduerſario eam nõ eſſe, liquidiſſime oſtenditur. Monendi † enim ſumus facti hic id eſt villæ in partem redimẽdæ obligationem verſari. In qua termino exacto & mora commiſſa, in id, quod intereſt, obligatio contrahitur. l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iud. cum alijs apud nos adſcriptis in d. reſponſo, pro genero num. 280. Ita ius in eo, quod intereſt, actori quæſitum tum erat, cum rati facta habitio narratur. Id quidem in primis, quod moræ purgandæ locus amplius non erat, cum propter iuramentum. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Bart. in l. ſi inſulam nu-

mero 20.ff.de verb.oblig.Bald. in l. & ſi poſt tres ante fin. ff. ſi
quis cautio.in 1.lectu. in l. ſi pacto quo pœnam in fin. C. de pa-
ctis. Alexand.in conſil.158.nu.5.lib.2.Dec. in conſil. 452.nu. 13.
& num.19.Corn.in conſil.121.col.pen.lib.1.& in conſ. 40. col.
6 fi.lib.4.Ruſus locum moræ † purgatio poſt interuallum tam
longum non habet. d. l. & ſi poſt tres. Ibique doct. Et fruſtra
moræ purgatio tractatur, Quatenus ne nunc quidem purga-
tio offertur.Iam vbi moræ admitti purgatio ſolet, quod inter-
eſt tamen præſtandum l.ſi cum dies.§.fi.ibiq; gloſſ. ff.de arbitr.
l.ſi ita quis.§.Seia.ff.de verb.oblig.Bart.in conſil.161.proponi-
tur quod ſindicus num.4.Cor.in conſ.208.col.pen.libr.1.& in
conſil.37.in fin.lib.2.Hoc ita admiſſo, vt quod intereſt inferé-
dum à reo eſſet, cum ratus habitus contractus dicitur, conſe-
quens non fit, ratum contractum emptoribus villæ actor ha-
buit,ergo quod intereſſe debitũ à reo ipſo erat,remiſſum cre-
ditur,cum præſumi renunciatio non ſoleat. Primum quod in
facto eſt quod probationem poſcit vti cumulate ſcriptum ſu-
pra habemus. Deinde quia donationem habet.In qua inducé-
7 da iuris etiam † præſumptio ſilet.l. eleganter.§. qui reprobos.
ff.de pigno.actio.leg.cum de indebito.ff.de probat.&alia infi-
nita,& in renunciatione, ex text.probatur in leg.ſicut. §. non
videtur.ff.quibus mod.pig.vel.hypoth.ſol.cap. ſuper hoc,&c.
ſane de renunciatio.Bald.in l.1.in vltimo nota.C. de edict. diui
Adria.tollen.Imo. in conſ.49.in caſu promiſſo in fi.Dec.in l.1.
nu.19.in fi.C.de pactis in conſ.452.num.22.in conſ.460.nu. 6.
Natta in conſ.78.col. fi. vſque adeo porro non præſumitur, vt
expreſſionem expoſtulet, neque ex actu proximo inducatur,
Cardi.in conſ.30.col.pen.poſt med. Dec. in l. ſi quis iniquum.
§.ſi is pro quo nu.12.in fin.ff. quod quiſque iuris in d.l.1. nu.19.
in fi.C.de pactis in conſ.402.nu.3.in conſ.495.nu.19.& in con-
ſil.625.nu.6.& apud nos conſ.257.nu.4. Alex.huc alijque acce-
dunt in l.ſuum circa princ. C. de iure deliber.ex actibus tacitis
renunciationem non colligi. Idq; & Alba. probat in conſi. 25.
nu.17. ſi inter eaſdem perſonas expreſſionem renunciatio exi-
git, quanto magis vt tertio renunciatio proſit.De quo ne qui-
dem cogitatum eſt.

8 Secundo per actum etiam † contrarium iuri ſuo renuncia-
re quiſquam non intelligitur, vbicunque coniectura capi qua
alia poteſt, Ant.de But.in c.accedentibus nu.8.verſ.per prędi-
cta conclude.de priuil.Alex.in conſ.27.nu.2.& ſeq.lib.3.in cõ-
ſil. 33. libr. 5. Idque pro memorabili Deci. refert in l.cuius per
errorem ante fi.ff.de reg.iuris in c. gratum col.3.in 4.limitatio
ne de offi.delega. in conſ.208.nu.11.Iaſ.in l.fi.nu.39.verſi.ſecũ-
do limit.ff.de conſtitu.princ.Natta in conſ.1.nu. 5. in fi. & ſeq.
ſi inter eaſdem perſonas locum id habet, quod inter alias, vbi
actus vllus contrarius non inuenitur. Quid enim repugnat, de
moleſtia in re non inferenda cum vno pactum fieri, iure eius,
quod intereſt,contra alium incolumi,immo enim ita de re nõ
petenda paciſci adduci quis poteſt, quod ſaluum in id, quod
intereſt, aliunde ius videt. dict.leg.ſicut.§.non videtur.ff.quib.
mod.pign.vel hypothe.ſol.

Tertio hoc amplius dicendum, & ſi maxime res eadem de-
bita ab vtriſque fuerat,id eſt,ab emptoribus villæ & ab aduer-
9 ſario. Ad vtilitatem † tamen eius pactio aut ratihabitio trahi
nihilo magis poterit quandoquidem emptorum non intereſt,
aduerſario vtilem ratihabitionem fieri, vtpote qui cauſam ab
eis non habet,neque actionem habiturus cum eis erit,ſi quod
intereſt,præſtare compulſus ſit l.& hæred.§. fin. & ll. quatuor
ſequen. ff. de pactis. Idque in reſponſ. ampliatum pro genero
habemus num.450.etiam ſi ius connexum omnium ſit. Quid
hic probandum, vbi communionis quicquam cauſa rei cum
emptoribus non habet. Actionibus enim diuerſis & ob diuer
ſas cauſas tenentur. Quod intereſt reus, rem ipſam emptores
debent.

Quarto ſi quid ſenſa vera & æquitati conſentanea tenere li-
bet, mirum ſatisfacere nequeo fundamenti quicquam in rati
aſſerta habitione poni, Quam ad rem prorſus non attinere,
ratione inuicta naturalique monſtratur. Rei cuius facilius ex-
10 ponendę cauſa,ſciendum,rationem aut † cauſam facti potiuſ-
quam factum obſeruandum, etiam ſi aliud innuere verba vi-
deantur leg.dotem.ff.ſol.matr.c. peruenit de cenſib.cum alijs
in d.reſp.pro genero congeſtis nu.192. Idque & in teſtibus vi-
demus, In quibus cauſam magis & rationem teſtimoniorum,
quam teſtimonia ipſa ſcrutamur. l.3. ibique doct. C. de teſtib.
Quocirca à ratione inepta teſtimonium totum perimitur Bar.
in l.qui interrogatus. ff.de petit.hæred.Bald.in l.conuenticula
num.4.& num.5.in fin.C.de epiſcop.& cler.Abb.in conſ. 105.
num.1.lib.1. Geminia.in conſil.142.numer.6.poſt med. Soc.in
conſil.42.num.11.lib.1.& alia non pauca. Inde etiam fit, vt ex
cauſa aut ratione ampliatio reſtrictióue ſcripturę fiat. Quoniá
ſi ſpecialis ratio inuenitur, reſtrictionem ad limites eius ſcri-
ptura generalis admittit, vt in d.expreſſum reſponſo eſt num.
416. ibique num. 418. in cauſa aut ratione tacita ampliatum id
legitur, quod idem & corollarium reſpon.docet num.72. & v-
berius num. 98. viceq; contraria quod ſpeciale dictum eſt per
rationem generalem ampliari, corollarium ipſum oſtẽdit nu-
mer.17.& num.70. cauſam plane ratihabitionis tantopere ex-
petendæ indagemus, Mirum, ni alia prorſus ſit, quam quæ in
fundamento ratihabitionis præſupponitur,in qua ius redimé-
di ceſſum,extinctúmue inuenitur. At enim nihil minus,quam
quod ad rem cogitatum hanc ſit. Siquidem à facultate hac re-
dimendi emptores non timebant. Immo enim & modo eos
villam reuẽdituros aduerſarius prædicat. Tametſi aureos 500.
ob redemptionem non offerat, & quidẽ ſi pecuniam promiſ-
ſam iudicio pendente reus obtulerat, quod ad emptores atti-
net,moram reuenditioni facturos fuiſſe non credam,inde bo-
nam aduerſarij agnoſcere fidem licet. cauſa igitur ratihabitio-
nis exigendæ multo alia eſt,quod feudi iure villa empta cenſe-
tur. Quod in necem filij ſine cauſa diſtrahi legitima non po-
tuit,vnde eandem atq; reus moleſtiam formidantes, ad ratiha
bitionis auxilium cogitarunt,ita niſi ad vitium ſeu nullitatem
contractus,quod ad filium ſucceſſorem in feudo attinet, rati-
habitio non ſpectat, ne quaſi filius & ſucceſſor feudum gratis
vendicet, & pretij iacturam emptores faciant, Cæterum ob
pactum aut facultatem redimendi nequidem cogitatum ad ra
tihabitionem eſt. Quatenus nec cogitandi cauſa ſuberat, vtpo
te redimendi tempore finito, & cum pactio redimendi inter-
poſita à patre maiore eſſet, nihil erat, quod à minore filij ætate
11 emptores metuerent. Siquidem ob id minori † reſtitutio in
integrum non permittitur, quod cum patre eius geſtũ maiore
eſt leg.Æmilius ibiq; Bar.ff.de minor.l.2.C.aduer.vend.pigno.
l.pen.C.de reſtit.milit.Fulg.in conſ.vlt.in fi.Curt.Sen.in con-
ſil.58.nu.4.circa fi.verſ.quarto principaliter. Itaque cum limi-
12 tata ratihabendi † cauſa ad feudi ius ſit, Cauſam ipſam egredi
feudi non debet.leg.de quib.in fi.ff.de ll.l.ita autem in prin.ff.
de admin.tutor.l.ſi is ad quem.ff.de acq.hær. Et alia in reſpon.
prædicto accumulata nu.460.Proinde ad cauſam redimẽdi &
eius quod intereſt, redemptione non facta rati trahi habitio-
nem non conuenit.

13 Quinto id inſitum ratihabitio † habet, vt firmum actum ef-
ficiat,non etiam vt ampliet, aut extendat, aut noui quicquam
inducat.l. quædam circa fin. ff. de iure codicil.leg. Aurelius.§.
teſtamento.ff.de libera.leg.c.inter dilectos.§.porro de fide in-
ſtru.Oldr.in conſil.164. viſo priuilegio in fin.Bal.in l.3. in fi.C.
ſi aduer.rem iudic.in l.nominationes in fi. C. de appellatio. in
c.1.in princip.numer.2. per quos fiat inueſt. Et alia à nobis ad-
iecta in conſ.257. num. 4. Quibus Veronenſis aſſuitur in con-
ſil.6. Ruin.in conſil.12.num.16.lib.3.Crot.in rubr.ff.ſolut.ma-
trim.nu.58. Enimuero ampliationem, extenſionem & ius no-
uum ratihabitio induceret, ſi ad cauſam pacti de redimendo
trahitur. Ita vt ius ipſum redimẽdi per ipſam læſum aut extin-
ctum ratihabitionem dicatur, contra quam ex contractu per-
miſſum ipſo eſt. Quem per ipſam ratihabitionem cõfirmatum
pars aſſerit.

Sexto id confirmationi & ratihabitioni inſitum, vt ex qua-
14 litatibus ſuis † omnibus facta intelligatur Oldra.in conſi. 243.
factum tale eſt,rectores num.1.in fin.arg.l. Titius. ff. ad Treb.
d.c.inter dilectos de fide inſtru. c. cum dilecta de confirm.vtil.
vel inutil.c.quia intentionis de priuil. Idque præter Oldra.iu-
uatur,quod qualitatibus actus cõfirmati à confirmatione de-
tractis, nouus,non idem actus diceretur.l.ius ciuile.ff.de iuſti.
& iure.l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.obligat.Itaque cum
niſi ratihabitione actus non nitatur, & facultas redimendi ex
actu confirmato competat, Quo pacto neceſſitatem redi-
mendi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0106-3

mendi ex ratihabitione ſublatam quiſpiam defendat, aſſequi ſatis nequeo.

15 Septimo cum ex contractu ipſo † confirmato facultas hæc redimendi competat, ſublatam eam ne tum quidem intelligi, cum aduerſus contractum ipſum non venire, neq; exceptioné vllam aduerſus eum opponere promiſſum ab actore inueniatur. Ad exceptionem enim id genus promiſſio nō attinet, quę ex contractu ipſo competit. Siquidem aduerſus contractum nō venit, qui facultate in eo permiſſa vtitur, l.1.§.& parui. Ibique Barto.ff. quod vi aut clam. Alex. in conſil.77. viſis dubitationibus num.13. ver. poſtremo non obſtat prouiſio lib.3. Dec. in c. ex parte 2. nu.5. tertio fallit de offic. deleg. in conſ.27. numer.1. in conſ.44. num.1. in fin. in conſ.195. col. 3. ver. & ad hoc facit quod notat Bar. in conſ.234. num.9. & in conſ.251. num.3. circa fi. verſ. non obſtat, quod ſupra dicebatur, conſequens argumentis his fit, 13.14. & 15. vt ſi quidem redimēdi tempus largiatur nec aduerſus emptores, quibus rati facta habitio aſſeritur, rediměndi peremptam facultatem cenſeri. Tantum abeſt, vt ipſo ratihabitionis iure frui reus poſſit, qui in ratihabitione ipſa non interfuit & ad commodum cuius trahi eam non poſſe, ſatis ſuperq; & ſuperius & in dicto declaratum reſponſo apparet. Interpretationem hanc tantæ æquitatis & rationis, quid Senatui perſuaderi laboremus, Quatenus & iudicis vel infimi mentem extimularet.

16 His amplius dicendum, vbi ratihabitionem pars † non allegaret, in dubioq; res diceretur, ratine habeat confirmatio aut rati in dubio habitio admittenda, vnde noui ſequi quicquam non ſolet, Innocen. in capit. dudum de decimis Bal. in l. bonorum. 2. in ſecundo nota. C. qui admitti, Soci. in l. 2. col.1. ff. de vulga. Itaque & verba hic & mens ad ratihabitionem reſtringūtur. Ea propter nihil eſt, quod ad ius aliud nouum eam protendere reus certet, vt redimendi neceſſitas dempta, vel eius, quod intereſt, abolita obligatio ſit. Quatenus & hodie redimendi facultas, ſi quidem tempus patiatur, cōſtaret, cui impedimento vlli eſſe ratihabitionem non poſſe liquidiſſime ſuperiora docent.

Proinde quod redemptio non ſequatur, ex ratihabitione non ſit, verum aut ex temporis exitu, quod excurſum eſt, vel aduerſarij mora, qui ne nunc quidem purgare eam ſtudet, vbi locum purgatio haberet. Qua tamen purgatione admiſſa, damnum omne ſarciendum, quodcunq; ex mora actor pertulit patiturq;, teſtatum ante habemus. Quod ſi integra per ratihabitionem obligatio principalis ad redimendum manet. Quid ita eam in eo, quod intereſt, diſſolutam, redemptione ipſa nō impleta, tanto molimine pars contendit.

Eo hæc ſcripta non ſunt, quod ad fundamētum redemptionis actor adhæreat. Siquidem firmitatem contractus ea præſupponit, verum quo manifeſtariam interlocutionis iniuriā aperiat, per quam pretij etiam aureorum 500. non ſoluti, in gratiam aduerſarij habita eſt ratio, cum ſummam ipſam detrahi, vigore etiam contractus admiſſo, neceſſe ſit. Atque vltra ſortis ſummam eius, quod intereſt, damnorumq; omnium facienda detractio erat, ne ex mora ſua perpetua & in diem hodiernum obdurata quęſtum reus grauiſſimo actoris diſpendio faciat. Re quippe & pretio actor caret. Contra & rem & pretium reus habet. Reique fructibus potitus ad diem hanc eſt. Quam rem quo magis animo circumſpicio, eo magis atq; magis interlocutionis memoratæ admiratio animū capit & ſollicitat, vel plane Crauetta aberrat, rationis omnis & iuris immunis.

Summa in argumento hoc ratihabitionis diluendo hæc erit, ſicut damno ea actori eſſe circa ipſum redimendi ius nō poteſt: Ita actionem in id, quod intereſt, quæſitam per ipſam ratihabitionem non tolli. Ad quam ſententiam argumentum & illud quadrat, quod ratione deduci fortiore ſolet. Difficilius quæſitum quam quærendum ius amitti vulg. le. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. Itaque ſi tempore redimēdi adhuc manente, facultas id faciendi adempta per ratihabitionem non eſt, ſic quomodo monſtratum ante habemus, longe minus tempore redimendi excurſo, actionem, ad id, quod intereſt, ante iam acquiſitam ad interitum ratihabitio deducet.

17 Apparet ex his fructuum nomine † reum teneri, non modo qui ex villa percepti redimenda pro rata ſunt, ſed & qui percipi ob fidem eius malam & moram tandiu obduratam potuerunt, cum bonæ fidei contractus læſus deſertuſq; ſit leg. apud Iulianum. §.1. ff. de legat.1. l. ſi nauis in fin. ff. de rei vendica. leg. domum. C. eod. tit. gloſ. in l. videamus. §. ex cauſa in verſi. communicandi. ff. de vſur. Soci. in conſ.133. nu.11. lib.1. Ruin. in con-
18 ſil.136. nu.13. lib.4. † Mala fides porro & dolus hoc ipſo oſtenditur, quod promiſſam Villę redemptionem executus reus nō eſt. l. ſi cum mihi. ibique Bal. ff. de dolo. l. Iulianus. §. Marcellus ſcribit verſic. dolus autem. ff. ad exhiben. l. dolus manda. l.1. §. eſt autem apud. ff. depoſit. leg. vendicantem. ff. de euict. Bart. in l. tutor qui repertorium in princip. num.7.15. & 20. ff. de adminiſt. tutor. Alexand. in conſil.52. colum.1. & in conſil. 84. ante fin. verſic. præterea dicti locatores lib.6. Dec. in cap. ſin autem num.3. de reſcript. & ſi doli tenetur, qui id omittit, quod fieri ab eo debet, & qui fidem datam non præſtat, longe magis in fide mala dicetur, facilius quippe fidem malam, quam dolum præſumi Caſtren. ſcribit in leg. Celſus in 2. notab. ibique Balbus in tertio notab. ff. de vſucapio. Soc. iun. in conſ.144. num. 48. & ſeq. lib.1.

Quinetiam fide mala remota, quæ ipſa perſpicua eſt, præſtationi eius quod intereſt, ob cauſam quam iuſtam aduerſarius
19 eripi nihilo magis poterit. Quandoquidē iure actionis † quod intereſt, debetur, vtpote promiſſione eius ſub inſtrumēto facta, quo caſu fruſtra à cauſa iuſta excuſatio petitur glo. in l. non ſolum. ff. de rei vend. & in l.4. §. ſi rem. ff. de legat.3. Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra nu.4. C. de iudic. neque ignorantiam cauſari quiſpiam permittitur, vbi iure quid debetur lege tenetur, in princip. Ibiq; gl. ff. de actio. empt. Natta in cōſil.108. num. 9. & quamuis alteratio circa pœnam apud Doct. inueniatur, vtrum ob cauſam iuſtam commiſſio impediri eius ſoleat, de intereſſe tamen diſceptatio non ſit, ad eius remiſſionem cauſam iuſtam non prodeſſe, vbicunq; per actionem aut
20 promiſſionem debetur. Siquidem † ratio par intereſſe atque pœnæ non eſt, idq; ex eo declaratur, quod ſcriptum apud nos eſt in conſil. 192. numer. 17. & in conſil. 240. vbi facilius in id, quod intereſt, quam ad pœnam committi obligationem oſtēdimus, fauorabilius quippe quam pœna nec paulo intereſſe æſtimatur.

Fruſtra tamen de cauſa qua iuſta verba fiunt, cum nulla interueniat. Neque ratihabitionem excuſari, ſeu pro excuſatione iuſta adferri, monſtratum tute habemus. Atq; præter iam ſcripta cauſam vllam iuſtam in ratihabitione non intelligi, in-
21 de etiam demōſtratur, quod poſtea † ratihabitio acceſſit, quā redimendi facultas competeret, ſeu quam tempus tranſactum redimendi eſt. Quo caſu dici non poteſt, ratihabitionis cauſa reum impulſum, quominus redimeret. Ita cauſam iuſtā Alex. refellit in conſ.103. nu. 20. ver. & dato quod comes lib.1. Ibiq; adijcit, neceſſe eſſe, vt cognita alleganti aut excuſanti cauſa illa eſſet. Qua ſententia Curt. Sen. vtitur in conſil.55. ſuper proceſſu num.12. Dec. in conſ.452. num.11. verſic. non obſtat, quod ſaltem videtur, at enim quomodo cognita eſſe ratihabitio, aut per eam omitti redemptio intra tempus potuit, ſi nondum facta ratihabitio erat.

Diſpiciat modo iudicantis religio ſi contractus aut alienationis feudi robore etiam admiſſo, ſummæ illius aureorum 500. rationē in gratiam haberi rei oportuit. Quem in id, quod intereſt, condemnari ob aureos ipſos 500. in redemptionem villæ non erogatos, ius omne præcipiebat, & cum debitum intereſſe tam per legem, quàm ex promiſſione ſit, dubitandum non eſt quin ad ratam fructuum id metiri non debeamus, qui ex villa redimenda percepti ex ea & qui percipi potuerunt. Si-
22 quidem † appellationi intereſſe & fructus cedunt Angel. & Floria. in leg. loci corpus. §. in confeſſoria per illum text. ff. ſi ſerui. vend. Dec. in rubr. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt ante fin.

Itaq; aureorū 500. & eius quod intereſt, detractione facta, mirumni pretij ſors bona exhauſta ex parte ſit, tātum abeſt, vt aureos centum ſupra mille depoſitos ob dimidiatum pretium reo offerre iuberi actor potuerit. Quam hic velim reſponſione vel tantula argumenta hæc refelli. Manus enim tum dabimus atq; inſcitiam noſtram æquanimiter agnoſcemus.

Sed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0107-9

Sed dicturus aliquis erit, ad ſenſum memoratum circa redi-
mendi cauſam ratihabitione aduerſarium vti, id eſt, vt contra-
ctus ipſe comprobatus de feudo æſtimetur. Reſpõdetur, ſen-
ſu hoc nihil ineptius aut abſurdius inueniri, vt feudi diuerſi
venditione pluribus facta, ſi quod alienatum vni eſt, ſucceſſor
23 † agnoſcit & ad alterũ rẽmue aliam agnitio approbatióue tra-
hatur. le. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. cum alijs in dict. re-
ſpon. pro genero compoſitis nu. 417. & nu. 453. & plurib. ſequ.
& qua ratione ad incommodum alterius pactum non produ-
citur cum alio interpoſitum. l. 3. ff. de tranſact. cap. per tuas de
arbitr. & alia in dicto reſpon. comparata nu. 91. & ſequent. nu.
266. & nu. 469. & dicto numero 92. ampliatũ id legitur, vt nec
patris factum perniciale filio ſit, ampliationem & aliam text.
docet in leg. neque infantes. ff. de fideicomm. liber. ibique ini-
quum eſt, facto tutoris, qui forte ſoluendo non ſit, pupillum
damno affici. de quo text. Iaſ. meminit in l. 4. in prin. n. 18. ff. de
re iudic. ſicut inquam, oneroſum alij factum alterius non eſt,
ita nec vtile eſſe conuenit. leg. ſi ex duobus. ff. de negot. geſt.
l. 2. §. penul. ff. de iureiurand. l. 1. in princ. ff. ſi mulier ven. nomi.
& alia in d. reſponſ. collecta, nu. 453. vbi ampliatum id inueni-
tur, & id quidem iniquitati ſummæ dandum, ratihabitionem
vnius gratia factam ad perſonam, rẽmue aliam contra quã ver
ba & animi contrahentium ferant, extendi. leg. ſi quis nec
cauſam leg. non omnis in princip. ff. ſi certum petat. l. ſi quis
ita. §. penultim. ff. de teſta. tutela. capitul. ſecundo de ordin.
cognit. & alia infinita. Atque in ſpecie feudi & nominatim,
pactum cum vno interpoſitum ad alium non produci, ex
tex. oſtenditur in cap. 1. § fin. ſi de feudo fuerit contentio inter
domi. & agna. Qui text. ratione validiore ad ſpeciem contro-
uerſam quadrat. Quoniam de feudo aut re eadem feudali pa-
ctum conuentum cum vno fuerat, quod ad alium ſeu commo-
dum alterius non porrigi, text. ille ait. Quid hic probandum,
vbi ratio duplex extenſionem impedit, quod inter alias perſo-
nas & de re diuerſa pactio aut ratihabitio interceſſit. Ita impe-
24 dimentũ duplex † extenſioni obſtat, quod impedimento ſim-
plici fortius haud dubie eſt. leg. vim paſſam. §. præſcriptione.
ff. de adul. l. 1. C. de raptu virgin. §. affinitatis Inſtit. de nupt. ca.
ex tuarum de autori. & vſu pallij. gloſ. in cap. licet in gl. fi. de iu-
reiuran. lib. 6. & alia in d. reſponſ. adſcripta num. 315. verſic. & ſi
præſumptio & nu. 335.

Sed his perſcriptis, accepi, nouo telo & per acta non mon-
ſtrato aduerſarium ſe tueri. Hoc eſt bonis paganicis, quorum
diſponendi arbitrium venditori erat, accepto aureos 500.
ferendos. Ea de re ſi venditoris iuſſu alijs eos dedit, tutũ ſe eſſe.
At enim aciei virtutiſue quicquam in telo hoc nõ ineſſe, per-
ſpicue oſtenditur. Et primo quidem, cum vitio contractus a-
ctor nitatur, pactum ipſum de redimendo quieſcit, neque ad
rem prorſus attinet. Neq; .n. in iudicio hoc nullitatis, vt bona
redimãtur, aut quod intereſt, præſtetur, actor poſtulat, verum
vt ob vitiũ cõtractus feudum dimittat, fructuſq; fide mala ab-
latos reſtituat, villæ plane alterius redimendæ aut quod inter-
eſt præſtandi obligatio niſi contractu firmo ratoque non con-
tingit. Contrariuſq; ipſi ſibi non obſcure actor deprehendere
tur, ſi cũ nullum cõtractum defendit, ex eo niteretur, & ex pa-
cto de redimendo in eo adſcripto actionem inferret. Immo .n.
contractum ipſum totum, ex eo quid petẽdo, approbaret. leg.
ſi pars. §. illud. leg. nihil intereſt. in fi. prin. l. Papinianus. §. ſi cõ-
ditioni. leg. pen. §. fi. & l. fi. ff. de inoffic. teſtam. leg. ſi eum ſeruũ.
ff. ſi cert. petat. l. 3. cum ibi not. C. de rei vend. gl. & doct. in leg.
alia. C. de his quibus vt indig. Bar. in leg. poſt legatum in prin-
cip. ff. eod. titul. Imola in leg. filio præterito num. 9. ff. de iniu.
teſtam. Alex. conſ. 56. nu. 3. in fi. lib. 7.

Secundo vitioſus contractus eſto non diceretur, locum de-
fenſioni huic rei non eſſe, dilucide etiam, neceſſariaq; & coa-
cta ratione declaratur. Monendi enim ſumus, filij agnatorum-
que conſenſum in feudo alienando, feudi ipſius ſolummodo,
non etiam bonorum paganicorum cauſa accommodatum. In
quibus otioſus prorſus apparet, vnde cum ea lege cõſenſus in-
terponitur, vt in villam alteram feudalem anteque diſtractam
ex parte redimendã aurei quingenti inſumantur, de conſenſu
ipſo aurei ipſi excipiũtur, quos agnatorũ ipſorum cõmodo ſal
uos manere cõſentientes ſtudent. Ita vt loco feudi diſtrahen-
di villa redempta, pro rata ſuccederet, & pro eo res eſt, atq; ſi
de bonis feudalibus venundandis aliqua in conſenſu excipe-
rentur, ſubrogationis natura perſpecta. leg. ſi eum. §. qui iniu-
riarum. ff. ſi quis cautio. Quod cum ita ſit, ſummam illam au-
reorum 500. quę de conſenſu excipitur, bonis ipſis feudalibus
acceptam ferri totam oportet. Ita vt ad regulam conſenſus ex-
ceptio pertineat, & ſub verbis conſenſus includatur. Quod ſi
ad bona etiam paganica exceptionem illam referimus, inepta
& ridicula prorſus inuenitur. Siquidem excluſa à conſenſu
ipſo ſine exceptione aut reſeruatione alia, bona ipſa paganica
erant. In quibus momenti & neceſſitatis vllius conſenſus non
eſſet, non minus atq; ſi de propoſitione illa omnis homo cur-
rit, aſinum quis excipiat. Qui ſatis per ſe exceptus ex termino
homo erat, & iſtud eſt, quod vere dicimus, per exceptionem
regulam declarari, in qua ſpecie loquatur, intelligiúe debeat.
Hoc eſt in caſu, quo exceptio fit, regulam accipiendam, vtpo-
te ſub qua caſus comprehendi exceptus ſolet, ſi facta exceptio
non ſit. leg. nam quod liquide. §. fi. ff. de penu. lega. leg. fi. §. cui
dulcia. ff. de triti. vino, oleoque lega. l. quæſitum. §. denique. ff.
de fundo inſtru. l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebel. Gloſſ. in c. 1.
in gloſ. 3. de appella. lib. 6. in rubric. de regul. iuris poſt princip.
eod. lib. Bart. in leg. in his. ff. de ll. in l. 1. Ibique Dec. numer. 26.
ff. de reg. iur. Scite Bald. in leg. actione numero 4. C. de tranſa-
ctio. & alia infinita. Proinde toto cœlo, totaque terra ab his
offenditur, Qui ſummam hanc aureorum 500. ab agnatis ex-
ceptam, bonis acceptam allodialibus ferendam vel ex tantulo
putant.

Tertio ſi bonis ruſticanis aureos 500. vel ex minimo com-
putamus, in verba & mentem contrahentium non obſcure
offendimus, fraudemque agnati ipſi ſentirent. Quid ſaluum
feudi alienandi ius in feudo alio redimendo ſumma illa aureo-
rum 500. tenus per ſubrogationem eſſe cõſtituerunt, at enim
ſaluum ius ad eam ſummam non fieret, ſi ad bona eam pagani-
ca pro rata trahimus. Itaque ſi mentis tuendæ cauſa verba læ-
dere ipſa conceditur. l. benignius. ff. de legibus l. non dubium.
C. eod. titul. cum alijs in reſpon. ipſo pro Genero collectis nu-
mero 110. Quid hic probandum, vbi & verba & mens inter-
pretationem hanc adſciſcunt, aliamque non ferunt. Quare
ſubtilitatis pernicioſæ notam interpretamentum hoc nõ im-
merito patitur, de qua in l. ſi ſeruum. §. fi. ff. de verbor. oblig. l.
antepenult. ff. de nego. geſt. l. Si lego tibi pecuniã. ff. ſi certum
petat. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus modis pigno. vel hypo. ſol.
l. fi. C. de ll. l. 1. C. vt actio ab hæred. & contra hæred. l. penul. C.
ad Trebel. cap. dilecti de iudic. cap. 1. de dolo & contum. & alia
non pauca.

Satis hæc ad facti quæſtionem erunt, ad iuris modo tractatũ
aggrediendum, in quo iniuria etiam Generum affectum mul-
tifariam oſtendamus, & primum omnium contradictionem
non obſcuram interlocutoria habet. Namque cum prouiſio-
nis vice pecunia depoſita aduerſario ſolida ob villam dimidia-
tam adiudicatur, contractus firmitas neceſſario præſumitur,
25 vtpote † quo vitioſo, nulla pretij reſtitutione, feudum ſucceſ-
ſor euincit, ſi quomodo reſponſo ipſo pro genero declaratur
nu. 21. 204. 291. in quo nu. 21. ad filij vaſalli commodum ius hoc
in primis ſpectare, teſtatum eſt.

Neque text. mouet in capit. 1. an agna. vel fil. ſine hæredita-
te patris feudum non admitti, atque ideo contra factum auta-
lienationem patris filium hæredem non venire. Quoniam ad
feudum hæreditarium text. illum reſtringẽdum vulgatior do-
cto. ſententia probat. Neque ad feudum pertinet, quod ad fi-
lium quaſi filium ſpectat, & quod in eius alienare perniciem
non licet, vt Baldus ibi alijque ſcribunt numer. 8. Idem Bald.
in cap. 1. in princ. numer. 5. de ſucceſ. feudi. expreſſis in d. c. 1. §.
hoc quoque num. 4. & num. 14. Cum opin. hac neceſſario do-
cto. omnes faciunt, quibus viſum eſt, à filio citra pretij reſtitu-
tionem, feudum alienatum reuocari, de quibus memoria ha-
bita in d. reſpõ. eſt nu. 21. verſ. & quod dicitur. Reuocãdi quip-
pe facultatem filius non haberet, ſi patris adire hæreditatem
cogitur. l. ex qua perſona. ff. de regul. iur. l. cum à matre. C. de
rei vendica. Ad feudum hæreditarium text. reſtringendum in
d. cap. 1. an agna. vel fil. Bart. etiam ſentit. in l. 3. num. 2. verſic. ſi
vero propter delictum. ff. de interdict. & releg. vbi noxium
filio

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0108-5

filio in feudo non hæreditario patris factum non putat. At e-
nim noxium haud dubie eſſet, ſi niſi vti hæres feudum non cō-
ſequitur, atque ideo inepta Bart. differentia inter feudum hæ-
reditarium & ex pacto & prouidentia eſſet, & in ſpecie ad re-
ſtrictionem dict. cap. 1. an agna. vel fil. ita Bartolum Riminal.
obſeruat in conſ. 303. num. 14. & nu. 17. lib. 2. in eadem ſenten-
tia Caſtren. eſt. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui num. 4. ff. de
leg. 1. in l. 1. nume. 5. C. de bonis liber. in conſ. 311. circa id, quod
primo quæritur col. 2. in fin. in conſ. 461. viſis & diligenter exa-
minatis priuilegijs col. 4. ante med. verſic. item hoc caſu fortè
lib. 1. in conſ. 207. dico dictum Bartholomæum circa med. &
in conſ. 217. præmittendum eſt, quod cum dicta venditio col.
2. poſt med. verſic. ſed ad primum reſpondetur lib. 2. Sali. in l. 2.
num. 5. in fi. C. de lib. & eorum li. Imola in ca. 2. col. 7. poſt med.
verſicu. nec obſtat etiam prædictis de feudis Alexan. in conſil.
19. num. 5. lib. 5. Corne. in conſ. 309. col. penult. ante med. ver-
ſicul. & hoc in emphyteuſi lib. 1. Afflictus deciſione 112. num. 3.
Petrus Gerardi. ſingul. 89. Dec. in conſ. 445. num. 51. Curti. po-
ſterior in conſ. 78. nume. 4. Rubeus Alexandri. in con. 85. nu. 6.
Soc. Iun. in conſ. 77. num. 135. & duobus ſequen. lib. 1. Natta in
conſ. 129. nu. 2. in conſ. 130. nu. 9. in conſ. 159. nu. 1. Ab opin. hac
doct. etiam ſtant. qui Bartol. differentiam amplectuntur in l. 3.
ff. de interdict. & relega. quos prælongum commemorare fue-
rit. Et de quibus mentio à nobis facta in ſpecie quadam, gra-
uiſſima eſt. Ex quibus receptam ſententiam hanc eſſe non du-
bitatur.

Conſequenter his dicendum eo ipſo alienationem feudi v-
tilem & firmam ex interlocutoria habitā, quod pretium em-
ptori reſtituere filius actor iubetur. At enim contrarietatem
in ea parte ſententia ipſa habet. In qua vitij ſeu nullitatis ius in
diffinitiua filio reſeruatur. Per quam reſeruationem alienatio-
nis vitium in conditione ponitur. Ita incertum iudicantibus
de firmitate contractus ita reſeruando erat. Si de vigore con-
tractus liquere niſi in exitu ipſo iudicij non poterat. Quomo-
do in re incerta certum conſtitui iudicium potuit, vt pretium
depoſitum emptor ita haberet, perinde quaſi in manifeſto cō-
tractus robur eſſet. Ita incerta contractus vis reſeruando, &
certa pretium emptori adiudicando apparet. Quæ res vitio e-
26 ripi repugnantiæ non poteſt. Atque ideo irritam † ſentētiam
efficit. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris. Et in ſententia, vitio-
ſam eam contrarietate fieri, Oldra. tradit, in conſi. 234. factum
tale eſt quidam miles numer. 2. in fi. verſic. ne ergo datio. Ale-
xand. in conſ. 124. in fi. lib. 2. Idque obtinet, quamuis exceptio-
nem omnem nullitatis lex aut ſtatutum reijciat. Ea quippe re-
mota non creditur, quæ à contrarietate deſcendit Ang. in l. ta-
le pactum. §. qui prouocauit nu. 16. ff. de pactis. Peruſi. in ca. di-
lecto. q. 52. de appella. Dec. in cap. ex part. 2. nu. 6. in fi. in nona
fallentia, de offic. delega. in c. paſtoralis num. 13. verſic. quando
autem reus. de exceptio. in conſ. 8. col. fin. & in locis alibi non
paucis.

27 Secundo ſi de firmitate vel infirmitate contractus ita reſer-
uando, non liquebat, Quomodo in re tam † incerta certū iu-
dicium dari in pretio reſtituendo potuit c. graue. 11. q. 3. Abſo-
lutum item in re dubia iudicium tex. damnat in c. fi. 33. diſt.

Neque dixeris, pronunciatione de vitio aut nullitate cōtra-
ctus facta, grauamini huic allatam medicinam iri. Quoniam
abſolutum & ſimplex pretij reſtituēdo præceptum fuit, ob id
28 ab eo vti à facto † contrario reſeruatio illa nullitatis euertitur.
l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. l. ſi quis in principio
teſtamenti. ff. de lega. 3. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit.
cap. cum M. de conſtit. c. ſollicitudinem de appella. Quicquid
enim proteſtatio cantet, factum male ruſpat Bal. in conſ. 9. fa-
ctum tale eſt anno domini num. 1. in fi. lib. 1. Quod repetitum
eſt in conſ. 188. lib. 3. Ruſus mentem ipſam ſententiæ intueri,
quæ ex præcepto pretij offerendi percipitur, non verba reſer-
uationis oportet. l. ſcire leges. ff. de legib. l. ſcire oportet. §. ſuf-
ficit. ff. de excu. tutor. c. intelligentia de verb. ſign. Quo argu-
mentandi genere in proteſtatione, cui factum repugnat, An-
cha. vtitur in conſ. 33. per ſtatutum in princip.

Secundo in pecunia ipſa deponenda, non aliter expeditio-
ni eius actor conſenſit, niſi præſtita cauſa ſit, Reſtitutum eam
iri vbicunque contractus vitio patefacto, ita declaratum per
iudicem fuerit, vnde cum in cōditione vitium contractus po-
29 ſitum per ſententiam ſit, conditione ipſa † pendente, cautio-
nem de reſtituendo præſtare compellendus reus erat. leg. in o-
mnibus. ff. de iudic. Bar. in leg. quod ſi in diem in prin. ff. de pe-
tit. hæredit. itaq; cum ſimplex & abſolutum pretij depoſiti re-
laxandi præceptum fuerit ſine iniuria id fieri actoris nō potuit
30 id quidem in primis, quod bona † alia præter controuerſa ad-
uerſario eſſe actor negauit. Quo caſu paupertatis probatio im
pletur, niſi ſi & bona alia à ſe poſſideri pars doceat leg. ſi is qui.
Ibique Bald. & Imola. ff. de teſtam. vbi qui pluſquam dictū ſit,
ordinaturum teſtatorem fuiſſe aſſerit, probare neceſſe id ha-
beat, eadem ratione qui bona plura quā dictum ab actore ſit,
poſſidere ſe ait, docere id debebit. Atq; ita in bonis plurib. ex
tex. oſtenditur in leg. fi. §. licentia, ibiq; Bar. & alij. C. de iur. de-
liber. gl. vulgata & recepta in leg. cum de leg. ff. de proba. Bart.
in l. ſi conſtante in princip. num. 11. Ibique Iaſ. num. 104. ff. ſol.
mat. Idem Bart. in leg. conficiuntur. §. codicilli. numer. 4. ff. de
iure codicil. in rubr. ff. de oper. ff. de oper. nou. nunciatio. Ibiq;
Alex. receptum id ait, tradit idem Bartol. in leg. decem nu. 3. ff.
de verbor. obligat. Bald. in conſil. 60. generalitas num. 3. in fin.
lib. 4. Fulgoſ. in conſilio 19. colum. 1. in fin. & in conſil. 180. viſo
proceſſu colum. 3. in fin. Geminia. in conſilio 62. numer. 5. Ro-
man. in conſilio 222. dubitatur in fin. & in conſilio 276. viſis in
fin. Caſtren. in conſilio 177. viſo ſupraſcripto puncto, primo
veniam colum. 1. in conſil. 212. ſupradicta omnia quæſita. 2. du-
bio lib. 1. & in conſil. 8. in cauſa quæ vertitur coram D. Vicario
colum. 2. verſic. quarto rēnunciauit lib. 2. Alexand. in conſilio
41. in fin. lib. 3. in conſilio 71. colum. fin. lib. 4. & in conſil. 16. co-
lum. fin. lib. 5. Guido Papæ. q. 142. Curt. Sen. in conſilio 27. nu-
mero 17. Iaſ. in leg. cum ex cauſa. ff. de re iudica. in conſ. 34. col.
3. in fi. lib. 1. Rimin. in conſ. 209. num. 24. in conſ. 221. in fi. lib. 2.
Ruin. in conſ. 30. nu. 7. in conſil. 50. col. 7. circa med. in conſil.
139. num. 5. in conſ. 157. num. 17. in conſil. 187. nu. 4. & ſeq. lib. 1.
in conſil. 116. num. 8. lib. 2. in conſil. 91. nu. 3. lib. 5. Curt. iun. in
conſil. 150. num. 10. Gozad. in conſil. 94. nu. 32. Soc. iun. in con-
ſil. 77. num. 153. verſic. & poſito etiam libr. 1. Grauamina vnum
atque alterum in iure, ex his aperiuntur. Primum, quod in cō-
trarietate ponitur, vnde verbum potius de pretio faciendum
reſtituendo non erat. Alterum, quod cautionis onus iniungē-
dum reo fuerat, reſtitutum pretium iri, quotiens ita conſtitu-
tum per ſententiā aliam eſſet, vitio cōtractus denudato, quod
patens alioquin emicat. Grauamen tertium ſponte ſua ab his
ſequitur, quæ dicta mox de paupertate præſumpta ſunt. Hoc
enim præſuppoſito, vt bona qua cōtrouerſa habere reus non
31 præſumatur conſequens fit, ſequeſtrationi † fructuum petitæ
locum fuiſſe per text. in ca. fina. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. quē
ad inſtantiam etiam primam pertinere, cum ſoluendo reus nō
eſt, Abb. ibi probat numero ſeptimo & nono cum alijs in re-
ſponſ. prædicto collatis numero vltimo, quo magis admirer,
admirationem pleriſq; ſequeſtrationis petitionem cōciliaſſe,
ſed faciunt locorum interualla & anni, ne mentem meam ex-
ploratam habent, qui me non audito ſcriptis meis obſtrepūt,
enimuero ſi dubitandi rationibus impartirer, vel eas diſſolue-
rem, vel errore meo cōperto, cura, turbatioq; omnis quieſce-
ret. Grauamen quartum ſuccedit. Namque cum incertum de
vi contractus iudicanti eſſet, irritus an non æſtimetur. A fir-
mitate initium faciendum eius non erat, verum præuerti id o-
32 portuit, in quo præiudicium inerat. A cauſa † enim inchoan-
dum præiudiciali eſſe non dubitatur. l. 2. C. de ord. iud. c. tuam
de ord. cogn. c. exhibita de iud. cap. lator qui filij ſint legit. Bar-
tol. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. Cardin. in conſil. 120. in princ.
Geminia. in conſ. 102. col. fi. Cor. in conſ. 332. circa fi. lib. 1. Cau-
ſam plane vitij aut nullitatis contractus præiudicialem eſſe
quis dubitet, vtpote quo vitio admiſſo, locum pretij reſtitutio
non habet. Infructuoſa capitulorum rei probatio appareret.
Quatenus ex probationibus, quæ poſtea fiunt vitium purgari
33 † contractus non ſolet, neq; ab eis firmitatem decretum reci-
pit. Quod irritum prorſus non obſcure inuenitur, vt in d. mō-
ſtratum reſp. habemus num. 156. & nu. id ſequenti ampliatum.
Bal. huc accedit in conſ. 57. ad hoc in fi. lib. 4. decretum proba-
tionum defectu nullum à probationibus ſecutis non conua-
leſcere. Rurſus cū formæ vice probatio neceſſaria qualitatum

ſit, quas in feudo alienando decreta domini expoſtulant, ne-
ceſſitas videlicet alienandi & numeratio pecuniæ aut traditio
rei debitæ, propter quam alienatio fit. Neq; qualitatum pro-
batio ipſarum interuenerit,iuſtum decretum, iuſtáue aliena-
tio fieri ex probationib. nequit, quæ poſtea ſequũtur. Id quia
vitium ſemper contractus durat, qui ordine aut forma illa o-
miſſa factus eſt,vt Caſt. docet in conſ. 112. ſuper primo videtur
dicendum dictam ſententiam in 2.dubio,lib.2.

Hoc amplius dicendum,etiam ſi ſententiæ diffinitiuæ quæ-
ſtio contingeret,quæ iuris ſolennitate non deficeret, & quam
ex probationibus reformare nouis licet,iuxta illud non dedu-
ctum deducam & c.l. per hãc. C.de temp.appel. Reformatio-
ni locus nihilo magis foret. Id quia qualitatis probatio ne qui-
dem oblata legitur, quæ ad numerationem ſpectat, verbum
quippe de numeratione pecuniarum factum in capitulis rei
non eſt, propter quas alienatum feudum legitur. Cum inſtru-
mentis ipſis debitorum niſi per confeſſionem venditoris feu-
di debita non conſtent.

Rurſus inter cauſas feudi alienandi debitum aureorũ 400.
narratur, quos ex mutuo & pannis ſericis ſibi debitos emptor
aſſeruit. At enim neque mutui numeratio,neque pannorum
traditio, neque neceſſitas vlla circa eam pecuniam in capitu-
lis narratur. Eam ob rem etiam ſi in cauſis alijs alienandi & ne-
ceſſitatis & numerationis probatio interueniret, inutile id ad
rem eſſet,quatenus in ſumma non exigua aureorum 400. non
modo probatione, ſed & allegatione ipſarum qualitatum ca-
pitula deficiunt, quorum admiſſio facta ad probandum eſt, &
cum vitium vel tantulum ſatis ad decretum cunctum &aliena-
tionem totam perimendam eſſe, in eodem monſtratum re-
ſponſo habemus,nu.252.

Conſequenter his dicendum, nec ſententiæ definitiuæ lo-
cum ex probationibus nouis eſſe. Quatenus ad omnia ſeu qua
litates omnes propter quas alienare feudũ licet, probationes
nouæ ne quidem apparãtur. Id eſt, in numeratione aliqua, ne-
que in neceſſitate, quod ad ſummam aureorum 400. attinet.
Inde mirari non ſatis poſſum,qua ratione impelli quiſquã po-
tuerit,vt id genus capitula non reijceret,quæ impertinentiſſi-
34 ma † euidentiſſime apparent. Quo caſu excuſationis quicquã
peti à clauſula ſaluo iure impertinentium &c.& à conſtitutio-
nib.recentib.nequit. Quæ ad eum caſum non pertinent, quo
in manifeſto capitulorũ ineptitudo cõſtat. Authores Io. And.
Ancha.& Domini.in c.2.de confeſ.lib.6.Iaſ.in l.ſi duo.§.idem
Iulianus nu.33.& ſeq.ff. de iureiur. Pariſ.in conſil.97.nu.133. &
nu.136.lib.1.Natta in conſ.20.nu.5. Sed plena & ampla capitu-
la fac, quæ pecuniarũ omnium numerationem neceſſitatéſue
& panni ſerici traditionem complecterentur,impertinentiſſi-
ma nihilominus capitula ipſa arguuntur. Id quia vti dictũ nec
ſemel eſt,interlocutoriæ vicem decretum ſuſtinet,quod iuſtũ
35 ex nouis fieri probationibus nequit. Neq; dixeris, † locum id
tum denique habere, ſi & ex facto nouo, & ex probatione no-
ua decreti iuſtitiam confirmare quis ſtudet. Cauſam aliam vi-
deri, ſi factum iam propoſitum noua demum probatione pla-
num quis faciat. Quoniam textib.id & doct.teſtimonijs exagi-
tat. quib. expreſſum eſt, initio ipſo cauſarum cognitionem &
probationem adhibendam, cum decretum interponitur. Ita
vt ſatis non ſit,cauſas ipſas enarrari,propter quas alienatio fit,
niſi ſi & probatio earum initio etiam præſtetur, vt in d.teſtatũ
reſpon.habemus,nu.146.& plurib.ſeq.& nu.158.

Secundo ad arg.reſpondetur. Decretum hoc, quod in alie-
nationibus interponitur, interlocutoriæ doct. comparatur.
Quam ex nouis probationibus iuſtam fieri lex non patitur, vt
in locis memoratis habetur, interlocutoria plane nec ex pro-
bationibus eorũ iuſta fit, quæ deducta aut propoſita ante ſunt,
præterquam ſi probatio eorum oblata & non admiſſa per iu-
dicẽ ſit. Reiectione plane probationis amota, nec ex facti an-
te deducti probatione iuſtificare interlocutoriã licet, vt Imol.
docet in Clemen.appellanti ante fin.de appel. Gozad.in conſ.
22.nu.15.Natta in conſ.153.nu.7.verſ.allegat etiam, vbi ne qui-
dem per inſtrumẽtum probationem nouã facti antiqui agno-
ſcit. Idẽ Rota ſentit deciſ.13.in nouis in 1.addit.vbi niſi de pro-
batione non loquitur, non probatum probare ad interlocuto
riam iuſtificandam non licere.

Tertio reſpondetur probationi locum nouæ fac, reo id ad-
36 miniculari nihilo magis poterit, qui niſi in † genere & in ſum-
ma cauſas neceſſitatum in capitulis non retulit, hoc eſt aureo-
rum circiter quinq; millia in lites inſumpta, quam expreſſio-
nem admittendam in genere non eſſe, commode ſatis in dicto
explicatum reſponſo inuenitur nu. 196. vberius & ſignifican-
tius nu.386. ver. hoc ita admiſſo, vt niſi ex cauſa &c.& in notu-
la apud indicem in verbo cauſam in ſpecie. In quo loci eo ad-
ditum corollarium illud eſt, quod reſponſo id adijcere iam ex-
cuſo non liceret. Idq; factitatum & in partibus alijs indicis li-
quet. Atque vltra apud reſponſum & indicem ſcripta, ſatis id
genus expreſſionem ſimplicem aut generalem cauſarum non
eſſe, propter quas alienatio permitti alias prohibita ſolet, ex
tex.declaratur in l.1.ibiq; Bar.in no.ſemel atq; iterũ. C.de prę-
dijs curial.lib.10.vbi duo coniunctim exquirit narrationẽ cau-
ſarum in ſpecie & nominatim, & probationem. Idem per illũ
tex. Bal.ſcribit in conſ.221.primo quæritur nu.1.lib.2. ad quam
rem præceptionẽ generalem Bal.idem tradit in l. ſed & ſi quis.
§.quęſitum col.2.in prin.in 1.fallentia.ff.ſi quis cautio.vbi ſpe-
cialem in his expreſſionem poſcit, quæ à iure communi exor-
bitant, vbi alienandi permiſſio exorbitat, ſed & ſpecies pro-
batoria contingit, in qua momenti vllius probatio haberi ge-
neralis non ſolet vtpote incerta & obſcura, vt in dict. monſtra-
tum reſpon. habemus nu.349.verſ.atq; expreſſim magis & nu.
ſeq.nu.351.nu.386.col.11.verſi.inde ab re & nu.428. & in conſ.
37 262.nu.3.& in † exceptione rei, in ſpecie eam proponendam,
ita vt clara & certa appareat, neq; ſatis ſit, in genere eam oppo
ni, ex tex.declaratur in l. Titiæ textores. Ibique no.ff.de lega.1.
in l.1.§.Labeo.ff.de flum.Bar.in l.1.num.7.ff.de accept.Alex.in
conſ.29.nu.28.lib.7.Soc.in cõſ.109.nu.5.lib.3.Dec.in l. agi nu.
7.C.de tranſact. Natta in conſ.120.nu.11. verſi. nec facit quod
aliquando in conſ.153.nu.6.& nu.13. Bal. his adſuitur in l. præ-
ſcriptione q.5.C.ſi contra ius vel vtil.pub.exceptionem in ge-
nere reſpuendam, quæ ad illud ſe habere & aliud poteſt ex di-
cto memorabili Inno. in c. ſuper eo.de appel. ſed enim aureos
quinquies mille & in vſus alios réſue alias vertiſſe vẽditor feu-
di potuit, vox hęc honeſtius ſuppreſſa, quam expreſſa tam tur-
piſſime breuiq; iudicio fuit.

Sed vltra in reſponſo, notula eius & ante hic ſcripta. Scite
38 magis hoc genus † reijcienda capitula fuiſſe, ex Bar. confirma-
tur in conſilio 150.cum prædicta examinarem in fi. in libro ra-
tionum tutoris vel curatoris ſingulatim omnia referenda, ne-
que ſatis eſſe in ſumma quid poni, verbi gratia pecuniam tan-
tam ex redditibus pupilli, vel adulti redactã tantam in alimen-
ta expoſitam, verum in ſpecie & ſingulatim tãtum à tali colo-
no acceptum tantum à tali, tantum in re erogatum, tantum in
tali. aliter quippe veritas aut falſitas doceri libri non poterit, ſi
in genere aut ſumma deſcribi res poſſit. Idem in cõſ. quodam
non impreſſo Anch. admittit de quo & Barth. Soc. meminit in
conſ.46.nu.6.& conſ.73.nu.eod.lib.1.in conſ.159.nu.4. libr.2.
Dec.in conſ.274.nu.6.in fin. Quocirca expreſſio neceſſaria in
ſpecie & nominatim erat, Pecunia tanta in aduocatos, tanta
in procuratores tales & tales, videlicet tanta ob allegationes
tales, ob ſchedulas ob diſceptationem cauſæ, tanta in notarios
actorum, in ſportulas & deinceps alia. Quod ſi in genere atq;
in ſumma exceptiones id genus agnoſcimus, an non defendẽ-
di & contra probandi facultatem ſubtrahimus. Quam ratio-
nem Bart. Anch.& Soc. in locis memoratis obſeruant, eáque
ante & ipſi vſi in reſponſo ipſo ſumus, quam obuij mihi Bart.
cum Ancha.& Soc. fierent.

Quarto indigentem actoris patrem non modo ſummæ in
capitulis expreſſæ, ſed & maioris fac. Opem tamẽ à neceſſitate
tanta fruſtra reus petit, idq; ratione inuicta oſtenditur. Rei cu
ius enarrandæ cauſà ſciendum, non niſi præſumptione iuris,
partis exceptionẽ niti, vt qua ratione impenſam tantam lis ali-
mentaq; poſcebãt. Ita in neceſſitates ipſas ſubleuandas ad vil-
lam cõtrouerſam vendendam neceſſe fuerit accedere, inde ob
cauſas ipſas initio neceſſarias feudi factam diſtractionẽ intel-
ligi, namq; cum expreſſum non ſit, quas ob cauſas æs illud cõ-
flatum alienum ſit, de quo inſtru. producta loquuntur, in caſu
39 non † expreſſo nõ poteſt præſumptionib. non agi, quæ niſi ad
tacita non pertinent, & circumſtantijs quæ colliguntur.c. ex
ſtudijs

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0110-5

ſtudijs & quaſi per totum de præſumpt. inde vt circumſtantiæ
ipſæ impellũt, ita iudicis animus ducitur, variatur, fortior, de-
biliórue fit, Calde. in repet. cap. veſtra de cohabi. cleri. & mu-
lie. de quo Alex. meminit in conſ. 89. nu. 11. lib. 3. at enim cauſæ
hic apparent, expreſſæq; ſunt propter quas facta alienatio eſt.
In quibus genus triplex neceſſitatis effertur, videlicet aureo-
rum 500. ob villam aliam ante iam venditam ex parte redimẽ-
dam. Deinde ob aureos 400. emptori ipſi ex mutuo & pannis
ſericis, vt aſſertum eſt debitos. Simul etiam propter nomina
debitorum exoluenda, de quibus ſub inſtrumentis prædictis
memoria habetur. Itaque cum cauſæ ipſæ pateant, propter
quas facta alienatio eſt, mirari quis deſinat, ad neceſſitates præ
ſumptas rei patronos adijſſe, in capit. probatoria neceſſitates
ipſas referendo. Sed maior non paulo animum admiratio ce-
pit, id genus capitula admiſſa. Qui enim fieri poteſt, vt ob ne-
ceſſitates tacitas & præſumptas feudi facta alienatio ſit. Quod
ex quibus cauſis alienaretur, declaratum expreſſim eſt. An nõ
40 in re clara † cõiecturas ſilere & præſumptiones oportet, l. quo-
tiens. §. ſi duo. ff. de hære. inſt. l. iam hoc iure. §. fi. Ibique Bart.
ff. de vulg. l. quod conſtitutum. Ibique etiam Bartol. ff. de mili.
teſta. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat. l. pedi-
culis. §. argento. ff. de auro & argen. leg. l. in his. Ibique Caſt. &
Soc. ff. de cond. & dem. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli.
leg. fi. C. de indic. vidui. tollen. cap. 2. de reg. iur. Vnde dici po-
teſt, locum Gloſſæ non eſſe, vbi tex. non deeſt Oldra. in conſil.
258. Innocentius nu. 4. Bal. in conſ. 343. examinanda ſunt nu. 4.
poſt prin. lib. 1. Rurſus cum ſeipſos contrahentes gloſſauerint,
cauſas neceſſitatum & vendendi exprimendo, fruſtra ad legis
gloſſam aditur, quid lex præſumat. Siquidem interpretationis
egens expreſſum non eſt, at tacitum ſolummodo Bald. in Au-
then. niſi rogati nu. 9. C. ad Treb. De quo Iaſ. meminit in con-
ſil. 43. col. 3. lib. 3. Text. huc ſpectat, ſilere tacitum expreſſione
facta. Vnde non immerito ſenſus imbecillitati vertitur, indi-
cia quærere, vbi certitudo inuenitur Bal. in d. l. continuus. §. cũ
ita Iaſ. in conſ. 3. col. 1. & in conſ. 5. col. 8. lib. 3. Sed & cauillatio-
nib. aduocatorum interpretationes & præſumptiones in re a-
perta Bal. tribuit in conſ. 164. caſus eſt talis quoddam fenile in
fi. lib. 2. Calumnioſam item in re clara interpretationem Curt.
Sen. ait in conſ. 29. nu. 7. De quo etiam apud nos in conſ. 11. nu.
6. & in conſ. 47. num. 2. Qua ratione igitur capitula admitti id
genus potuerint, tamque apertiſſime calumnioſa, nõ animad-
uerto.

Rurſus cum in ſpecie cauſæ feudi alienandi ſub inſtrumẽto
ipſo declaratæ venditionis ſint. Quomodo in genere recipi
capitula potuerunt declarationi contrahentium contraria, &
quibus capitulis niſi in genere & in ſumma neceſſitates non
exprimuntur, aurei quinquies mille in litium diſpendia. An
41 non potior † in ſpecie & per inſtrumentum atque contrahen-
tium confeſſionem probatio Inn. & alij in cap. auditis de præ-
ſcriptio. cum alijs in d. reſpon. pro genero congeſtis nu. 349. in
fi. & nu. duob. ſeq. vbi ampliatum id legitur.

Iam à veritate alieniſſima capitula ipſa eſſe, facto ipſo & cõ-
feſſione manifeſtaria contrahentium demonſtratur. Venditor
enim preces maieſtati regiæ obtulit, quibus cauſas alienandi
narrauit, quæ in creditoribus dimittendis erant alienandi fa-
cultatem exoraret. Deinde permiſſione vendendi ex clauſula
illa facta ſi preces veritate nitantur, & forma decretorum ad
vnguem obſeruata. Cauſæ ipſæ neceſſitatum in cõtractu per-
ficiendo commemoratæ. De quibus dictum ante eſt. In qua
re cauſas alias neceſſitatum non fuiſſe, perſpicue oſtenditur.
Siquidem non ob villam redimendam facta venditio fuerat, ſi
neceſſitates & aliæ ſupererant, verum & bonorum aliorum di-
ſtractio facienda. Rurſus qui neceſſitates alias vltra expreſſas
fuiſſe tunc aſſerit, probare id cogitur dict. l. fin. §. licentia. ibiq;
Bart. & alij. C. de iure deliber. cum alijs non parce ſupra adſcri-
ptis. Iam nõ pluſquam aureos 200. Pariſijs ob lites inſumptos
inſtrumento teſtatum publico eſt. Confeſſione igitur contra-
hentium capitulis partis refragante, flocci ea facienda. Qua-
42 tenus confeſſioni † ipſi ſuccumbere & teſtes inſtrumenta o-
portet, vt reſpon. memoratũ docet nu. 11. quin etiam præſum-
ptione iuris & de iure fortior confeſſio eſt gl. in l. in contracti-
bus in prin. in verbo nullo modo. C. de non nume. pecun. in §.
aliud quoque in Authent. de æquali. do. Bartol. & alij in Auth.
ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. Roman. in conſil. 350.
num. 19. Caſtren. in leg. in ratione 1. §. quod vulgo in fi. ff. ad leg.
Falcid. Idque locum & in confeſſione tacita fictáue habere,
Bart. ſcribit in l. abſentem ante fi. ver. quando cõſtat. ff. de pœ-
nis vbi in pœna loquitur. Quod dictum pro ſing. Iaſ. agnoſcit
in l. ſi prius nu. 39. ff. de operis noui nunciat. Ruin. in conſ. 74.
nu. 7. lib. 4. Pulcrum etiam & ſignandum Iaſ. idem ait in l. à di-
uo Pio. §. ſi pignora nu. 6. ff. de re iudic. quid hic dicendum, vbi
expreſſa magis quam tacita aut præſumpta confeſſio videtur.
43 Conſequenter his dicendum neceſſitates † alias, ſi quæ fue
rant in bonorum diſtractione ſubleuatas aliorum eſſe, cæte-
rum neceſſitates & alias fuiſſe tunc fac. Ad rem tamen, hoc eſt
ad alienationem controuerſam roborãdam nihil attinet, quæ
ex cauſis facta alijs non eſt, quam quæ relatæ in ea ſunt, vnde
cauſarum rationem haberi aliarum nõ oportet, propter quas
facta alienatio non eſt, ſic quomodo in ſpecie & cumulate in
reſponſo ſcriptum prædicto habemus nu. 75. text. huc accedit
in l. 1. ff. de cond. & dem. & in l. cum ſeruus & vtrobiq; Bart. ff.
de verb. oblig. ſatis implementum nõ eſſe, niſi ex cauſa fiat ob
quam implendum erat eodem Alex. ſpectat in conſ. 128. libr. 5.
alienationem rei emphyteoticæ à domino directo factam niſi
ex cauſa expreſſa non confirmari. Quare ſi ſuſtineri ex ea ne-
quit, ex alia non conſiſtere, ex qua facta nõ eſt. ſequitur Ruin.
in conſ. 168. nu. 18. & ſeq. lib. 1. Idque in vniuerſum obtinet, vt
quoties ad aliquam cauſam actus limitatur, quæ vitioſa eſt, ſu-
ſtineri ex alia nequeat, quæ apta ſit l. 1. §. 1. ff. de conſtit. pec. l. nõ
codicillum. C. de teſtam. Bal. in cõſ. 470. ſtatuto cauetur, quod
ſi vltima dies lib. 1. in rubr. C. de conſtitu. pec. nu. 15. Soc. in lib.
1. §. ſi quis ita nu. 8. Ibique Galiaul. nu. 21. ver. & breuiter doct.
ff. de verb. oblig. Iaſ. in §. in perſonam num. 25. Inſtit. de actio.
Corn. in conſ. 202. col. 2. circa med. lib. 4. Dec. in ca. cum ſuper
col. fi. de offic. delega. & apud nos in rubri. ff. de lega. 1. nu. 24.
Hoc amplius non tam calumnioſa capitula hæc perſpicue vi-
dentur quam ridicula. Commodum enim emptor cõſequi ex
neceſſitatibus alijs ſtudet, in quibus ſedandis nihil quicquam
erogatum ab eo eſt, vnde niſi de neceſſitatibus videndum nõ
eſt, in quas pretium eius erogatum apparet, hoc eſt, ex quibus
facta venditio legitur. Itaq; ſi in neceſſitates alias grauiores &
in capitulis ſummæ tam egregiæ narratas pretium ipſum ver-
ſum non eſſe, ex inſtru. ipſo liquidiſſime cõſtat, quorſum pro-
bationem earum ſpectare.

Ad extremum & ob neceſſitates alias non expreſſas aliena-
tio facta eſto fuerit. Nihilo magis reo id proderit. Quoniam ſi
& in cauſas tacitas factam alienationem cõtendit, inficias cer-
tè ire non licet, quin & ob cauſas alienatum feudum ſit, quæ in
ipſa expreſſæ alienatione ſunt. Quo admiſſo, conſequens fit,
vt ob cauſas plures coniunctimq; facta alienatio dicatur. At e-
nim cauſarum veritatem omnium exquiri, atque ideo ob cau-
ſam aliquam falſam ex toto decretum euaneſcere, in reſpon.
monſtratum iam dicto habemus nume. 200. & expreſſius nu-
mer. 252.

Quocirca illud videndum veræ ne & neceſſariæ cauſæ ſint
44 † in alienatione & decreto expreſſæ & quidem falſam & à ne-
ceſſitate omni vacuam eam eſſe, quæ in aureis 400. conſiſtit,
demonſtratum ſatis in reſpõſo eſt nu. 178. ver. ſexto prædicto-
rum omnium, & nu. 352. & quidem quæ neceſſitas in debito,
de quo, vbi neceſſarium initio eſſet, non apparet fidei quic-
quam libro rationum non faciente. l. inſtrum. l. rationes & l.
exemplo. C. de proba. c. 2. de fide inſtru. Barto. in l. admonendi
nu. 24. & pluribus ſeq. ff. de iureiur. idq; locum & in ſcriptura
habet, cui ſolennia omnia inſtrumenti non deſunt, ſi de ea ta-
men rogatus notarius non eſt Soc. in conſ. 33. nu. 5. lib. 1. id qui-
dem in primis, quod tam ſæpe rogatus reus vt librum ipſum e-
deret, facere id renuit. Quo caſu ſuſpectiſſimum eum in d. re-
ſpon. oſtendimus nu. 179. Itaq; cum debitum ipſum aureorum
45 400. omnino nõ appareat, perinde † res eſt, vt ſi factum pror-
ſus non ſit. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. l. cum res verſi. item
ſi res alie. ff. de leg. 1. l. cum ita legatur. §. ſpecies. ff. de lega. 2. &
alia in d. reſpon. collata nu. 123. 143. & num. 151. Neque dixeris,
venditoris confeſſione debitum illud approbari aureorum
400. Quoniam fidei quicquam confeſſioni id genus in ſpecie

non haberi, quæ à poteſtate confitentis non pendet, de quo
genere ſpecies controuerſa eſt, reſponſum ipſum docet num.
187.& quidem ſi ad æquitatem ipſam ſpectare libet, ſerici tan-
tum indigentem venditorem non fuiſſe palam eſt, vtpote cui
filię & ſorores non eſſent, neq; ex eo quicquam in ornamentũ
verſum vxoris allegatur, nedum probatio fit. Atq; vbi filiæ &
46 ſorores fuiſſent, pro quæſtu † & redditibus impenſam metiẽ-
dam, dictum in reſpon. habemus nu.127. Quibus non inepte
Bar. reſpondet in conſ.231. dominus Ioannes monachus in fin.
vbi cum beneficiũ redditus tenuis quis habet, vt ad victum nõ
ſuppetat, abſurdã rem putat, facultatẽ ei dari, in annos plures
vitæ ſuſtentandæ cauſa, fructus ipſos beneficij in ſucceſſoris
perniciem vendendi. Si ob vitam tuendam ne quidem fructus
vendere in ſucceſſoris diſpendiũ non cõceditur. Quid in pan-
nis ſericis probandum, quibus vita & honore etiam incolumi
carere nobilis poteſt, cui res ampla non eſt? Rurſus ſi vendi-
tioni fructuum in annos plures ad ſucceſſoris incommodũ lex
reſiſtit, Quid vbi ad proprietatis interitum res accedit?

Apparet ex his in capite hoc aureorum 400. neq; neceſſita-
tis, neq; numerationis aut traditionis fidei quicquam factum.
Atq; ideo ex cauſa falſa prorſus alienationem feudi in ea parte
factam. De ſumma modo aureorum 500. videndum, qui in vil-
lam collocandi redimendam erant, in qua re tantundem, atq;
in aureis 400. ſtatuendum. Nulla quippe neceſſitas, vt ob vil-
lam vnam recuperandã alterius alienatio fiat, Quæ res ad ver-
47 ſuram pertinet. Neq; altare denudari † vnum oportet, vt alte-
rum obtegatur. l. ſi finita. §. ſin autem. ff. de dam. infect. l. ſin au-
tem. §.1. ff. de aqua plu. arcen. l. fin. §. exceptis. C. qui potior. in
pign. hab. glo. in §. ſed neq; effuſas in Auth. quom. oportet epi.
Alex. in conſ.34. nu.5. lib.5.

Secundo vbi villæ redimendæ facta alienatio non fuiſſet, &
alterutrius neceſſariam diſtractionem dicamus, altera potius
venundanda vtpote ab arce Noni longinqua magis prouen-
tus non tanti atque venditori ipſi oneroſa minus. l.1. §. 1. l. ma-
gis puto. §. quod non paſſim. ff. de rebus eorum. Imol. in conſi.
98. nu.5. Rom. in conſ.321. circa princ. & quamuis in bonis mi-
norum tex. cum doct. loquantur. Rationem tamen eandẽ, imo
& maiorem feudi alienatio habet, quæ prohibita magis atque
48 † bonorum pupillarium eſt. Ob cauſam quippe neceſſariam
bonorum diſtractionem minores patiuntur d. l. magis puto &
per totum titulum & C. de præd. mino. Quod aliter in feudo
eſſe reſponſum ipſum indicat num.30. vberius num.69. Idque
receptum & iure canonico eſt. ca. quæ in eccleſiarum, Ibique
Dec. nu.10. in ſexto no. de conſtitutio. Riminal. in conſ. 81. nu.
16. verſic. & prædicta procedunt lib.1. Et licet ob cauſas neceſ-
ſarias per decreta feudum alienetur, attamen quam minimo
ſucceſſorum id fieri incommodo conuenit, vt quo minus poſ-
ſis, ſucceſſorum ius lædatur, per ea quæ in d. ſcripta reſponſo
ſunt num. & nu.51. ſeq. ver. & qua ratione. Hicque obſeruan-
49 dum, æqualitate † villarum à cæteris admiſſa, Pretioſiorem
controuerſam intelligi, vtpote arci proximam, via publica
duntaxat intermedia. noſtra quippe intereſt, fundos vicinos
pretio etiam longe maiori habere. l. ſi cui fundus. ff. de leg. 2.
Iaſ. in l.1. nu.77. ff. de leg.1.

Tertio in dominio venditoris & ab eo poſſeſſa villa cõtro-
50 uerſa erat, ob id quod certum erat, † retinendum, non incerti
habendi gratia, id eſt, villæ alterius diſtractæ redimẽdæ, dimit-
tendum. l. non quemadmodum. ff. de iudi. l. quotiens. §. hære-
des. ff. de hæred. inſtit. l. quia ratio. Ibiq; glo. ff. de cond. inſtit. l.
cum Titio. ff. ad l. Falcid. l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de fideiuſ. c. ni-
ſi de renuncia. c. illud de cler. ægro. c. Deus omnipotens. 2. q. 1.
c. iudicantem 30. q.5. c. nullus de pœni. d.6. c. 51. quis poſitus in
fi. de pœni. diſt. 7. Adhæc nouum laudimij onus opus non erat,
venditione poſteriore non attentata.

Apparet ex his, cum ex cauſis tribus principaliter alienatio
facta feudi ſit, Id eſt propter aureos illos 400. deinde 500. ali-
os in villam redimẽdam diſpenſandos, & ob creditores inſtru-
mentarios, Quod ad cauſas priores attinet, In quibus dimidia-
tum ferme pretiũ conſiſtit, neceſſitatis & numerationis quic-
quam non inueniri. Vnde ſi indiuidua alienatio habetur, &
diuiduitatem decretum non recipit, atque ex vitio vel tantulo
deficit irritúmue fit. Sic quo modo ex reſponſo declaratũ ante
habemus. Quid hic ſtatuendum, vbi ex dimidia fere pretij par-
te vitium conſiſtit? Conſequenter his dicendum, non modo
neceſſitatem vllam in cauſis his duabus non interuenire, verũ
neceſſitati id genus legem reſiſtere.

Ad cauſam tertiam alienationis deſcendendum quæ in cre-
ditorib. inſtrumentarijs dimittendis vertitur. Quam cauſam
nihilo cæteris potiorem exiſtimo. Principio quod cauſa nulla
æris alieni tanti contrahendi in ſpecie expreſſa & nominatim
non eſt per ea, quæ locupletiſſime & in reſponſo atque indice
notata & ſuperius ſunt. Neque momenti quicquam afferre
probationes poſſunt quatenus niſi in genere & in ſumma ne-
ceſſitates non exprimuntur, ex Bar. in d. conſ.105. in fin. Anch.
Soc. & Dec. ſuperius relatis. Secundo quia numeratio pecu-
niarum ob quas venditum feudum dicitur, ne quidem allega-
ta in capitulis rei eſt, tantum abeſt vt fides eius fiat. De qua nu-
51 meratione probanda † verbis pluribus ſcriptum in reſpon. eſt
nu.186. & plurib. ſeq. & nu.401. Quocirca ſatis non fuerit, æs
ipſum alienum vere fuiſſe, niſi & formæ paritum decretorum
ſit, id eſt, probatio qualitatis præſtita, quæ in numeratione ver
ſatur, per ea, quæ in d. notata reſpon. ſunt num. 31.125.140.396.
& inutilem veritatem ſine obſeruatione formæ eſſe, reſpon-
ſum idem declarat nu.160.

Hic etiam obſeruandum, cum fines aut limites neceſſitatis
52 † egredi feudi alienatio nequeat, Quæ ob cauſas permiſſa ne-
ceſſarias eſt, ſic quomodo in eodem teſtatum reſponſ. legitur
nu.194. Quib. Bal. accedit in conſ.75. quidam tutor nu.2. lib. 1.
& in conſ.20. quid importent in fi. lib.2. Dec. in l. ſi donatione
nu.17. C. de collatio. & in conſ.303. nu.18. Iaſ. in l. creditor. nu.3.
in tertia limitatione. ff. ſi cert. pet. Quomodo limitationis &
modi huius haberi ratio poterit, cauſis ipſis neceſſitatis in ſpe-
cie & ſingulatim non enarratis.

Vnum etiam in cauſis obſeruandum neceſſarijs duxi, quod
53 † apud Caſt. legi in l. Titius poſt prin. per illum Tex. ff. ad Tre-
bel. cum id reſtituere hæres rogatur, quod reliquum ex hære-
ditate tempore reſtitutionis erit, quamuis facultatem alienã-
di rogatus habeat. Attamen quia arbitrio boni viri intelligi fa-
cultatem oportet, ne fideicommiſſi profundendi occaſio præ-
beatur, Ad cauſas neceſſarias facultatem ipſam alienandi re-
ſtringendã. Sed quęritur apud Caſtren. quid ſi in dubio de cau-
ſa alienandi res eſt ob cauſam neceſſariam an volũtariam facta
alienatio ſit. Quid tum in cauſa ſtatuendum aut præſumendũ.
Reſpondet Caſtren. ex tex. illo, ob cauſam fideicommiſſi euer-
tendi fideicommiſſa bona alienata in dubio cenſeri, Idque &
Natta probat in conſ.115. numer. 8. Ex qua Caſtren. traditione
plura deſumuntur ad ſpeciem controuerſam accommodatiſ-
ſima. Primum, confutatio argumenti, quo patronus rei vteba-
tur, Bonum venditorem feudi in dubio præſumi. Atque ideo
dilapidandi cauſa alienatum id non credi. Quod argumentum
profligatum in reſpõſ. prædicto eſt nu.62. & ſeq. Ad perniciem
tertij pręſumptionem hanc non recipi. Quæ reſponſio in ſpe-
cie ex text. d. l. Titius. & Caſtren. ibi confirmatur. vbi dolus in
dubio contra rogatum alienantem præſumitur quod fideicõ-
miſſi euertẽdi cauſa alienauerit, vnde cauſas probare neceſſi-
tatis cogitur. Atque vbi doli præſumptio taceret, ſatis eſt, ne-
ceſſitatum probationem præſtandam, cum nihil impediat, ob
cauſam voluntariam dolo tamen amoto, alienationem fieri.
Secundo ex tex. prædicto & Caſtren. ibi confirmatio eius col-
ligitur, quod ſcriptum & in reſponſ. & in corollario eſt. Cau-
54 ſam neceſſariã tum † deniq; intelligi, ſi initio neceſſitas inſtat,
non idem, ſi à voluntate neceſſitas deſcendit. Hæc enim inter-
pretatio ex tex. memorato ratione fortiore iuuatur. Etenim ſi
vbi alienandi facultas hæredi grauato hoc ipſo datur, quod id
demum, quod ſupererit, reſtituere iubetur. Arbitrio tamẽ vi-
ri boni, hoc eſt, ob cauſas neceſſarias tantummodo, permiſſa
alienatio creditur. Quid dicendum hic erit, vbi niſi ob cauſas
neceſſarias expreſſim feudum alienare per decreta non licet.
55 & ſi niſi arbitrio † boni viri alienare non cõceditur, viri ne bo-
ni arbitrium in alienatione erit, quæ ob cauſam voluntariã fit.
Ad quem modũ feudi totius ſubuertendi vel malignis vel ne-
gligentibus prodigiſue præſtita occaſio erit, Quam agnoſcen-
dam interpretationem non eſſe, in dict. monſtratum reſponſ.
habemus nu.61. nu.77. in conſ.118. nu.24. & in conſ.175. nu.3.

Apparet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0112-6

Apparet ex prædictis, cum ob cauſas tres præcipuas alienatum feudum legatur, id eſt ob creditores inſtrumentarios, ob villam redimendam, & ob aureos 400. quos ſibi debitos emptor aſſeruit. Nullam omnium, qualitatibus ſuis per decreta exquiſitis adiuuari. Atq; ideo perſpicuam vndiq; capitulorum ineptitudinem conſtare.

Neque dixeris, ob cauſam alienationis vitioſe confirman-
56 dæ † admiſſa cap. non eſſe, verum vt ſi quid erogatum ab emptore probatum erit, Ratio eius haberetur. Quoniam ſi ea mente facta admiſſio eſt, Grauior iniuria creſcit. Siquidem nihil aliud quam neceſſitatum cauſas, ex quibus æs conflatum alienum eſt, capitula non habent. Neque vſui cui alij eſſe probatio eorum poterat, quam vt recte riteq; venditum feudum appareret. Quocirca non tam iniuria ex mente & cauſa hæc velari, quam neglectus in capitulis argui non animaduerſis videtur.

Planiſſimum ex his grauamen factum quartum eſt; quod in præiudicialitate conſiſtit. Quoniam cum in manifeſto vitium contractus eſſet, neque facti probationes poſceret, vtpote ex ſola eius lectione & literis regijs patens. Ab eo initium exordiendum, vel de eo pronunciandum, non firmitas eius præſupponenda in depoſito ſimpliciter dimittendo erat. Tolerabilius certe non paulo fuerat, verbum de depoſito & villa ex parte tradenda non facere. Quintum in iure grauamen ſubijcitur, quod in vitio depoſiti ſignificando deprehenditur. Pro inutili quippe habitum eo ipſo demonſtratur, quod niſi re aut actualiter, vt aiunt, reo expediretur, Villæ is tradendæ non adſtringitur. Ita depoſiti periculum deponentis eſſe declaratur. Quod vtique non fieret, robore eius admiſſo per ea, quæ in reſponſo ſcripta ipſo ſunt nu. 266. & nu. duob. ſeq. vbi
57 ampliatum id inuenitur. Ita quod † laboribus, moleſtijs, negotijſque tam grauiſſimis & prope fatalibus rectum æquúmue demonſtratum & ſententiam deniq; ſenatus ſupremi tale declaratum depoſitum eſt, nutu vnico ab inferiore perimitur, Quo quid durius. l. ſi quando in prin. C. de inoffic. teſt. c. eccle. 2. ante fi. de elect.

Secundo vtile depoſitum eſſe, reſponſum ipſum perſpicue docet, nu. 207. nu. 255. nu. 270. tenus. Atque præter ibi ſcripta, aliter etiam vigor & iuſtitia eius demonſtratur, quod principis iuſſu ita apud præfectum montis Regalis pecuniam obſignatã apparet, vt ea in oppida quatuor munita recuperanda princeps vteretur. Namque cum dotis pecunia eſſet, & pecunias mutuas ſummis tum ſtudijs ob recuperationem memoratam princeps quæreret, Neq; qui pecuniam ipſam dotis proderẽt, defuiſſent, Cauſareturque Gener vel Socer pro eo, ad depoſitum contra reum faciendum pecuniam ipſam reſiduam deſtinatam. Reſpondit iuſſitq; princeps depoſitum ipſum apud Theſauri, vel ciuitatis iam dictæ præfectos faciendum. Vnde pro eo res eſt, atq; ſi depoſitam ante pecuniam in cauſam prędictam recuperationis princeps accipiat. Immo enim vere vti depoſitam, & poſt depoſitum ipſum impletũ eam accepit. Ius
58 plane † principi eſſe, ſubditos ad pecunias ob vtilitatem publicam credendas compellendi, non dubitatur, vt Ang. docet in cõſ. 206. inter ordinamẽta in prin. Caſtren. in l. ſi quis neç cauſam in vltimis verbis. ff. ſi cer. pet. Alex. in l. 1. nu. 41. in fi. verſic. ex his patet. Ibiq; Ripa nu. 118. ff. ſol. mat. Hoc ita ſi neceſſitatibus publicis conſuli de propria pecunia nequit. Itaq; iuſtum depoſitum hoc ex cauſa euidentiſſima & non improbata apud principem ipſum, vel ab eo electos conſtat. Quod ad ſolennitates iuris attinet, & ipſis id munitum cum reſponſum ipſum, tum Senatus ſupremi ſententia teſtatur.

Tertio iniquum, irritum, iuriſq; ſolennibus defectum eſto depoſitum ſit, pro vtili tamen apud inferiorem habendũ. Qui
59 geſta ſuperioris † non recuſat, non retractat, non iudicat, non corrigit vel emendat. l. ſi. C. de leg. c. cum inferior de maiori. & obed. c. inferior. 21. diſt. c. ſancta. 11. q. 8. Freder. de Sen. in conſi. 115. caſus talis eſt, quidam delegatus in prin. Locumque id vel tũc quoq; habere, cum infirmum aut nullum factum ſuperioris eſt, notatum apud nos legitur in conſ. 137. nu. 8. & in conſil.
60 148. nu. 3. Bal. huc competit † in l. ſi vt proponis n. 12. C. quom. & quand. iud. Delegatione conſumpta aut finita, licentiam ordinario nõ eſſe, ad cauſam ſe ſuperioris iniuſſu ingerendi, quæ delegata ſemel eſt. Sequitur Iaſ. in l. more circa fi. ff. de iuriſdi. om. iud. Quid hic dicendum, vbi ſuperioris mandato apud ipſum ſeu ab eo nominatum factum depoſitum eſt, & adhuc durat, & cuius maximopere intereſt, vtile id & firmum manere, ne eo authore fraudem ſentiant, quos iuſſibus parere ſuis oportuit. l. ſi prætor. ff. de iudi. l. Paulus. ff. de prætor. ſtipula. l. 1. in fin. C. de his qui veniam æta. impe. gl. huc accedit in l. exigẽdi in gl. pen. in fi. C. de procu. ſub legis authoritate circumueniendum quenquam nõ fore. Itaque ſi vigore depoſitum caſſum inferior credidit, cõtra quam ſenatui viſum ſupremo eſt, adeundus ſuperior erat.

In qua re mirari ſatis nequeo artis aut cautelæ ſuſpectũ nõnullis depoſitum id viſum, contra ac iuris omnis præſumptio
61 ferat. l. merito. ff. pro ſocio. Rurſus † cum factum non ideo ſit, quod apud reum id manſurum actor putaret. Verum vt lite de nullitate pendẽte bonis actor frueretur, Quam ob cauſam factum ſub conditione eſt, & proteſtatione adiecta, vt non aliter reo expediatur, niſi cautione ab eo de reſtituẽdo præſtita, ſententia de nullitate pro actore lata. Quomodo artis aut cautelæ cuius ſuſpicio animum inuadere cuiuſquam potuit, vt ad artem ſibi pernicialem quiſpiam cogitauerit. l. cum de indebito. ff. de probat. Proinde & ſi maxime crimine immunis nemo omni inueniatur, neq; vllum à mẽdacio vacuum inueniri, Propheta teſtetur Pſal. 115. attamen quod ad artem aut cautelam hanc attinet, vitij ne tantulum quidem vel cogitatione tenus, ſuperis ipſis teſtib. incurrit.

Fruſtra tamen in depoſito hoc occupamur, quoniam vti dictum habemus factum eo non eſt, quod apud partem manſurum actor crederet, vnde cum ad terminum definitionis iudicium ipſum nullitatis peruenerit, ſibi non reo id reſtituẽdum actor ſperat. Iudicium ad definiendum inſtructum interruptũ à reo didici, magnoq; cum nixu certare vt paganica bona oſtẽdat, luminaq; eius vſq; adeo obſcurata vt regiſtrum Noni ediderit, quod fatale ei eſſe non dubitatur. Siquidem non pluſquam iugera decem allodialia & oneribus ruſticanis obnoxia
62 liber ille docet. Vnde negatiuæ id genus probãdæ † rationem optimam, in regiſtro eiuſmodi Bar. animaduertit in l. decẽ nu. 3. ff. de verb. obl. Atq; ideo regiſtro ipſo ad feud. probationem in reſponſo nos vſi prædicto ſumus nu. 433. aduſq; nu. 446. feudiq; probationem per caſuum ſeptem diſtinctionẽ in reſponſo eodem ſignificantiſſimè oſtendimus, nu. 425.

Et ad inueſtituram, 1291. die 28. Ianuarij conſcriptam, quæ producta ab aduerſario eſt præter fidei defectũ, quod productum niſi exemplum non eſt, confutata ſatis in reſponſo prædicto legitur nu. 291. ver. poſtquam hæc non fœliciter, & nu. ſe
63 quentium agmine, & quia † num. 348. inter alias reſponſiones illa adſcribitur, quę ab infirmitate clauſulæ executoriæ aut acceſſoriæ petitur, viſum eſt, efficatiorem confutationem hanc præſtare. In qua re præſtãda meminiſſe oportet, executoriam eam clauſulam intelligi, quę verbis ipſis executiuis adſtruitur, quale verbum eſt habeant, veluti cum dicitur, quæ quidẽ bona habeant, vel ad habendum tenendum, &c. Natta in conſil. 111. nu. 2. in fi. ver. pro ſolutione, ſed enim clauſula dictæ inueſtituræ, qua aduerſarius nititur, poſt verbum poſſideant adijcitur, quod ad executionem cõtractus pertinet feud. n. aut inueſtituræ, & contractus omnis executio in rei ipſius poſſeſſione, eaque poſſidenda conſiſtit.

Secundo executoria clauſula æſtimatur, quæ in parte ſubſtantiali contractus non ponitur Dec. in l. ſi. nu. 21. C. de pactis, vbi clauſulam de donatione cauſa mortis non reuocanda, in parte ſubſtãtiali poſitam ita ait, ſi ita donatio mortis cauſa ſit, vt reuocare eam non liceat. Sed enim pars ſubſtantialis feudi in natura eius demonſtranda, ex verbis illis conſiſtit in nobile, antiquum, rectum & paternum.

Tertio & expreſſius clauſulam executoriam eam demũ accipiendam, quæ in eadem clauſula principali & eodẽ inſtanti inſeritur. Dec. tradit in conſ. 305. nu. 7. Quo cum Cur. Iun. ſentit in conſ. 56. nu. 21. & ſeq. Natta in conſ. 123. nu. 7. Sed .n. poſtquam de feud. expreſſio facta natura eſt, quale intelligeretur, Id eſt rectum, antiquũ, nobile & paternum, de facultate diſponendi mentio in clauſula alia ſeparata & poſt verbũ poſſideãt executiuum ſit. Quare inter clauſulas generales notariorum

relata clauſula hæc videtur, & faciant &c. Quo caſu executo-
riam eam intelligi Natta ait in conſ.104.nu.8.in fi.

Obſeruandum etiam, vltra genera & argu. alia feudi Noni
64 † recti probandi, de quibus in reſponſo prædicto, quo feuda-
libus bona controuerſa à reo facto ipſo poſſideri quod onera
non agnoſcit, quæ ob bona agnoſci paganica ſolent, & cau-
ſam exprimere compellatur, quamobrem muneribus non
fungatur mirum ni verbis eius contrarium factum depre-
hendatur, feudalia bona non admitto. Atqui proinde vt
pro feudalibus immunitate fruor, factum plane verbis po-
tentius proculdubio eſt. l. ſi tamen.§. ei, qui.ff. de ædil. edict.
cum alijs in d. reſponſ. accumulatis nu. 176. ver. inde dicemus.
Quibus & illud adſuitur potētiorem reuocationem eſſe, quæ
facto, quam quæ verbis fit. Namq; ſi facto teſtam. reuocatur,
illud cancellando, ſolennitas neceſſaria alia non eſt. Quod cō-
tra in reuocatione contingit, quæ verbis fit Bald. in conſ. 127.
licet regula, in conſ.209. licet cōſulentes lib. 4. & in conſ. 254.
ad euidentiam præmittendum eſt, quod primum teſtam. lib. 5.
eo & illud ſpectat, à facto contrario proteſtationem diſſolui
c. cum M. de conſt. cum alijs ſuperius relatis. Iā paganica mil-
lies eſtō bona fuiſſent, feudalia tamē facta à ſucceſſorib. maxi-
65 me à venditore eſſe Generi patre, neq; facto & † confeſſioni
authoris reū contrauenire, ſatis ſuperq; reſponſum docet nu.
313.329.& nu.428. Idq; & Cæphal. admittit in conſ.90.nu.45.

Laus Deo, Virgini, Diuoq; meo tutelari Ioanni Euangeliſtæ
& vniuerſæ cœleſtium Curiæ. Quibus præſentibus ſplēdidum
tandem, ſincerumq; de viris grauiſſimis iudicium expectatur.
Apud Montem Regalem quarto nonas Ianuarij. 1566.

F I N I S.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD
MOENVM, APVD IOANNEM FEYERA-
BENDT, IMPENSIS SIGISMVNDI
FEYERABENDII.




M. D. LXXXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0116-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0117-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0118-0

18.0112

X 2204495

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0119-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0120-1

# AYMONIS CRAVETTAE A SAVILIANO, EX GENOLIAE DOMINIS ET IVRISCONSVLTORVM ARCI PRAEFECTI, RESPONSVM PRO GENERO,

## CVM DVOBVS COROLLARIIS AD EANDEM MATERIAM, SIVE APPENDICIIS.

IN QVO QVIDEM ELEGANTI RESPONSO SICVT PARI ſimplicitate ac perſpicacia ad viuum, quod res ipſa habet, coacta & libraria ferè, pro temporibus ac momentis amplitudine, excutitur, ita vt panacæi, atque ænei nomen non temere ſibi vendicet.




*FRANCOFVRTI AD MOENVM, IMPENSIS Sigiſmundi Feyerabendij.*

*M. D. LXXXVII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167639-p0121-6